Historia hierosolimitana

431

N. Inv. 431.


Xpi nomen Xpi

354

1

Historia Hierosolymitana.
Marci Pauli Veneti de con-
suetudinibus Orientalium.
Pauperis cumoda explicatio
Praeceptorum Dei; et Sermones.

1



Prologus in opus

Postquam [...]ne propiciati-
onis munificentia ex-
ercitus christianum longa-
nimitatem et pacien-
ciam clemencius respiciens
et eiusdem diuturnos
miserata labores portas Egip-
tiorum confregit et Damiatam
famosam Egipti civitatem sub-
didit nomini christiano super flumina
Babilonis longo tempore
sedimus et flevimus dum recor-
daremur tui Syon Non valen-
tes pauci contra multos ad ul-
teriora procedere, nec auden-
tes relinquere civitatem Multi autem
ex nostris hiis diebus merentes ocio et
languentes tedio, experimento didicerunt
quod vere dictum sit a Salomone, desideria
occidunt pigrum, noluerunt enim manus eius
quidquam operari Et a propheta Jeremia vi-
derunt eam hostes et deriserunt sab-
bata eius Ego vero considerans quam
gravis sit iactura temporis amissi-
onis consilium Sapientis dicentis, Ser-
vo malivolo torturam et compedes
mitte eum in operacione ne vacet
Multas enim malicias docuit ociosi-
tas animum meum tamquam fixum malivo-
lum et ad vana et inutilia pronum
cuius cogitaciones frequenter dissipate
sunt torquentes cor meum, meditacione
divinarum scripturarum studui cohercere et
quasi compedibus assidue lectionis ne
incaute vagaretur astringere Cum igitur
causa recreacionis et aviditate au-
diendi aliqua nova et incognita
michi varios libros ex armariis
Latinorum Grecorum et Arabum revol-
verem regum orientalium hystorie
prelia et gesta casu in manus nostras
devenerant quorum auctores curiosi-
tatum maximo studio et immenso
labore predictorum hominum laudes
inanes inaniter attollendo, prelia

[...]ias potestates [...]
[...]um scripta diligen[...]
[...] memoriale posteris
reliquerunt Cepi igitur non modicum admirari
dolere et contristari et nostrorum negligen-
ciam et inerciam arguendo accusare
eo quod filii huius seculi prudenciores in
generacione sua filiis lucis tum tanto
studio et diligencia reproborum hominum
perituria gesta describere ~~[illegible]~~
curaverunt ex nostris autem diebus istis
novissimis pauci vel nulli inventi
sunt, qui regis prelia eterni et tri-
umphos gloriosos et mirabilia ge-
sta describere, et scripto mandare stu-
duissent, ad laudem et gloriam illius
qui solus laudabilis et gloriosus est
in secula, cum tamen sicut dicitur in Thobia
Sacramentum regis abscondere bonum
est, opera autem dei revelare et con-
fiteri honorificum est Antiqui autem
et sancti patres de talento sibi
commisso timorem domini ante oculos
habentes cum omni diligencia et cir-
cumspectione mira domini nostri Ihesu Christi
opera tam in propria persona ipse operari
dignatus est, quam illa que sanctorum
suorum operatus est ministerio, ad eius
laudem et ecclesie profectum quam futurorum
informacionem scribere studuerunt Scri-
pserunt siquidem Ewangeliste prosecuti sunt Christi
opera, Lucas actus Apostolorum, et alii
viri religiosi, actus et gesta, tam
martirum quam confessorum Jeronimus
vitas patrum orientalium Gregorius
vitas patrum occidentalium, Eusebius
Allexandrinus ecclesiasticam hystoriam
Alii vero prudentes hystoriam
tripertitam, et alia que in ecclesia dei
a principio acciderunt variis vo-
luminibus conscripserunt Modernorum autem
ignavia fragmenta de mensa domi-
norum suorum negligentes colligere, fere

2

perita obmutesc[illegible]
[illegible] mira et om[illegible]
digna operatus sit dominus [illegible]
contra Mauros seu in [illegible]
Sarracenos in Grecia contra scismaticos
in Syria et Egipto contra Agarenos, in
remotis partibus orientis contra Persas
Assirios et Caldeos et Thurcos. Tanta
igitur et tam admiranda regis nostri
prelia et gloriosos de inimicis triumphos
sub silentio abscondere non debeo, ne
forte in ingratitudine arguar. Malo
autem cum illa paupercula duo vel
tria minuta in gazophilacio domini
ponere laudem eius balbutiendo quam ab
eius preconiis obmutescendo cessare.
Cum enim in constructione tabernaculi
quidam aurum, alii autem es, alii vero
iacinctum, purpuram, coccum bis tinctum,
[illegible] retortam, pilos caprarum et
pelles arietum obtulerunt unusquisque
iuxta propriam facultatem. Confido in eo
qui magis pensat affectum quam effectum
et magis attendit ex quanto fiat quam
quantum fiat, et si non quantum volo,
quantum valeo in eius officio satisfacto
insufficientie mee venia sit datura.
Pro tribus igitur minutis presens
opus tribus conclusi libellis. In primo
libro historiam Iherosolimitanam compendiose perstringendo de hiis que in partibus
orientis dominus operatus est disserui, describens diversa inhabitantium genera,
civitates etiam et alia loca de quibus
frequentius in divinis scripturis mentionem
fieri repperi, sicut michi visum fuit
expedire ad maiorem intelligentiam
sacre scripture, diversas etiam rerum
proprietates et naturas ad maiorem copiam predicandi adiungendo. In secundo
libro modernam occidentalium historiam
sub compendio perstringens de hiis
que dominus in partibus occidentis
diebus istis novissimis operatus est

et pre[illegible] diversis tam regularium
quam secularium ordinibus pertractavi de
ordine et religione cruce signatorum
utilitate peregrinationis in fine plenius
edisserens. In tertio libro ab occidente
in orientem regrediens de hiis que
post generale concilium Lateranense dominus
in populo suo fecit et in exitu christianorum usque ad captionem Damiate
operari dignatus est sicut propriis oculis
vidi tractare cepi. Concedat michi
dominus quod in recuperatione terre sancte
et Sarracenorum confusione vel destructione et in recuperatione orientalis ecclesie libellum valeam consummare.
Credentibus autem presens tractatus exemplo
prosit sub Christi vexillo militantibus,
quantum valeat ad fidei confirmationem
et morum informationem, ad confutationem
infidelium et confusionem impiorum
et ad laudem et imitationem bonorum
diligens lector manifeste poterit
perpendere etc.

Cur dominus terram sanctam variis flagellis sub alternis casibus exposuit
Capitulum primum. De variis generibus hominum bonorum et malorum
qui terram sanctam inhabitaverunt. capitulum secundum
Qualiter a duce Arabum Homar
discipulo Machometi occupata
est terra sancta capitulum tertium. De Machometo capitulum iiii. De origine et
vita ipsius capitulum v. De pessima
doctrina eiusdem capitulum vi. De morte
Machometi et de successoribus
eius capitulum vii. De Calipha Egiptio
capitulum viii. De Calipha occidentali
Miramumolini capitulum ix. De gentibus qui
legem Machometi accipere noluerunt x
De Thurcomannis xi De Beduinis xii De hiis qui tenent legem occultam xiii De Assassinis xiiii Ad
quanta insidiarum orientalis devenit
ecclesia xv De visitatione terre
sancte per Petrum heremitam et per occidentales principes xvi De peregrinatione
cruce signatorum xvii De obsidione
et captione Anthiochie capitulum xviii

Cur dominus terram sanctam variis fla-
gellis sub aliorum casibus exposuit

Terra sancta promissionis deo amabilis et sanctis angelis venerabilis et universo mundo admirabilis a deo electa et prelata ut eam presencia sua visibiliter illustraret et in ea liberacionis nostre precium ministraret generis humani redemptor. Quanto maiori zelo dilecta est a domino tanto frequencius peccatis habitancium in ea exigentibus flagellata est, et variis casibus exposita a deo qui sanctum dare canibus vetat et ante porcos proicere prohibet preciosas margaritas, dum aliis decedentibus et aliis succedentibus diversis tradita possessoribus, cives vero inter sanctum & prophanum distanciam non habentes pro nichilo habuerunt terram desiderabilem, terram lacte et melle manantem domini nostri ihesu xpisti et sanctorum patriarcharum variis sordibus immundiciis maculantes, ita quod in ea videtur impletum quod dominus dicit per prophetam Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. Pupillam enim inter omnia corporis membra tenerrima affectione diligit, ita quod sordes intrinsecus in oculis decidentes statim posse sine ab eadem removere festinamus. Sic redemptor in terra sancta cui sinu omnis amoris sui contulit prerogativam, sordes et inquinamenta peccatorum removendo, peccatores in ea commorantes affligit flagellat et eicit, penitentibus et revertentibus ad cor, eam clementer restituit, dum abissus abissum invocat scilicet abissus miseriarum abissum misericordiarum.

De variis generibus hominum bonorum
et malorum qui terram sanctam inha-
bitaverunt Capitulum secundum

Ut aliquatenus altius inchoatis in manifestis exemplis predicta comprobemus, Melchisedech dei altissimi sacerdos fuit rex salem, sicut legitur in Genesi, que post ea sicut

multi opinantur dicta est Jerusalem Prius
vero Jebuzei usque ad tempora regis David
eandem civitatem possederunt Comple-
tis autem et usque ad summum iniquitatibus
eorum cumulatis tradidit dominus in manus
filiorum Israel civitatem sanctam et locum
quem sibi specialiter dedicavit ut in eo
sibi deservirent et offerent diversa sacrifi-
cia unici summi et ineffabilis sacrificii
prefigurata prefigurantia Postea vero peccati-
bus habitantium tamquam arena maris multi-
plicatis temporibus regis Sedechie Deinde
tradita in manus Babilonorum per annos
lxx devenit peccatis enim iudeorum exige-
tibus eo quod fecit labruscas vinea repro-
ba que facere debuit uvas destructa
est maceria eius et vindemiaverunt eam
omnes qui pretergrediuntur viam In diebus
autem Melchisedech Abraham de manda-
to et voluntate domini exiens de terra
et cognatione sua et de domo patris
sui venit in terram promissionis et multis
diebus habitavit in ea offerens domino fi-
lium scilicet in monte visionis scilicet in monte Ma-
ria in quo sita est Jerusalem civitas sancta
que vocata est Bethel et Luza unde
a quibusdam dicitur quod locus ille est in
quo Jacob dormiens lapide capiti sup-
posito vidit scalam usque ad celum erec-
tam et dominum innixum scale et ange-
los ascendentes et descendentes Unde et
evigilans ait Vere non est hic aliud
nisi domus dei etc. eo quod locus ille
Luza et Bethel in Genesi nuncupatur
fit ille locus in quo postea templum
domini constitutum est a Salomone
Abraham vero terram scilicet promissionis in-
habitans usque ad obitum in eadem ydonea
sibi sepulturam in loco sancto qui dicitur
Ebron et Cariatharbe eo quod ibi
sepulti sunt in spelunca duplici
tres patriarche scilicet Abraham Ysaac

et Jacob et similiter Adam cum Eva
uxore sua sepulti sunt ibi Jacob vero et
Joseph licet defuncti fuissent in Egipto
voluerunt tamen et preceperunt filiis Israel ut
corpora eorum in terra sancta cum patribus suis
sepelirent In qua tamen terra multis diebus
domino sustinente pessime et abhominabiles
et deo odibiles habitaverunt nationes scilicet
novem gentes quas dominus a facie filiorum
Israel eiecit de terra que suos devorat
habitatores Et cum commixti sunt inter
gentes filii Israel et didicerunt opera eorum
et fornicati sunt in adinventionibus suis
et hereditatem domini contaminaverunt tradidit
eos dominus in manus inimicorum suorum et domina-
ti sunt eorum qui oderunt eos Viri [illegible]
qui vitulos aureos in Dan et in Bethel
adorabant ad tantam indignationem dominum pro-
vocaverunt quod usque in hodiernum diem in exi-
lio perpetuo condempnati a terra sancta miserrime
regis Assiriorum populi valde eiecti sunt
et tamquam lutum platearum delevit eos dominus
Cum dura cervice et incircumciso corde legi
dei subiecti esse renuerunt Post
hec autem tamquam in aere quod mortuos ex-
pellit et cadavera retinere non potest re-
siduum populi scilicet tribus Juda et Beniamin
terra sancta ut predictum est usque in Babilo-
nem evomuit Civitas autem tribulationes
persecutionum molestias postquam reversi sunt
de Babilonia et multiplicata sunt ma-
la super terram ab Anthiocho illustri qui
muros civitatis sancte destruxit et abho-
minationem desolationis ydolum scilicet abhomina-
bile in templo domini posuit et ab eius
successoribus perpessi sunt nullus ambigit
qui gesta regum Anthiochorum hystorias
et prelia Machabeorum agnovit Sed et
Pompeius cum ingressus esset Jerusalem cum
exercitu romanorum multiplicat eos oppressit
adeo quod in vestibulo templi domini loca sancta
et venerabilia irreverenter [illegible]
equos suos collocavit Post quod vero ab
Herodem alienigenam filius eius

Et postea in manus Romanorum regnum
Judeorum cum terra tota sancta deuenit, imple-
tum est in ipsis Judeis quod longe ante
psalmista prophetauerat dicens Deus venerunt
gentes in hereditatem tuam etc. Et ibi e-
dentur in manus gladij partes vulpium e-
runt (appellat dominus vulpem herodem
in ewangelio dicens dicite vulpi illi) fi-
lij et heredes sedi qui predecessores filijs
lucis in generatione sua sunt et dolosi
et in peccatis suis sceleti, non immerito
vulpes appellantur. Postquam vero dominum
nostrum ihesum christum iudei crucifixerunt cum
xl et ij annis expectasset eos dominus ad
penitentiam ipsi autem excecati noluerunt con-
uerti et elongata est ab eis. venerunt
romani totum eorum tollentes sub tito
et vespesiano, succedentes ciuitatem et
usque ad fundamenta descendentes vt lapis
super lapidem non remaneret, parte iudeorum
fame perempta, parte trucidata, parte captiuo
destracta et in omnem ventum dispersa sicut
ex libris Josephi et alijs hystorijs ma-
nifeste declaratur. Et propheta longe ante
predixerat Exterminauit eam aper de sil-
ua et singularis fera depasta est eam.
Singularem feram crudelem ducem
seu crudelem gentem romanorum eos
esse depasturos preuidit. Sed et Romanorum
temporibus refrigescente multorum caritate
et maxime Grecorum et Surianorum
qui in terra sancta tempore Eraclij imperato-
ris romani habitabant Cum iam san-
guis christi qui pro eis tempore recenti effusus
fuerat in cordibus fidelium feruebat, pro
vniuersum se mundum cepisset tepescere
Cosroe tirannus rex persarum, terram sanctam
cum exercitu infidelium ingressus, ciuitates
vastauit, ecclesias euertit vniuersum po-
pulum varijs calamitatibus oppressit
alijs gladijs peremptis alijs secum in
persidam captiuis deductis Ciuitati autem
sancte non parcens euertit muros

violenter irrupit, loca sancta et alia
in quibus steterunt pedes domini Jhesu Chri-
sti est tamen inductus prophanans et situaliud
et ecclesiam sanctam subuertens dominicum
lignum in quo vera mundi hostia pependit
post ausus est in persidam deportare
Dominus autem cum iratus fuisset, ire recor-
datus fulgura in pluuiam fecit. Impio
tiranno ab Eraclio augusto interempto
et sancta terra dominica ciuitati deo amabili
a predicto imperatore cum triumpho et
gloria magno deuotissime cum hymnis
et laudibus diuinis restituta etc.

Qualiter a duce Arabum Homar
discipulo Machometi occupata est
terra sancta Capitulum tertium

Cum autem Imperator ecclesias
ordinaret quas nequissimus
Cosroe deiecerat et ex propriis
sumptibus reparari precepisset Statim post
eius recessum princeps Arabum, nomine
Homar collecta secum infinita multi-
tudine, tam potenter contra violenter
terram sanctam hostiliter ingressus modico
tempore, non solum contra christianos qui
in regno Jerosolimitano morabantur
preualuit, et etiam vniuersas ciuitates
a laodicia Sirie vsque in Egyptum
Damascum et cum multis alijs vrbibus
cum multa sanguinis effusione, vt be-
stia seuiens occupauit. Hic autem impiissi-
mus Homar discipulus erat perfidi et
sceleratissimi Machometi et regni
eius successor etc. Sequitur de Machometo

De Machometo et de vita ipsius
et doctrina eius Capitulum quartum

Machometus enim statim post
tempora beati Gregorij paulum
ante tempora predicti Eraclij
abhominabilem et execrabilem doctri-
nam suam primo in Arabia, vnde
oriundus extitit et per ea bestiali
populo in partibus vicinis hominibus rudibus
et incultis partim predicauerat, partim per
timorem et violentiam in carorem

suum impulerat contradicentes. Cuius successores tanto fervore et furore diabolico succensi sunt ut in pestiferam iniqui doctrinam non solum verbis et exortacionibus populos insipientes inducerent, sed vi et metu et gladiis tam crudeliter quam alios populos orientales miserabiliter impingerent. Seductor autem ille qui dictus est Machometus est alter antichristus et primogenitus Sathane, filius perdicionis, tamquam Sathan in angelum lucis transfiguratus, ira dei magna et indignacione maxima sustinente, et miro huius generis cooperante plures pervertit populos et in errorem suum traxit, quam alius aliquis hereticus ante tempora ipsius legatur subvertisse vel aliquis sectus predicacione, vel miraculis ad dominum convertisse reperiatur. Doctrina enim eius pestifera serpens ut cancer non solum Arabes et Sirios, Caldeos, Persas, Egiptios et Ethiopes et alios orientales populos letaliter infecit. Sed et Affricam et plures occidentales regiones corrumpens usque in Hyspaniam pervenit. Et credo ut puto quod ab infancia ecclesie primitive usque ad senectam et senium eiusdem videlicet usque ad tempora filii perdicionis maior fuit vel futura sit ab hominibus depopulacionibus vel maius flagellum ecclesiam sanctam dei oppressit quam ex cerabris erroris venenum pestiferum quod serpens antiquus per os pseudo prophete et successorum eius in tanta populorum multitudine iam fere per sexcentos annos evomuit. Iustus es domine si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Cur bestie tam crudeli tam laxas habenas concessisti? Quare tamquam potens capiuntur aves, et tamquam vir fortis qui salvare non potest tanto tempore pluisti, conculcante impio iustum et vastante vineam tuam, et tot milia milium pro quibus sanguinem fudisti tibi auferente? Cur fortis armatus iniquus in tanto tempore custodivit in pace atrium suum et fortior

non supervenit, qui vasa eius potenter auferret eripiens inopem de manu fortiorum eius, et pauperem a diripientibus eum? O altitudo diviciarum sapiencie et sciencie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Quis est homo qui respondeat deo vel disputet cum eo? Numquid dicit figmentum ei, qui se fecit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud in contumeliam? Iudicia dei abissus multa. Scimus enim quod licet antiquus adversarius nichil possit nisi quantum deus permiserit, peccata tamen nostra adeo fecerunt potentem contra nos, quod iusto licet occulto dei iudicio, usque ad tempora nostra filium perdicionis perfidum Machometum eundem insanum promiserit insanire etc.

De origine et vita Machometi capitulum

Fuit autem Machometus Ismahelita ex Agar ancilla Abrahe ex progenie Ismahelis hominis fortis, cuius manus contra omnes et manus omnium contra ipsum, licet enim Sarraceni ex Sara tamquam ex libera mendaciter et inaniter se nominant Sarracenos. Verumtamen Agareni ab Agar concubina Abrahe debent dici. Cum autem adhuc puer esset et defuncto patre suo Abdimenech et matre sua, relictus est pauper orphanus, susceptus est a quodam homine gentili et ydolatra, qui nutrivit eum in illo loco Arabie, qui dicitur lingwa eorum Galingua. Postquam autem factus est etatis adulte et ad annos iuveniles pervenit, cum iam proprio corporis exercicio more pauperum victum sibi laboriose posset acquirere, effectus est mercenarius cuiusdam mulieris vidue asinos custodiens

a quibusdam viatoribus quos ferebat ad partes Syriae deferebat mercimonia ad opus dominae suae. Cum autem domina sua postmodum eius custodiae commisit, et ad civitates et ad oppida circumstantia servus negociator merces deportabat. Cumque pro servitio suo et huiusmodi negotiatione viduae praedictae gratiam et familiaritatem fuisset adeptus, sese libidinose mutuo concupiscentes, primo occulto et fornicario concubitu pariter convenerunt. Postea vero mulier illa cum eo matrimonium contraxit publice, et copiosam pecuniam illi dedit. Ipse vero qui prius vitam miseram et inopem usque ad dies illos duxerat, subito et quasi fortuito et inopinato ditatus coepit in oculis suis extolli, et apud se tacite gloriam cogitans intra se et modis omnibus procurans qualiter super gentes illas quae regem non habebant, et super tribus suas dominari posset et apud illos sibi nomen posset habere magnum. Primo igitur congregavit homines pauperes et inopes et obligatos aere alieno, viros profanos, predones et latrones, homicidas et raptores, ut eorum auxilio, multa pecunia per violentiam et rapinam congregata nomen sibi faceret et ab omnibus timeretur. Cum autem ex huiusmodi perversis et desperatis hominibus filiis Belial non modicam multitudinem congregasset, posuit eos iuxta vias publicas in insidiis et locis abditis et occultis ut negociatores causa mercimonii de Asia venientes sine mora spoliarent. Quadam die misit lxxxta de latronibus suis ut mercatores quosdam per partes illas transeuntes spoliarent. Quidam autem vir potens de patribus illis cuius camelum Machometus abstulerat cum tercentis hominibus occurrens socios Machometi fugavit ipsis de praedonum manibus mercatores illos liberavit. Alia autem

vice misit C de militibus suis ut sibi praedam adducerent qui omnes a quibusdam in insidiis positis ita sunt occisi ut nec unus ad dominum suum rediret. Misit tertia vice multos ex sociis ad locum quendam ut multitudinem asinorum qui per illum locum transirent, mercibus variis oneratam raperent, sed antequam ad locum illum pervenisset, mercatores cum asinis die tertio transierant praecedenti. Nec autem propheta mendax providere non poterat, nec in praedictis casibus sibi vel sociis suis potuit providere. Mentiuntur ergo miseri Saraceni qui eum summum prophetam domini fuisse praesumptuose protestantur. Aliquando cum ad ~~[illegible]~~ fugisset de praelio quodam multis dentibus confractis vix evasit.

In multis enim praeliis devictus, et cum exercitu suo fugatus, nec suis sociis nec sibi potuit praestare subsidium. Misit enim frequenter socios suos ut homines sibi contradicentes nocte in suis domibus iugularent. Vicinos etiam suos quibus invidebat clam et proditorie faciebat trucidari et maxime Iudaeos quos plurimo odio habebat. Plerumque autem impii et facinorosi complices eius villas et castella subito ingredientes et ex improviso homines parvulos et mulieres passim occidebant, et partem praedae domino suo qui defensionem et auctoritatem eis praestabat afferebant. Frequenter autem hii quos ad exercenda vel latrocinia mittebat ab hiis quos spoliare volebant sunt occisi. Ipse vero quodam praelio dentibus suis a dextera parte excussis labro superiori conscisso et genis et fronte vultu lacerato et deturpato vix evasit. Quidam autem socius eius elevans manum propriam ad tutelam super eum amputato digito uno vix eum valuit liberare. Ecce quomodo decepti sunt et crassis tenebris involuti miseri Saraceni qui mendaciter affirmant ipsum super omnes prophetas prophetiae spiritum habuisse, et decem angelos ei faventes

et cum custodientes omni tempore secum
habere. Dicunt etiam quod antequam deus in principio
celum et terram creasset nomen Machometi quod
in conspectu dei consistebat, et nisi ipse Ma-
chometus futurus fuisset nec celum nec terra nec infer-
nus vel paradisus fuisset. Ipse vero cum ei ma-
lum frequenter accidisset, scilicet a priore conflictu
victus et fugatus cum magna recederetur
confusione, ob sui excusacionem dicebat quod
missus erat a domino non ut miracula faceret
sicut alii prophete ante ipsum, sed ut leges da-
tas iudeis per Moysen et christianis per Christum exponeret
modo et declararet, et eos qui mandata legis
male intelligebant corrigeret et instrueret,
ita quod si quis mandata eius recipere recu-
saret vel gladio interficeretur vel pro incredu-
litatis sue precio tributum solvere cogeretur. Si
qui autem credere legi sue renuerent vel
contrarium predicarent contra eos prelia semper
facerent, et ipsis tenuitatis si posset uxores
et liberos eorum perpetue servituti subderent.
Simulans etiam fidei sue nec fidem nec promissionem
observavit, sed omnibus modis eos decipere con-
tendebat. Cum igitur de seipso fateatur quod
gratiam faciendi miracula non haberet, miracula
illa que de illo Sarraceni gloriantes
predicant constat esse falsa et ipsos decep-
tos oculis penitus excecatis veritatem igno-
rare. Dicunt enim quod lupus quidam in via
qua ambulabat aliquando ei obviam veniret
contra quem cum tres digitos Machometus
erexisset lupus ex tunc confestim fugien-
do recessit. Affirmant etiam quod bos quidam
quandoque cum eo locutus fuisset et quod arbor sicca
ad eius vocacionem et imperium ad terram in-
clinata ad eum similiter accessit. Di-
cunt etiam quod luna ad ipsum descendentem
in sinu suo recepit et ipsam lunam in
partes ab eo divisam iterum coniunxit. Asse-
runt etiam quod venenum in carne agnina
aliquando sibi fuisset oblatum. Agnus autem

locutus est ei dicens: Sir me habeo ve-
nenum, cave ne me sumas in cibum. Socius
autem eius qui cum eo in mensa sedebat ex
eo comedit et vitam veneno amisit. Ab
illo autem die post annos xviii Machometus
veneno sibi alias dato interiit nec tamen
mortem suam pseudo propheta [illegible]. Ipse
autem divino percussus iudicio morbo caduco
laborans aliquando cadens in terram spumabat.
Predicta autem uxor eius pre verecundia et
morbi abhominacione volebat eum dimittere.
Ipse autem dicebat uxori sue quod angelus dei
Gabriel ei tunc loquebatur ipsum de lege
qua dabat hominibus instruens et dei mandata
ad ipsum deferens. Ipse vero presenciam ange-
li et corporalis sustinere non poterat. Spiritus
autem eius tunc in extasim raptus angelicam
vocem audiebat et precepta sibi retinebat.
Mulier autem credens simpliciter credidit et
sic in matrimonio cum ipso remansit. E-
rat autem luxuriosus et libidinis ardore
succensus super omnes homines orientalis
regionis. Ex quo tamen ipse in immen-
sum gloriebatur iactans se solum super xl^a
homines ex divino munere virtute generativa
habere et vim coeundi super eminentem
potestatem a deo accepisse. Unde xl^a duxit
uxores exceptis ancillis et concubinis
quas omnes zelotipie spiritu impulsus, ita
recluserat quod nunquam poterant exire, nec ulli
hominum possibile erat eas videre vel ad eas
aliquo intrare. Unde usque hodie Sarra-
cenorum et fere omnium orientalium mos est
quod uxores suas ita recludunt ut vix so-
lis radium videre queant ab earum colloquio
consanguineos continuo et vicinos prorsus
privantes. Virgines etiam eorum ita cunctis
hominibus vultus abscondunt collum et

manus quibusdam incantamentis uteretur quod
plerumque aliquis [illegible] ducit [illegible]
eius antequam eam traduceret cognovit [illegible]
aut contra aliquam iram irritabat quod ad eam
permissam non intrabat sed turpitudine sue libidi-
nis devictus sponso incantato eam ante tempus
cognoscebat. Cauda autem ex uxoribus suis in
dotem seu donationem propter nuptias loricam
ex fragmentis cameli factam concessit et
duas violas cum duobus cervicalibus rotundis
ex palmarum foliis contextis. Propter has autem
ab aliquibus uxoribus nullatenus homo im-
pudicus abstinebat sed passim quascumque
placebat sibi potuit adulterio polluebat.
Verum quia propter hoc infamaretur et a multis
accusaretur et maxime a sociis erroris
sui et coadiutoribus maleficii reprehenderetur
eo quod propter vite sue turpitudinem eius predi-
catio non reciperetur ita a multis, ipse ad sui
excusationem et populi indignationem sedandam
legem promulgavit que usque in presentem di-
em a Saracenis firmiter observatur de ad-
ulteriis vel puniendis. Cum mulier adulte-
ra ceciderit apud eos, sibi soli tamen dixit
esse a domino angelo Gabriele mediante
in privilegio concessum quod ad aliorum
uxores posset accedere ut prophetas et filios
virtutis ad cultum dei generaret. Ipse autem
servum quendam quia propter uxoris sue pulchritudi-
nem domini sui luxuriam valde suspectum ha-
bebat cum uxori sue districte precepit ne
aliquando a domino suo videretur vel cum eo lo-
queretur. Illa cum [illegible] locuta esset cum
Machometo servus autem indignatus et
iracundia concitatus eam repudiavit et
a se confestim eiecit. Dominus autem eiectam
duxit et cum uxoribus suis recepit. Cri-
mes autem se non adulterii crimine blasphe-
maretur finxit quod carta de celo missa
fuisset illi a deo in qua a domino manda-
retur ut genti sue legem promulgaret.
Item si quis uxorem suam repudiaverit si
alius suscipere eam voluit uxor illius sit
qui eam suscepit. Istud autem Saraceni
usque hodie habent pro lege. Si autem adultera
non possit a marito convinci et propter timorem
suspicionem vel propter aliquam feditatem sue
sive ob aliam causam eam repudiatam
dimiserit, si postea primam ductam ipsam velit
ad thorum pristinum revocare non aliter licet
mulieri ad virum suum accedere nisi prius
tanta verecundia confundatur quod in oculis
mariti sui ab alio viro extraneo cognoscatur.
Et sic per huiusmodi pollutionem ipsam miserabi-
les homines estimant purgari et dignam
quod ad maritum suum debeat revocari. Por-
cus autem ille et canis immundus in tantum libi-
dinis fervorem exarsit quod ipse concessit
aliis maribus turpitudinis quos in propriis
uxoribus abutentur. Ait enim in libro
suo quem vocavit Alchoran: Si uxores
vel ancillas habetis ipsas pro modo
vestro et ad voluntatem vestram preparate.
Pro quo execrabili verbo statim omnibus
debet incendio concremari. Per hoc
enim latens vitium sodomiticum hostis
nature in populo suo introduxit. Cum ipsi
ex maxima parte non solum in
utroque sexu sed etiam in brutis abusione
turpitudinem operantes facti sunt sicut
equus et mulus in quibus non est
intellectus. Asserunt enim ad prenotatam
sui excusationem quod re propria ad omnem vo-
luntatem et voluptatem suam quilibet licite
possit uti. Hec autem de pessima et ab-
hominabili eius vita parva de magnis
pauca de multis dicta sufficiant. Nunc
autem de execrabili eius lege breviter
certa aliqua subiungamus. Sed cum

De pessima doctrina eius contra preceptum

Quadam die dum de civitate Ma-
than veniens camelum quendam
invenisset in via rapuit eum et
duxit in civitate Mathan in qua hodie
sepultus ab impiis et deceptis populis ado-
ratur. In predicta vero civitate cum de se pro
testimonium perficeret asserens se esse prophetam
et adeo ad salutem populi transmissum, illi no-
luerunt eum recipere, nec eius falsis et vanis
acquiescere suasionibus, sed tamquam falsarium
et viarum predatorem et latronem a civitate
sua pepulerunt. Fugit igitur cum sociis confusus
et expulsus ad civitatem quandam deserta
ubi erant homines partim Iudei, et partim
gentiles ydolatre, rudes et indocti, qui
numquam vel raro veritatem audierant predica-
torum. Videns autem illos pauperes et inaul-
tos homines faciles ad seducendum, con-
struxit in civitate quoddam templum in quo
figmenta sua et vana documenta vanis
et ydiotis hominibus predicaret. Et quam magis
laqueus dyaboli et profunda fovea perditio-
nis futurus erat homo ille. Cum rudis
esset et illiteratus, providit ei ille artifex
christiane religionis inimicus, socios et coad-
iutores erroris sui, qui eidem tamquam impietatis
instrumenta assisterent et ipsum fallaciis instruerent
et in nequicia confoverent. Et unus eorum
monachus homo apostata et hereticus
vir Belial nomine Sergius. Cum de ex-
ecrabili heresi Rome fuisset convictus
et condempnatus et excommunicationis vin-
culo innodatus extra omnem ecclesiam dei fuis-
set eiectus et a fidelium consorcio penitus
expulsus fuit ad partes Arabie cupiens
se de molestia sibi facta contra Romanos
vindicare. Cum autem invenisset Macho-
metum qui iam habebat in populo suo aliquam
preeminentiam, nec tamen adhuc a multis
propheta putabatur, cepit eum ad quandam

Iudeos qui populo ipsi Machometo adheserunt
exhortari et amonere dicens sicut Moyses
et Cristus legem dederunt populo suo et propter
hoc ab universis reputati sunt magni ita
et ipsi ut magni nominis et summus propheta ha-
beretur, consiliis et documentis ipsius Ma-
chometi et Iudei, legem illi populo daret
cuius maior pars ydola colebat et faciliter
ad eius doctrinam flecti possent. Machometus
autem eorum persuasionibus acquiescens suggestionibus
ut maioris auctoritatis lex eius esse videretur
ex veteri et novo testamento ad augmentum
erroris sui predicto heretico et Iudeo docenti-
bus, quedam adiunxit ad inventionibus
propriis que suggerente dyabolo de corde suo
confinxit. Unde contra preceptum Iudeorum
circumcidunt Sarraceni. Carnes etiam por-
cinas non comedunt cuius racionem cum vellet
Machometus assignare dicit cum ex fi-
mo cameli porcus post diluvium fuerat
paratus cum tamen ex immundiciis natus
non debet a mundo populo manducari. Similiter
pisces non habentes squamas contra consuetu-
dinem Iudeorum non manducant. In hoc
autem cum christianis conveniunt quod credunt unum
solum deum omnipotentem omnium creatorem
trinitatem autem non recipiunt, sed abhominantur
fidem nostram et derident nos, tamquam
tres deos adorentes. Ineffabilem filii dei
generationem a patre non recipientes, sed carna-
liter tamen et per prolem creationem omnem indi-
ferentes intelligentes generationem. Caro
enim et sanguis et non pater meus qui est in
celis revelavit eis, animalis enim homo
ea non percipit que sunt dei. Asseruit
enim pseudo propheta vera quedam falsis
inserens quod Moyses fuit magnus
propheta, sed Christus maior et summus fuit pro-
phetarum, ante tempora sua natus ex
Maria, ante partum virginis et in partu
et post partum omnium sanctarum feminarum

sanctissima permanente Conceptus vero
dei absque semine carnalis hominis, postea
vero venenum annectens, asserit ipsum fuisse
purum hominem sicut alii prophete non dii sed
puri homines fuerunt Respondentes autem simul
Saraceni et sancte ecclesie misterium ignorantes
asserunt cum manicheis quod Christus non vere
fuit crucifixus nec vere passus nec in veritate
mortuus vel sepultus nec die tertia resur-
rexit sed alius quidam homo similis illi pro
eo fuit crucifixus Christus autem sicut a deo
venit ita ad deum vivus absque ulla mor-
tis passione rediit et ad celos ad deum
qui insedat eum ascendit Venerantur templum
domini quod dicitur Salomonis in quo dominus
a beata virgine fuit oblatus, et quedam
alia loca in quibus Christus cum Maria et
Joseph confugit in Egiptum dicitur quievisse
in magna reverencia tenent et ecclesias etiam
beate Marie virginis in multis locis honorant
et rubum etiam quem vidit Moyses ardere
et non comburi et alia loca in quibus in
monte et circa montem Synai dominus appa-
ruit Moysi, magno venerantur obsequio
crucem tamen domini et sepulcrum eius derident
dicentes, cur tanta prophetia tam ignominiosam
mortem cum posset evadere unquam vellet sus-
tinere Persiani autem Saraceni Judeos
et cum odio maximo imprecantur quod sanctissimum
prophetam Jhesum Christum recipere noluerunt et mul-
tas ei persecuciones intulerunt Maxime
quia Machometus in Alchorano suo de
Judeis valde conqueritur, eo quod essent dure
cervicis, et mandata eius acquiescere
recusarent De christianis autem dicunt quod
magis propinqui sunt quod legem eius audiunt
et fatentur Ipse autem tam christianos quam
Judeos homines legales appellat et
ita confusus est in tractatu suo et sibi contra-
rius, quod aliquando affirmat, quod quilibet homo
possit salvari in lege sua Aliquando
vero asserit quod omnes dampnabuntur preter
Sarracenos Ipsi autem Sarraceni quicun-
que male egerint ad preces eius quem
dominus in omnibus exaudiet salvabuntur
Et quod in ewangelio Jhesum Christum ipsum Christum a
beato Johanne baptisatum Sarraceni au-
dierunt ipsum beatum Johannem in magna
reverencia habentes loco baptismi per omnes
immundicias corporis quas corporaliter operantur et maxime
quando ad oracionem debent accedere, corpus
suum aqua simplici abluendo ab immundiciis
suis hoc modo estimant se purificari corpore
passim et frequenter hac fallacia seducti
obstantes et abusivis voluptatibus inquinati
et peccata ut dictum est aquis abluuntur Cunc-
tique etiam a sacerdotibus christianis filios suos fa-
ciunt baptisari nullam aliam spem habentes
in baptismo nisi quod propter hoc filios suos diu-
cius vivere, vel ab infirmitatibus corporis
putent facilius liberari Recipiunt autem
Penthatheuum Moysi et omnes libros
prophetarum et apostolorum quos a deo fuisse locutos
et omnes sanctos fuisse non negant psalmum
etiam et omnes textus veteris testamenti trans-
lacionem secundum lxx interpretes recipiunt
sed more Judeorum vel ad litteram intelli-
gunt scripturas, vel perverse aliqua quandoque
exponunt Ewangelia autem domini legunt
et non intelligunt propter vera tamen esse
fatentur, quecumque Christus locutus est Ewangelio
et apostolos qui conversati sunt cum Christo quos
Machometus in libro suo vocat viros
albis indutos et eorum libros recipiunt
Omnes qui cum Christo dum esset in terris
tamquam falsarios et ewangelice veritatis
ignaros non admittunt, sed tam eos
quam libros eorum despiciunt Unde et beatum
paulum cum libris suis et omnes alios
qui post paulum varios libros scripserunt
Ipsi abhominantur doctrinam eorum et blas-
phematores credunt autem ex libris ewan-
geliorum Christi vel sanctorum apostolorum
vel etiam ex veteri testamento aliquid legi

sive repugnare videntur cum aliter non possunt
evadere dicunt libros nostros a falsariis esse
corruptos quibusdam subtractis et aliis pro
voluntate apponentium appositis. Hoc est solitum
et miserabile eorum refugium. Ita enim quilibet
ydiota respondente nec christiani ex libris suis
nec judei ex veteri testamento nec aliqui
ex scripturis antiquorum per locum ab ab
auctoritate possent aliquid probare contra
absurda autem et frivola sit huiusmodi respon-
sio patet ex hoc quod sancti qui post christi tempora
secuti sunt eadem miracula que christus
fecit et etiam aliqua maiora christi virtute fe-
cerunt. Christiani quoque autem in libris suis scripserunt
ex novo vel veteri testamento habuerunt
sibi per omnia consonantes et concordantes scribentes
de thesauro suo nova et vetera protulerunt.
Notum est etiam quod sancta evangelia et libri
doctorum et alia legis christianorum volumina
in diversis mundi partibus et variis ydioma-
tibus a diversis etiam scriptoribus et variis temporibus
scripta sunt concordantia et absque ulla singulari
contrarietate et omni hominum generi usque ad
tempora nostra successive sunt recepta. Ex quorum
uniformitate manifestum est quod nullo modo
potuerunt esse falsata. Contra enim tot fal-
sarii et ita a se remoti tam ydiomatibus
quam locis in unum possent penitus con-
venire. Christiani quidam autem prudentiores ex ipsis
et naturaliter ingeniosi et tam in libris
naturalibus gentilium philosophorum qui legi Ma-
chometi penitus contradicunt quam in
libris nostris exercitati evangelia christi
legentes et legis nostre puritatem cum
erroribus impii seductoris conferentes ad
gratiam baptismi christi frequenter confugiunt
et longe plures convolarent nisi car-
nalibus illecebris et pravis vite con-
suetudinibus irretiti christi paupertatem
et vitam christianorum nimis arta putantes

christi suavissimum iugum asperum et quasi
intollerabile reputarunt. Hec autem precipua
sunt causa quod perversas huius huius seductoris
traditiones et infamias falsas plures quam
alicuius alterius heresiarche secuti sunt homines.
Lex enim evangelica avaritiam et desideria
terrena detestatur carnales voluptates et
fedas concupiscentias carnis illicitas arcet
prohibet et execratur. Unde fluxus carnalis
voluptatis restringere et motus illicitos co-
hibere et curam carnis in desideriis non perficere
et corpus spiritui subiugare, terrena lucra non
inhiare, indecora et transitoria omnia contem-
pnere, inimicos diligere, nulli malum pro malo
reddere, pro persecutoribus orare et multa huiusmodi
talia que legi hominum impossibilia, deo au-
tem qui virtutem subministrat sunt facilia do-
divina gratia preveniente et cooperante non solum
facile sed cum gaudio et spirituali delectatio-
ne a christi fidelibus adimplentur. Car-
nales autem et imprudentes Sarraceni tem-
poralia et terrena desideria et presentis vite de-
licias futuram beatitudinem credunt nullatenus
impendere. Unde more pecudis post car-
nis concupiscentias abeuntes et in luto
voluptatis obscene infixi mortui et
sepulti nullis viciis resistere noverunt
sed carnis passionibus miserabiliter subiecti
et suppeditati plerumque non provocati ab
appetitu credant esse meritorium fedos ap-
petitus provocare. Ex quo factum est quod et
in partibus orientis et maxime in calidis
regionibus bruti et luxuriosi homines quibus
austeritas christiane religionis intollera-
bilis et importabilis videbatur arta via
que ducit ad vitam et angusta porta
descendentes lata et spatiosam via que
ducit ad mortem faciliter sunt ingressi.
Et multiplicati sunt super numerum carnalibus
illecebris irretiti. Cum autem contra alias
hereses sancti viri zelo iustitie et divini

amonis sermone suavissimi predicando disputan-
do et ex divinis scripturis raciocinando se esse velle
opponerent et de fraudibus illius nequam plures
in heresim lapsos excitarent. Ille homo per-
ditissimus ad cumulum nequicie sue cum
de veritate vel credibilitate secte sue rapu-
rum nil haberet precepit genti seducte nequaquam
legem suam predicatores admitterent sed si quis
contradicere vellet statim gladio feriret.
Quicunque autem Machometum negaret per-
imi occideretur. Dicebat autem frequenter
auditoribus suis: videte ne decipiamini, nemo
propheta fuit cui plebs et gens mendacium
non imposuisset. Nolite ergo credere quod ho-
mines dicturi sunt de me. Timeo enim
ne gens mea postquam mortuus fuero de
me mendacia dicat et michi falsa appo-
nat. Nolite detrahentibus credere, sed tamen ea
de me credatis que in libro legis que vobis
datus sum inveneritis. Si quis autem con-
tradixerit et blasphemaverit occidatur.
Et quia homo ille libidinosus plures
habuit tam uxores quam concubinas, conces-
sit et incestum predicavit, cuilibet licitum
habere plures uxores et tot concubinas
quot posset pascere et in necessariis pro-
videre. Sarraceni autem tres vel quatuor
simul et non amplius hodie ducunt uxores
que libere sunt. Concubinas autem et
ancillas quas et emunt quotcunque vo-
lunt possunt habere. Magis autem religi-
osus iudicatur inter eos qui plures potest
impregnare. Filiis autem concubinarum
equaliter ut filiis uxorum pro voluntate
sua relinquunt possessiones et hereditates
ut sit filius ancille cum filiis libere. Et
plerumque postpositis filiis uxorum filios
concubinarum quos magis diligunt re-
gnorum suorum viri nobiles constituunt
successores. Ex quo frequenter accidit

quod potentes Sarraceni christianorum filii mu-
lierum nobis amici facti sunt et christianis in
terra sua commorantibus benivoli et propicii
existunt. Machometus enim in multis
fuit propicius mulieribus et propter libidinem
suam eis valde complacebat. Unde pro-
mulgavit ut postquam ancilla de Sarra-
ceno conciperet confestim libera efficeretur.
Et postquam natus esset fetus cuiuscunque legis
esset mater libera permittetur abire, ita tamen
quod partus matrem vel ventrem non sequeretur
Sed cum patre remaneret et legem suam
inviolabiliter observaret. Ut autem non solum
gentiles et ydolatras sed eciam simplices
christianos ad sectam suam detestabilem
facilius alliceret, quedam in laude domini nostri Ihesu
Christi quedam miracula de infancia salva-
toris que in libris inveniuntur apocrifis
libro legis sue qui dicitur Alchoranus
inseruit dicens quod Christus cum puer esset
de luto terre volucres produxit et quedam
alia miracula que nec in ewangeliis con-
tinentur nec ab ecclesia recipiuntur de Christo
predicavit. Vera autem miracula que Christus
indubitanter fecit quemadmodum in ewangelio
legimus penitus tacuit, nullam inde fa-
ciens mencionem. Ut autem perverse secte sue
falsificationes et irracionabilia instituta
non deprehenderentur, a quibusdam quasi
honestis et religiosis mandatis posset
involvere et aliquo religionis colore
suam excusaret, crebrius elemosinas et
oraciones multum commendavit. Sed super
omnia pro defensione legis sue usque ad
sanguinis effusionem et mortem fortiter
pugnare meritorium esse dogmatizavit.
Dicebat enim quod mors inevitabilis non esset
cum deus ultimum diem et finem cuiuslibet
previderit, quem nullus potest preterire
vel aliquomodo evitare quem deus previdit.

pt homo aliquatenus pervenire vel
anticipare. Cum autem christiani versus
orientem soleant orare Iudei autem
ad occidentem ipse volens a horum
imitator reputari ut singularis et sin-
gularis eius auctoritas premineret versus
modum orandi invenit scilicet versus
meridiem. Ipsi autem Saraceni nec de-
cimas reddunt nec aliqua sacrificia
faciunt nec eciam aliquas in matri-
moniis suis benedictiones adhiben-
tes, more canum copulantur, faciunt at-
qualibet nocte legem Machometi
ab aliquo in eminenti loco astante
proclamari Cum tu legem Machometi
sanctam et iustam esse et ipsum prophetam
a deo missum fuisse in auribus omnium
proclamavit Attendens autem quod Iudei
secundum legem suam in die sabbati quolibet
septimana quiescendo feriant Similiter
christiani diem unam scilicet dominicam in
honorem resurrectionis domini singulis
ebdomadis solempnisant ut gens eius
a predictis nacionibus distincta alias
imitari recusaret Sextam feriam
scilicet diem veneris ipse solempnizari in
qualibet septimana precepit observare
Ieiunia autem semel in anno per men-
sem integrum fieri constituit quem
nos quadragesimam paganorum appel-
lamus Ieiunant autem per totam diem
nichil prorsus manducantes vel biben-
tes nocte autem quociens cumque volunt
comedentes et bibentes et nullis
deliciis carnalibus abstinent per totam
noctem more pecudum diversis se
ferculis usque ad crapulam et vomitum

ad implentes In noctibus vero venere
recuperant quod amiserunt in die Vinum
tamen in diebus ieiuniorum non est eis lici-
tum bibere Aliis autem diebus a vino ple-
rumque maior pars Saracenorum consuevit
abstinere et maxime qui inter eos magis
religiosus videtur et hii qui peregrini
fuerint Machometi corpus eius in
Mecha civitate visitantes Machometus
autem vinum valde vituperans eo quod prohibi
homo castus ~~magnus~~ magnus a vino tem-
perare nesciret bibens ex excessu ad ex-
cusacionem sui retorquebit Hec est autem
tercia et magis evidens racio quare
a vino precipiantur abstinere Ipsi autem
gulosi et nullo freno prohibicionis astricti
quociescumque vinum bibunt amisso omnis
usu adeo inebriebantur quod more porcorum
munt in luto sese volutantes iaciunt
nunc per vicos et plateas civitatis titubando
incedunt et inter rixantes sese mutuo
inficiunt et occidunt Et quoniam usum veneris
et luxuria meritorium reputant frequen-
tius in tempore ieiunii concubinis et
uxoribus suis commiscentur vel causa libi-
dinis explende vel ut plures filios
ad legis sue defensionem valeant generare
Sicut enim in divinis scripturis spiritualiter
due distinguuntur civitates continentes quidem
corpore sed divise mente, una dei, altera
diaboli, una Ierusalem altera Babilon nun-
cupata, ita Machometus ad literam duas
ex una parte civitates dei, sanctas et
omni acceptione dignas scilicet Mecham
et Ierusalem asseruit, ex alia parte duas
civitates diaboli Anthiochiam scilicet et
Romam urbes pessimas et execrabiles
predicavit. Unde Saraceni non solum

ciuitate Methan in qua corpus Macho-
meti sepultum est causa peregrinacionis
adeunt et orantes / sed et cum magna ve-
neracione ad ciuitatem Jerusalem quam a xpianis
possidebatur a partibus remotis veniebant
ad templum Salomonis / quod ipsi rupem
uel templum appellant / oraciones et ob-
laciones reddentes redditum Et quia car-
nalis populus spiritualium ignarus non
nisi carnalibus facile mouetur predictus
eis ille magister eciam quod omnes sibi crede-
tes post resurrectionem corporum pulcerri-
mas in paradiso voluptates haberent
virgines et speciosas mulieres cum magnis
ocellis ex quibus quotcumque vellent
filios generarent Cum tamen dominus
dicat in ewangelio quod post resurrectionem ne-
que nubent neque nubentur / sed erunt
sicut angeli dei Et iterum Hec est vi-
ta eterna ut cognoscant te verum deum et
quem misisti Jhesum xpistum Econtra vero
Antixpistus ille dogmatisauit dicens Hec
est vita eterna in paradiso post mortem ut
edatis et bibatis quecumque volueritis fer-
cula eciamque cum cibaria perieritis sta-
tim de celo mittentur vobis / Omnibus
autem voluptatibus affluentibus semper gaude-
bitis nullus offendet vos et nichil vos
nocebit / Addidit preterea seductor ille
quod tria ibi flumina scilicet lactis mellis et
vini optimi aromatici habebunt in pa-
radiso quibus in iocunditate sua quandocumque
placebit poterint uti Et quod angelos
dei magnos et pulcros visuri sunt
ita quod ab uno oculo angeli usque ad a-
lium sit spacium itineris unius diei Mul-
ta quoque alia ita friuola et vana dixit

homo ille illiteratus qui nichil ex aliquibus
libris didicerat Sed asinos et camelos
ut predictum est quod multi ex Saracenis
qui liberales artes nouerunt et libros
philosophorum legerunt magistri sui doctrinam
derident vitam tamen imitantur desi-
derio carnalium voluptatum timore aliorum
Saracenorum legem Machometi superfi-
cialiter venerantes Sequitur

De morte Machometi et successoribus eius capitulum septimum

Cum autem annis xl miserabilem
vitam Machometus protraxisset
et mortem sibi iminentem veneno se
oppressum sensisset dixit cognatis et
amicis suis / Quando me mortuum videritis
corpus meum nolite sepelire Scio enim
corpus meum post triduum in celum esse de-
ferendum Cum igitur indignam vitam digna
morte terminasset discipuli eius et socii
non solum per triduum sed per dies xx corpus
seruarunt expectantes utrum in celum deferretur
Videntes autem magistri sui dicta irrita esse
et effectu caruisse / cum iam intollerabilis
esset fetor cadaueris / ipsum corpus aqua
non lauantes sub terra absconderunt Multi
autem inter eos prudenciores fuerunt deprehensa
seductoris falsitate omnia quecumque dixerat
falsa et irrita estimantes ab eius lege
discesserunt Cum autem ad exemplum eorum
omnes vel alii vellent discedere cognati
Machometi et socii qui prius in reuerencia
et honore apud populum habebantur et occasi-
one legis plurima lucrabantur mesti et
confusi cum multis blandiciis et promis-
sionibus ceperunt omnibus modis supplicantes
attrahere et ad sectam predictam eorum animos
inclinare Quendam autem ex discipulis
Machometi loco eius elegerunt que

vocavit Caliphan qui successorem sive heredem eo quod dignitatis et principatus Machometi successor existeret Hic vero dignitate et potestatem adeptus cepit partim blanditiis partim comminationibus et metu populos ad se vocare vocare et in multitudine hominum congregare Quidam autem socer Machometi Aythali nomine contra predictum Caliphan invidia concitatus et indignatione commotus concupiscencialiter et ambitione secularis dignitatis tractus modis quibus potuit per se et per suos eidem se opponens et multiplicatis expugnans non cessavit donec ipsum a principatu removit

De Calipha Egiptiorum capitulum octavum

Post hunc vero quidam patruelis Machometi nomine Haly cum obtinuisset principatum vehementer commoveri cepit et indignari quod successor Machometi vocaretur cum se digniorem Machometo reputaret et propter eximium cui domus familiaritatis qua Machometo locutus fuisset se vellet ab omnibus estimari Hic igitur et complices eius legi Machometi maxime detrahebat et in ipsum multa mala proferebat maledicta alios ritus et alias constitutiones et aliud orandi modum tradidisset Illi autem qui legem Machometi tenere voluerunt in partibus orientis Caliphan Baldacensem statuerunt qui in tanto honore a suis in reverentia habetur quod nisi mandato et auctoritate illius nullus quamquam potens aut nobilis apelletur Soldanus et omnes eius subditi tam reges quam alii pedes eius usque ad terram prostrati reverenter osculentur Successores autem Haly de quo supra fecimus mentionem contra singularem orientis Caliphan sedem suam erexerunt in terra Egipti in immensis divitiis et deliciis affluentes Unde inter Egiptios et alios orientales populos magna ex tunc fuit dissensio et odium implacabile et in lege discordia et seducto Sarracenorum populo in duas partes divisit quadam parte Haly et eius successoribus adherente maiore tamen parte Machometo consenciente Postquam autem Solading temporalem amministratione Egipti sub domino suo Calipha Egiptio est adeptus timens sibi eo quod Caliphe non invito multis eum accusantibus erat suspectus ut ipse Solading ad nullum superiorem haberet respectum sed ipse sibi et Solading et Calipha accessit ad dominum suum Caliphan Egiptium tamquam ei solita et debita vellet reverentiam exhibere et clavo ferrato quem gestabat in manibus ex improviso ipsum ad terram prostratum deiecit et per proditionem occidit Omnes autem eius filios et cognatos et speciales amicos vel interfici misit vel carceri in perpetuum mancipari Ex tunc Solading Baldacensis solus monarchiam et dignitatem tam super Egiptios quam super omnes alios orientales obtinuit Soladino Egiptios compellente ut ei concorditer obedirent et nullum Caliphan aliud instituere presumerent nec ritum alium quam alii orientales observarent etc.

De Calipha occidentali miramummelin capitulum nonum

Principes autem occidentalium Sarracenorum omnium qui legem Machometi observant potestis

sunt qui caput et imperii sui dignitatem
et regni sui solium et in civitate Marochii
que quondam Kartago dicebatur collocat
et non solum Ethiopie et Affrice sed etiam
Hyspanie ex magna parte dominatur orien-
tali Caliphe cum universo populo suo subditus
esse renunciavit. Sed seipsum regem et
Caliphum reputans miramumelim et
regem credentium se et omnes eius suc-
cessores precepit appellari lingua enim
eorum mira idem est quod rex miramume-
lim aut credentium interpretatur. Unde inter
orientales et occidentales Saracenos
magnum est scisma et dissensiones que
plurimum utiles christianis eo quod isti illis
in preliis et expeditionibus contra nos
renuunt prestare subsidium regno eorum
in seipso diviso et ex magna parte deso-
lato etc.

De generibus qui legem Machometi suscipere noluerunt capitulum x

Copiosa autem gentilium et ydolatra-
rum multitudo et hii maxime
qui septemtrionalem habitant regionem
circa paludes meothidas et in partibus
Burgarie et Comanie usque ad fines
Ungarie et qui in confinio regni
Dacie et in aliis partibus adiacentibus
commorantur legem Machometi sus-
cipere renuerunt. Et quia ab aliis Sa-
racenis orientalibus et occidentalibus
valde remoti sunt per metum seu per vio-
lentiam non potuerunt compelli unde
usque hodie quidam eorum errorem vetus-
tum retinentes ydola colunt venerantur
et adorant. Alii vero more pecudum
nec legem nec scripta aliqua nec litteras
ullas habentes arbores et arbusta et
pecudes et generaliter quidquid in mane
casu aliquo prius eis occurrit illud pro
deo reputantes per totum diem colunt
et adorant. Quidam autem ex eis se verum
et summum deum ignorare confitentes pro-
testantes tamen deum ignotum aliquo placa-
re sacrificio et obsequio venerantur carnes
vel panem seu aliud huiusmodi oblationem
in altum proiciunt in honorem illius qui
deus est et habitat in excelsis clamantes
et dicentes: Huius sit oblatio qui super
omnes est et summe divinitatis inter alios
obtinet principatum.

Sequitur de Turcomannis capitulum undecimum

De hiis autem septemtrionalibus Sa-
racenis qui Comani nuncupantur
principium et originem hii qui Thur-
comanni dicuntur et in terra Thurcorum
inhabitant traxisse creduntur. Unde
nomine composito a Turcis et Comanis
appellantur Thurcomanni. De Thurcis
siquidem ex antiquis orientalium historiis
certum habemus quod ex septemtrionali
regione exeuntes Persarum fines in-
gressi non solum regionem illam sed universas
fere regiones et orientales provincias
armata manu occupaverunt violenter.
Et tunc gens illa prius rudis et inculta
non habens certam mansionem sed passim
cum uxoribus et filiis et pecoribus vagans
et pascuarum comoditatem sectans re-
gem sibi prefecit civitates et opida
possidere incipiens agriculture dans
operam qui prius de peculio vivebat
tantum iura sibi civilia constituens. Hii
autem qui in prima ruditate permanentes
priorem vivendi modum deserere noluerunt
appellati sunt Thurcomanni. In multis
autem illos qui Beduini dicuntur imi-
tantur Saracenos. Differunt tamen
natione et quibusdam aliis consuetudinibus
vivendi etc.

De Beduinis capitulum duodecimum

Beduini autem ex Arabum gente principaliter duxerunt originem, ex quorum stirpe dicunt descendisse Machometum. Hii autem dogmatisantes dicunt quod diem mortis a deo sibi constitutum nemo prevenire possit nec preterire. Unde inermati ad pugnam procedunt sed solummodo camisiati peplis more feminarum capita involventes, lanceis et ensibus tantummodo utentes. Arcubus autem et sagittis more aliorum Saracenorum pugnare dedignantur et licet leviter et de facili convertantur ad fugam, tamen alios Saracenos timidos et ignavos reputant qui spicula et sagittas a longe iaculantur. Sunt autem non solum christianorum sed etiam Saracenorum proditores, mediatores et inconstantes et amici fortune et duplici via gradientes, hiis quos credunt prevalere libentius adherentes. Portant autem in capitibus pileos rubeos cum peplis, in tentoriis de pellibus animalium habitantes, ovinis vel pellibus et caprinis plurimum vestiuntur, nullam autem habentes certam mansionem in campestribus et pascuis similiter (?) ut bestie incedentes vagi habitant et pascuorum ubertatem sectantes diversas regiones circueunt, lacte viventes, et animalium suorum copiam habentes. Ipsi penitus ociosi tam equorum quam pecudum uxoribus suis procurationem relinquunt. Ex orientalibus autem non nulli qui legem custodiunt Machometi, excepto quod more christianorum ad ortum solis adorant, eo quod patres eorum qui christiani fuerunt hunc modum orandi sibi reliquerunt, ab aliis Saracenis prophani et heretici reputantur. Ex quibus non nulli ipsum solem deum summum reputant eo quod inter omnes creaturas visibiles habet pulcritudinem precellentem.

De hiis qui habent legem occultam xiii

Sunt insuper quidam alii miserabiles homines in montanis circa iuga Libani in partibus Tripolitanis commorantes, qui licet ex parte magna Machometi legem observant, dicunt tamen se legem quandam aliam occultam habere quam non alicui licet revelare nisi filiis eorum cum iam sunt adulte etatis, ut secreta puerilis non revelent, vel mortis articulo imminente cum patres in extremis laborantes spem evadendi non habent. Uxores autem et filie legem maritorum et parentum suorum ignorantes legem suam dicunt se credere. Quod si forte filius levitate aliqua legem illam quam dicunt occultam matri sue revelaret, uxor a marito et filius a patre absque ulla retractione necarentur. Hii autem preter morem aliorum paganorum vinum bibunt et carnes porcinas comedunt et ab omnibus aliis tamquam heretici legis reprobantur. Hii autem pessima et abhominabilia et sexui feminino contraria in occulto turpiter operantes, sicut illis narrantibus qui ab eis recesserunt cognitum est, timent ne uxores eorum eos relinquerent vel contemptui haberent si execrabilis vite eorum et immundicias pessime huius secte cognoscerent.

De Assassinis capitulum xiiii

In provincia autem Fenicis circa fines civitatis Enthiadeni (?), que hodie vulgariter appellatur Tortosa, quidam populus scopulis et montibus undique circumclusis inhabitat. Habet castella decem fortissima, et propter viarum angustias et rupes inaccessibiles inexpugnabilia, cum suburbanis et vallibus omnium fructuum et frugum fertilitate fecundissimis et amenitate iocundis. Horum autem

hominum qui Assassini nuncupantur xl.a millia
numero excedere dicitur multitudo, preficiunt
sibi capitaneum non successione hereditaria
sed meritorum prerogativa, quem ipsi veterem seu
senem appellant non tamen non propter etatis
racione precedere, et preeminencia dignitatis
Hunc autem et primum infauste religionis
eorum abbatem et locum eorum principium habent
et a quo omnem veniunt in partibus est
orientalibus valde remotus versus civitatem
Baldacensem et partes persidis provincie Hii
autem ungulam non fidentes neque sectam a x-
pistiano discernentes omnem indiscernunt obe-
dienciam superiori suo exhibitam sibi credunt
esse vite eterne meritoriam Unde tanto
subiectionis et obediencie vinculo magistro
suo quem senem nominant astringuntur, quod nil
ita periculosum est, aut difficile quod ad man-
datum domini sui hilari animo et arden-
ti voluntate amplecti et perficere vereantur
Senex autem dictus eorum pueros de populo
illo in locis secretis et delectabilibus
facit nutriri, et diversis ydiomatibus quibus-
bus diligenter imbutos et instructos ad
varias provincias mittit, cum cultellis, et
potentes homines tam ex xpianis quam
ex Sarracenis vel quia ex aliqua causa
eos habet odio, vel ad preces amicorum
suorum, vel etiam propter immensam pecunie pre-
cium sibi datum, mandat occidi promittens
propter huius mandati executorem longe maiores
delicias habitas sine fine in para-
diso post mortem, quam sint ille in quibus
fuerant enutriti Et si propter huiusmodi
obedienciam eos mori contigerit, martires
a suis iudicantur et inter sanctos ab illo
populo deputati habentur in reverencia Pa-
rentes autem eorum a magistro quod Senex
dicitur multis muneribus ditatur, si hii

fuerant detecti liberi dimittuntur Unde
visi et seducti adolescentes de conventu
predictorum fratrum ad varias partes mundi trans-
missi, cum tanto gaudio et desiderio lega-
cionem mortiferam suscipiunt et cum tanta
diligencia et sollicitudine perficiunt sepe
pravis modis transfigurantes et aliarum
nacionum ritum et habitum assumentes sibi
aliquando in specie mercatorum, quandoque in specie
clericorum seu monachorum et infinitis aliis
modis sepe occultantes quod vix in universo
mundo, adeo cautus est qui sibi possit precavere
ab insidiis eorum Contra inferiores personas
aliquid machinari dedignantur Potentes
autem quibus ipsi adversantur vel precio magno
se redimunt vel armati incedunt cum
caterva satellitum, ob suspicionem et metum
mortis propter incedunt Hii autem super omnes
alios Sarracenos legem Machometi
et eius instituta diligenter et ardentis-
sime fuerunt usque ad tempora magistri sui qui
naturali preditus ingenio diversarum scripturarum
excitatus studio xpianorum legem et xpi
ewangelia cepit cum omni diligencia
legere et perscrutari admiratus miraculorum virtu-
te et doctrine sanctitate Ex quorum comparacione
frivolam et irracionabilem cepit abhominari
Machometi doctrinam et tandem cognita
veritate subditos suos a ritibus maledicte
legis paulatim studuit revocare Unde
exortatus est eos et mandavit, quod vinum
ad modestiam biberent et carnes porcinas
manducarent Tandem vero post multas
amoniciones et varias doctrinas sui pre-
dicaciones in hoc omnes concorditer con-
senserunt, quod relicta Machometi perfidia
precepta xpi baptismi gratia efficerentur
xpiani, ita tamen quod essent eiusdem condicionis
et libertatis ut aliorum xpianorum legi
subiecti Erant autem tunc temporis

fratribus milicie templi tributarii duo
milia bisantinorum eisdem annuatim per-
solventes pro securitate terre sue quam in
confinio terre predictorum fratrum sita erat quia
multas eis molestias occasione vicini-
tatis inferre consueverant. Prefatus autem magister
Assassinorum unum de familiaribus suis vi-
rum eloquentem strenuum et prudentem
de quo plurimum confidebat misit ad regem
Jerosolimitanum. Rex autem intellecta causa
legationis pro tanti populi visitatione et tot
animarum a laqueis dyaboli liberatione deo
gratias agens nuncium eius cum summo gau-
dio et honore recepit et ipsum ad propria
revertentem ut domino suo bonam regis
et christianorum voluntatem et magnum de-
siderium nunciaret usque ad fines terre sue
deduci precepit. Qui cum fines suos iam fere
ingressus tripolim pertransisset quidam
ex nostris vir belial virique nec dei ti-
morem ante oculos suos non apponens ho-
minem de regis ducatu et fidei christia-
norum simplicitate confidentem improviso
nil tale sibi metuentem in detrimentum
christiani nominis et maxime orienta-
lis ecclesie occidit. Unde populus ille
planta novella nondum plene radica-
ta erat in fide cum ira magna et indi-
gnatione fidem nostram respuens et
nostrorum consortium suspectum habens a
tam sancto et honesto proposito resilivit.
Et usque ad presens tempus christianos et ec-
clesiam dei persequi et infestare non pre-
termittit. In uno igitur homicidio cor-
porali predictus ille proditor animas innumeras
interfecit. Hiis igitur et aliis innumeris
monstruosis hominibus miserabiliter orien-
talis terra corrupta est. Et alie quam
plures eius pernitiosis infecti sunt ex-
emplo et contagio communitate nec

inventus est aliquis vir katholicus
ecclesiasticus qui se murum pro domo domini
tante pesti valeret opponere eo quod Saraceni
contra legem suam predicatores non admit-
tunt et maxime quia ante maledicti
Machometi tempora tanta perfidorum here-
ticorum multitudo adversus paucos fideles pre-
valens orientalem vastaverat ecclesiam quod
pauci vel nulli in diebus illis inventi sunt
prelati illis qui adversus bestias ephesi
pugnarent vel caperent vulpeculas vineam
domini sabaoth demolientes et eius
tunicam inconsutilem laniantes. Et quanto
autem hec pestis fuit teterior tanto fuit
ferventior. Unde sicut supra tetigimus
Homar princeps Arabie potentissimus
et in errore Machometi ferventissimus et
tertius eius successor tempore Eraclii
imperatoris sanctam et deo amabilem ci-
vitatem cum universo regno Jerosolimitano
adeo oppresserat et tyrannidi sue sub-
iugaverat quod populum christianorum in civitate
commorantem non solum sibi tributarium
fecerat sed variis oppressum calamitatibus
extremis conditionibus sibi servire coegit.
Peccatis igitur exigentibus christiani in civitate
sancta et in partibus adiacentibus admodum
per quadringentos nonaginta annos
iugum durissimum infidelium et crudelium
perpessi sunt dominorum.

Ad quantam miseriam devenit ecclesia orientalis capitulum quindecim

Dum igitur orientalis ecclesia ab
origine sua instar illius regine
que a dextris regis in vestitu de-
aurato circumdata varietate astitisse per-
hibetur prerogativa religionis floruit
et sue lucis radios primitivos ad partes
occidentales transmisit a tempore perfidi
Machometi usque ad tempora nostra
consenescentis mundi die vergente ad

vesperem cele eclipsim passa tendit ad occasum ymo fere venit ad desitum atque crebris pressurarum tunsionibus conquassata sancte nimis vibrante hastam cedere nesciens. Sed pugna educta constanter sustinuit. fallacibus quando prophete persuasionibus et carnalis voluptatis illecebrosis fluxibus mollita, et miserabiliter incecta que primo grauiter sauciata succubuit et amplexata est stercora que nutrita erat in croceis Et post hoc a domino derelicta tamquam umbraculum in vinea et tamquam tugurium in cucumerario quod tamen in quibusdam membris suis quasi pauci racemi racemi finita vindemia et pauce olee post concussione oliue quasi Job in terram filijs et loth in regione Sodomorum quasi lilium inter spinas inter malleum et incudem undique percussa cogitur proclamare O vos omnes qui transitis viam attendite et videte etc. Filios enutriui et exaltaui etc. Quomodo obscuratum est aurum aliquot aurum mutatusque est color optimus Et dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum Nolite me vocare Noemi id est pulchram sed vocate me amaram quia amaritudinibus repleuit me omnipotens etc.

De visitatione terre sancte per Petrum heremitam capitulum I

His et consimilibus vocibus vidua paupercula diu multis non cessaret clamare et coram propitio domino genua flectere et ad ostium eius sine intermissione pulsare non desisteret, cuius afflictionem et humiliationem dominus respiciens quendam religiosum heremitam de regno Francie in Ambianensi episcopatu vitam heremiticam gerentem qui et Petrus heremita dicebatur inspirauit. Iste cum sepulcrum dominicum et loca religiosa in veneranda ciuitate visitaturus cum multo periculo et labore Jerosolimam adijsset. Cum enim ad portas ciuitatis dato aureo numo pro ingressu Janitoribus qui a peregrinis recipiebant tributum videret loca sancta ab impijs irreuerenter tractari virum et venerabilem Symeonem ciuitatis patriarcham vna cum subditis tamquam vile mancipium ad omni abiectione in multis oppressionibus affligi sicut erat vir sanctus et valde compatiens et super afflictos pia gestans viscera cepit dolore vehementer torqueri et contristari et varijs modis secum anxius cogitare scilicet quo posset afflictis subuenire Cum autem quadam nocte in ecclesia dominice resurrectionis in orationibus domino supplicans pernoctaret longo vigilarum labore fatigatus super pauimentum ecclesie sompno grauatus irruente cepit paululum dormitare dominus autem noster Ihesus Christus apparuit ei in sompno iniungens ei legationem ad dominum papam et ad principes occidentales pro liberatione terre sancte. Ipse vero diuina reuelatione confortatus et zelo caritatis succensus cum litteris predicti patriarche et aliorum fidelium Jerosolimis commorantium ad papam Vrbanum perrexit et quo benigne receptus Ytaliam transiens et alpes transiens tam principes occidentales quam populum inferiorem sollicitus erat admonendo et varijs exhortationibus sicut erat vir prudens et potens in opere et sermone modico tempore multorum animos ad suscipiendum peregrinationis Jerosolimitane laborem inclinauit domino cooperante et legati sui sermonibus copiosam gratiam largiente. Non

multo aut tempore venerabilis pater apostolice sedis antistes Urbanus predictum Petrum in galliam secutus convocato concilio generali aput clarum montem Alvernie civitatis calamitates et oppressiones fidelium in terra sancta commorancium et tam dominici sepulcri quam alia loca sancta ab indignis canibus conculcata et prophanata diligenter exposuit omnibus quos prius sanctus ad ultionem iniuriarum Jhesu Christi et ad terre sancte liberacionem inspiraverat in remissione omnium peccatorum terram sanctam et deo placitam peregrinacionem iniungens Semen aut divini verbi in terram bonam et fertilem cecidit per graciam domini qui dedit evangelisanti suo pro effectum virtute multa Nam in eodem sermone multi qui presentes fuerant signo salutifere crucis humeris affixo sese voto peregrinacionis domino obligarunt Quorum primus erat vir venerabilis et sancte conversacionis Episcopus Podiensis cum multis aliis tam nobilibus quam inferioribus viris prelati vero ecclesiarum et alii viri prudentes et litterati ... quod in mandatis acceperant tam in utroque regno quam imperio talentum sibi creditum cum omni prudencia et sollicitudine multiplicantes innumeram tam nobilium quam aliorum signaverunt inter quos precipui et preeminenciores extiterunt Dux Normannorum Comites Tholosanus et sancti Egidii et fflandrensis Blasensis et Carnotensis Hugo frater regis ffrancorum Godefridus dictus dux Lotoringie cum fratre suo Baldwino de regno eciam Sicilie Boamundus cum Thancredo cognato suo Sequitur

De peregrinacione cruce signatorum et de hiis que sustinuerunt in via capitulum decimumseptimum

Anno ergo ab incarnacione domini Millesimo [illegible] Petrus Heremita copiosam [illegible] per Theutonicorum regnum transiens per terras Ungarie Constantinopolim peciit Multa aut in via illa agente Bulgarorum passus incomoda de exercitu suo sex milia amisit in prelio Currus eciam et plaustra usque ad duo milia cum puerulis et mulieribus et diversis multis et varia suppellectilia a predictis barbaris et impiis hominibus detenta sunt et violenter ablata Eodem siquidem anno principes et comites et Barones cum innumerabili populo ex omnibus tribubus et linguis et nacionibus non simul sed successive et seorsum propter hospiciorum et victualium commoditatem usque ad Constantinopolitanam urbem subsecuti sunt pereciter Traductis aut per Alexium grecorum imperatorem ducibus itineris qui plenam locorum habebant periciam et experienciam transmisso Helles ponto qui hodie brachium sancti Georgii vocatur vel dicitur cum universis legionibus ad urbem Niceam pervenerunt quam in vi cum multis machinis et bellicis instrumentis multipliciter et vix cum summo labore expugnantes cives ad dedicionem coegerunt Et eam in manu Imperatoris Constantinopolitani relinquentes vastas transeuntes regiones et plurimis itineris diutino labore plurimum fatigati mense Septembri ante civitatem Anthiocenam que tunc Saracenorum subiecta erat dominio castra locarunt

De obsidione et capcione Anthiocene civitatis et de aliis capitulum decimumoctavum

Dum aut per menses vero novem in obsidione civitatis Anthiocene

totiens laborassent et variis tribu-
lationibus appressi videlicet fame et fri-
gore et intemperiebus imbribus et mul-
timodis egritudinibus et diversis mortis
generibus a Thurcis in civitate commo-
rantibus sibi illatis parum profecis-
sent in nullis bellicis instrumentis con-
tra civitatem munitissimam prevalentes
respexit dominus afflictionem populi sui per
quendam fidelem christianum in civitate
sub infidelium dominio commorantem
qui de nocte per scalam dominum Boamun-
dum principem Tarentinum clam cum
militibus suis in civitate recepit. Illi
vero portas urbis nostris aperientes
interfecto eius duce nomine Axiano
cum aliis fere xiiii militibus quibusdam
aut vinculis mancipatis et compedibus
alligatis civitatem nobilem multarum
provinciarum a diebus antiquis metro-
polim et moderatricem possederunt
Anno gratie Mº xcº viiiº die tercia
tercia mensis Junii **De pugna cri-
stianorum contra Corbagath et
eorum victoria capitulum decimum nonum**

Sed cum pauca ad modum in
civitate victualia reperirent
diutina famis inedia laborantes
ex magna parte cum suis equis con-
sumpti sunt. Princeps enim persarum
potentissimus cum innumerabili Thurcorum
exercitu quendam milicie sue principem
Corbagath nominatum quem vulgaris
Corbathan appellat, in auxilium mi-
serat et Axiani et suorum qui nostros
infra civitatis ambitum ex omni parte
concluserat multitudine pugnatorum
adeo premens obsessos quod absque
mortis periculo nullus exire valebat.
Tandem autem inedia urgente
et fame intollerabili compellente
de necessitate facientes virtutem pauci contra
multos ad prelium coacti sunt exire lan-
ceam domini sanctam qua latus eius in
cruce fuerat perforatum que paulo ante
per revelationem sub terra recepta fuerat
eos pro vexillo precedente. Nostris autem
egressis ab urbe non in humana vir-
tute nec in pugnatorum multitudine
sed tantum in domino confidentibus
eos de superius infusus consolatione
mirabili ipsorum animos exhilarans eques
debiles et macilentos et iam fere
deficientes subito robore recepto mira-
culose confortavit. Ex quo factum est
quod minor exercitus inmanem infidelium
multitudinem audacter aggrediens
et brachio forti et extento viriliter
impugnans, divino protectus adiutorio
gloriose de hostibus triumphavit a-
liis gladio trucidatis aliis terga ver-
tentibus et equorum velocium presidio fu-
ga elapsis. Nostri vero qui summa
paulo ante laboraverunt inopia ad
hostium castra reversi tantam auri et ar-
genti equorum et victualium copiam
invenerunt ut omnes diviciis cumulati
et victualibus super modum habundantes
cum ymnis et laudibus civitatem ingressi
domino pro tanta victoria gratias retulerunt.
Post hec vero dominium civitatis Boa-
mundo concesserunt, ordinatis clericis et
clero in civitate relicto, stipendiis unde
sustentari possent assignatis. In ecclesia
kathedrali, tempore prioris patriarcha
constituto ad voti complementum unanimiter
aspirantes fervente animo et intenso desiderio
versus partes Jerosolimitanas et valde labo-
riosum et periculosum per angustias viarum

et angustias hostium aggressi sunt

De obsidione et captione civitatis sancte Iherusalem capitulum vicesimum

Post quam vero deo devotus exercitus nec labore victus nec morte vincendus per medias circumstantium regiones Ierosolimitanorum montana ascendens ante sanctam civitatem pervenit tentoria figens et castra militari disciplina collocatis ex omni parte ipsam urbem obsidione vallavit. Sed iactis aut petrariis et aliis bellicis instrumentis et scalis muro applicatis multum laborantes parum in principio profecerunt. Quibusdam enim ex nostris sagittarum imbre graviter sauciatis aliis vero molarium immissione contritis machinis etiam ligneis ex parte magna succensis ab hiis qui in civitate fortiter resistebant magna frequenter dei martires perpessi sunt detrimenta. Tandem vero fiducia in domino resumentes, de supernis auxilium invocantes, quadam feria sexta que specialiter est crucifixi dies ardore animi succensi et crucis signo muniti proposito animo pro illo mori pati qui pro ipsis eadem die mortuus est, strenui dei pugiles per scalas muris sunt mittentes per sagittas et spicula per lapides desuper venientes et ingentia saxa per gladios lanceas et ignes super muros ascendendo omnes fere Sarracenos quos in civitate repererunt iusto dei iudicio trucidantes tanto tempore ab impiis occupatam divino freti auxilio recuperarunt civitatem Christi et Christianorum hereditatem a perfidis liberantes Anno incarnati verbi millesimo xc ix°. Suriani vero et alii fideles ab intollerabili iugo servitutis liberati ad celum manus tendentes et pre ingenti gaudio lacrimantes Petro heremite qui ad eorum preces predictam legionem pro liberatione civitatis susceperat deo et sancto viro grates agentes occurrerunt. Et tam ipsi quam universus exercitus cum cereis et crucibus cum ymnis et canticis spiritualibus ad sepulcrum domini deducentes. Postquam omnipotenti deo qui prosperum iter illorum fecerat multiplices gratiarum actiones nostri principes cum universo populo reddiderunt et alia loca sancta devotissime cum orationibus et oblationibus visitaverunt instituentes patriarcham latinum et cum clerum per ecclesias ordinantes Godefridum dominum de Bollon militem strenuum et virum deo et hominibus acceptum dominum civitatis unanimiter elegerunt. Qui licet curam administrationis ad militarem precium instantiam suscepisset pre reverentia tamen domini et cordis humilitate noluit rex appellari nec coronam auream deportare ubi dominus noster spinis fuit coronatus pro nostra redemptione et totius mundi salute

Qualiter quibusdam recedentibus alii qui remanserunt christianorum fines viriliter ampliaverunt capitulum vicesimum primum

Post liberationem civitatis sancte multi ex nostris voti sui fine assecuti et desiderio suo completo ad propria cum gaudio sunt reversi. Alii vero magnanimi et magnifici viri prudenter attendentes quod civitatem non possent retinere nisi fines suos vellent ampliare et hostes vicinos

a se longius repulsare et hostie sue fine consumationis apponerent et secundum preceptum domini non solum caput sed et caudam in sacrificio suo offerrent. Peregrini in summo periculo pocius remanere quam ciuitatem relinquere, et cum essent numero paucissimi respectu circumstantium nationum et undique multitudine infidelium vallarentur habentes Arabes, Moabitas et Amonitas ab oriente, ydumeos et Egiptios et philisteos a meridie, Ciuitates autem maritimas Ptholomaidam siue Acon et Tirum et Tripolim et omnes alias usque Anthiochiam ab occidente, Thiberiadem vero et Cesaream philippi et regionem Decapoleos et damascum a septemtrione, habuerunt tamen animas suas pro christo morti exponere quam missa manu ad aratrum retro respicere et negocium imperfectum relinquere. Et cum haberent secum alia tria ambularet non reuertebantur sed posteriorum obliti in anteriora se extendebant, nil actum putantes dum aliquid superesset agendum. Dominus erat cum eis consolans eos et confortans, tantum timoris et formidinis aculeum infidelibus immittendo quod unus ex eis persequebatur mille et duo fugarent x milia. Unde non in fortitudine sua neque in multitudine sed in sola dei protectione spem habentes, et salutifere crucis vexillum secum semper in prelio deferentes inimicos partim fugatos partim trucidatos partim carceri mancipatos urbes munitissimas et castra inexpugnabilia christo domino subiecerunt terram sanctam de manibus impiorum tam feliciter quam fortiter eruentes.

Sequitur de hiis ciuitatibus quas sub duce Godefrido in terra ceperunt capitulum xx secundum

In primis autem auspiciis expeditionis sue ciuitatem Joppen in littore maris sitam obsidione vallantes et fortiter expugnantes ceperunt, ut hii qui de partibus transmarinis ad subsidium christianorum exituri nauigarent manibus suis collocandis sub predicta ciuitate portum haberent valentem. Ramulam vero que a quibusdam Ramata dicitur in campestribus sitam, ciuitatem quandam nobilem et populosam et muro valido circumdatam et turribus excelsis munitam, Calipham vero que alio nomine dicitur Porphiria in littore maris sub summa parte Carmeli montis sita, ab Acon quatuor miliaribus distante, et postea Thiberiadem ciuitatem in Galilea super stagnum Genezareth sitam, quod ab eadem ciuitate mare Thiberiadis dicitur et etiam mare Galilee plerumque nuncupatur, anno primo post captionem Iherusalem nostri sub duce Godefrido strenuo subiugauerunt.

Item de primo rege Jerosolimitanorum capitulum vicesimum tertium

Ipso vero in fine eiusdem anni viam uniuerse carnis ingresso frater eius Baldwinus miles in armis strenuus ab annis adolescentie sue plurimis exercitatus de communi omnium assensu electus est in dominum et in regem inunctus. Ipse autem vir militaris in agendis et in negociis suis prudens et sollicitus

cum summo studio fines suos et regni angustias cupiens dilatare auxilio fretus Januensium quorum classis in portu maris Joppen. circa id tempus applicabat oppidum maritimum Assur expugnavit quod alio nomine Antipatrida dicitur ab Herodis genitore antipatre sic dictum inter Joppen et Cesaream situm in loco silvis condensis amenum et pascuis herbosis fecundissimum Sequitur de civitate Cesarea maritima xxiiij

Post hec vero predictis Januensibus operam ferentibus Cesaream Palastine terra et mari obsidione vallatam sibi subiugavit Fuit autem Cesarea antequam Herodes qui pueros interfecit in honore cesaris eam ampliasset turris stratonis nomen habebat que super maris littora sita portum comodum non habet Ortorum autem et pascuorum et aquarum fluentium satis plurima ubertate Ipsa vero est metropolis palestine In hac autem beatus Paulus apostolus longo tempore detentus in carcere ut pergeret Roma suam prosecutus est appellationem

De obsidione et captione Accon capitulum vicesimum quintum

Capta Cesarea addidit dictus rex collecto universo exercitu a minore usque ad maiorem Accon obsidere civitatem, eo quod peregrinis suscipiendis esset aptissima et portum habens idoneum tutam navibus prebet stationem Januensibus autem cum rege Galeis eam ex parte maris obsidentibus nostris vero ex parte terre ipsam continue instanter impugnantibus Post xx^ti diebus cives iam impetum eorum et crebras congressiones quibus ultra resistere non possent impositis conditionibus quod cum rebus suis exire liceret civitatem resignaverunt civitatem Est autem civitas predicta Ptolomaida vocata et Colomaida et Accon eo quod duo fratres, unus dictus Colomeus alius vero Accon ipsam fundasse et a nominibus suis nomina civitati dicantur imposuisse Est autem inter mare et montes Belo flumine preter fluente, satis comode fundata ortis et vineis et casalibus circumstantibus et arabili terra sufficienter habundans in provincia fenicis sub tiro metropoli constituta

De obsidione et captione civitatis Berith capitulum xx sextum

Postea vero terra et mari Beritensem civitatem obsidione cinxit adiuncto sibi nobili viro Bertrando comite tripolitano, post menses duos obsidionis turribus ligneis menibus applicatis et scalis muro cominus violenter urbem ingressi multos ex civibus occiderunt alios vinculis mancipatos et captivitate detentos Est autem Beritum civitas maritima inter Sidonem et Biblium in fenicis regione sub tiro metropoli sita arboribus fructiferis silvis et vineis fertilis et amena in qua quondam de latere crucifixi lignei in contumeliam christi clavis et lancea a iudeis perforati sanguis copiosus effluxit Quo viso miraculo omnes qui in civitate erant iudei, baptismi graciam susceperunt Sequitur

De obsidione et captione civitatis Sidonis capitulum vicesimum septimum

Eodem autem anno quo capta est urbs Berith dominus rex non ocio torpens, nec christi gratiam in vacuum

recipiens civitatem Sidonem suo subegit
dominio in manu potenti et brachio
extento cives resistere non valentes urbem
sibi reddere compulit. Est autem Sidon
in Fenicis provincia inter Tyrum eiusdem
metropolim et Berithum super mare littore
sita arboribus fructiferis vineis silvis
et agris pascualibus et frugiferis
multam civibus prestans commoditatem.
Cuius fines dominus Jhesus Xpus presencia
sua dignatus est visitare sicut in ewan-
gelio: Egressus Jhesus secessit in partes Tyri
et Sydonis etc. Et in secundo Salomon ad
Yram per nuncios ait: Scis enim quod non est
in populo meo qui noverit ligna ce-
dere sicut Sydonii etc. Sequitur

De edificacione montis regalis capitulum
vicesimum octavum

Cum autem rex fines regni sui
ex parte occidentali predicto modo
dilatasset cupiens ad orientem trans
Jordanem regnum xpianorum latinus am-
pliare in terra Arabia que Syria
Sobal nuncupatur in colle sublimi castrum
fundavit munitissimum cui nomen
imposuit Monsregalis eo quod a rege
primo fuisset fundatum. Habet autem
fecunditate frumenti vini et olei aeris
salubritate et amenitate precipua ma-
xime commendabilem universam regionem
adiacentem usque ad fines Moabitarum
et aqua contradictionis proprie subiacet dicioni.

De municione dicta Standalium
et morte regis Baldwini succes-
soreque eius secundo Baldwino capitulum xxix

Eodem autem anno predictus rex Bal-
dwinus cuius memoria in benedic-
tione est in procinctu positus inter Pto-
lomaidam et Tyrum quoddam fundat
presidium quod vulgariter vocatur Standalion
fontibus irriguum et a Tyro quinque mi-
liaribus remotum viam universe carnis
ingressus sub Calvaria in loco qui dicitur
Golgatha honorifice prout regie ma-
gnificencie competit est sepultus. Cui
successit vir nobilis strenuus in officio
militari excellens ac circumspectus religiosus
et timens deum Baldwinus de Burgo
de regno Francie predicti regis consanguineus.

De quatuor principatibus quos nostri
subiecerunt capitulum tricesimum

Longum et super ingenii mei par-
vitate esset singulariter enarrare
quam potenter et magnifice quam ele-
ganter et strenue predictus vir et alii
xpi milites tamquam alteri Machabei
in regno ampliando et finibus xpiane
dilatandis in hostibus impugnandis
manus suas domino consecrantes strenue
se gesserunt. Quorum prelia et
triumphos usque in finem seculi narrabit
omnis ecclesia sanctorum. Et ut generaliter
et breviter de multis pauca dicamus
quatuor egregios principatus a perfida gen-
te paganorum longo tempore detentos
opitulante domino xpi ecclesie subie-
cerunt. Quorum primus est Edessanus
comitatus in regione Chedorum a silva
quadam que dicitur Marith habens
inicium protenditur autem trans fluvium
Eufratem versus partes orientales multas
in se continens civitates et plurima
castra et municiones. Sequitur

De civitate Edissa capitulum tricesimum primum

Est autem Edissa civitas nobilis
Medorum metropolis cuius pristinum
nomen sicut legitur in Thobia fuit

rages, nunc autem vulgariter Roasse nun-
cupatur ad hanc Thoas a civitate ni-
nive que hodie Mussula vulgariter
autem Mosse, filium suum misit ad
Sabgarum. Hanc beatus Thadeus apostolus
ad fidem Christi verbis divine predicationis
et virtute miraculorum convertit, in qua ipsius
corpus sanctum dicitur esse sepultum.
In hac etiam civitate ut veteres tradunt
hystorie sicut etiam in ecclesiastica reperitur
hystoria rex Abbagarus Christi tempore
regnavit, qui audiens et admirans
mira Christi opera et inaudita miracula
que dominus Jhesus in Judea faciebat
epistolam suam misit ei. Cui dominus in
scriptis et litteris eius dignatus est respondere.
Hanc siquidem antiquam et egregiam
urbem dominus Balduinus frater ducis
Godefridi antequam ad regnum Jero-
solimitanum vocaretur possedit et
tamen ipse et eius post eum successo-
res toto comitatum Edessanum ex-
pulsis Sarracenis sue ditioni subie-
cerunt. Est autem provincia illa fluviis
et pascuis fluviis opulentissima.
Specialiter autem regio illa dicitur Me-
sopotamia eo quod inter duo flumina sit
et loco medio constituta. Messos enim
grece medium latine, pothamos autem
a grecis fluvius appellatur. In hac
autem est Carra civitas in qua Abra-
ham egressus a Caldea antequam
in terram promissionis veniret habitavit.
Habebat autem predictus comitatus tres
archiepiscopos Edessanum scilicet Gerapolitanum
et Corcien sub Anthiocheno patriarcha
constitutos etc. **De principatu An-
thiochie et de civitate An-
thiochia capitulum tricesimum secundum**

Secundus autem principatus est An-
thiocenus cuius metropolis est
Anthiochia. Habet autem initium
versus occidentem a Tharsis civitate Ci-
licie de qua beatus Paulus apostolus extitit
oriundus, finem vero a parte orientali ri-
vo qui est inter Valeniam sub castro
Margathe Maracleam urbes mari-
timas. Hec autem civitas antiquitus nomen
fuit Rebleta sicut in quarto libro re-
gum legitur. Cum rex Jerusalem Sedechias
ductus fuit ad regem Babilonis Na-
buchodonosor in Rebleta et filiis suis
coram eo interfectis excecatus est
a predicto rege Babilonis. Inde vero
ab Anthiocho rege qui eam mirifice
ampliavit et omnes provincias quas
tractus orientalis continet principem
et moderatricem instituit nomen accepit.
Postquam vero beati Petri apostoli principis ei
in ea primo cathedralem dignitatem
suscepit, ad divinam conversa est predicationem
et miraculis a viro nobili et in urbe
potentissimo Theofilo qui post ea eiusdem
civitatis vir ordinatus est antistes, ap-
pellata est Theophilus ut que prius
a prophano nomine nomen habuit, a viro
sancto et religioso nomen sortiretur.
Est autem hic Theophilus ad quem beatus
evangelista Lucas qui de eadem civitate
originem traxit actus scribit apostolorum.
In hac etiam nomen scilicet quod ob devotionem
nominavit primo impositum est Christianorum
ut qui prius Galilei et discipuli vo-
cantur, a Christo Christiani dicentur. Continet
autem in ecclesia dei tertium gradum dignitatis
post sedem apostolicam. Habet autem sub
se xx.ti provincias eiusdem civitatis

patriarcha et quatuor metropolitani
sub quibus sunt suffraganei episcopi sex
reliqui sub duobus principibus quos ca-
tholicon vocant continentur et alter
alter antiochenus ... Baldacensis
qui grandis dicitur est Babilonia ...
nen qui propriis primas appellatur. Est
autem sita in provincia que celesyria
nominatur inter montes et flumina situm
habens commodissimum agrorum et
glebe maxima ubertate et tam flu-
minum quam fontium amenitate singula-
rem et ex vicino latu piscium habun-
danciam copiosam. Distat autem a mari
x vel xii miliaribus habens portum in fau-
cibus orientalis fluminis qui portus sancti
Symeonis appellatur. Habet etiam a septen-
trionali parte quendam montem qui vulgariter
Montana nigra dicitur in quo multi
sunt heremite ex omni gente et natione
et plura monasteria tam grecorum quam latinorum
monachorum. Et cum fontibus et rivis tota
est irrigua mons Neros aquosus
nuncupatur. Neros enim grece aqua latine
dicitur. Simplices autem et laici vero
Noire id est nigra exponunt in vulgari
sermone.

De civitate principatu seu comitatu tripolitano capitulum xxxiii

Tercius principatus ex quatuor
predictis est comitatus tripoli-
tanus initium habens a predicto
rivo qui est sub castro Margath
finem vero ad rivum qui fluit inter
biblium et beritum predictas urbes
maritimas. Est autem tripolis civitas
nobilis et opulenta super maris lit-
tus in provincia Sirie fenicis:

ydoneam habens positionem et situm com-
modissimum fontibus et rivis irrigua
agris frugiferis et fructiferis arboribus
et pascuis virentibus uberrima ex
montis libani in civitate et eidem mon-
ticollibus adiacentibus multas habens
commoditates. Ad pedes autem libani
montis in partibus illis oritur fons ame-
nissimus aquas habens limpidissimas
que per quosdam subterraneos meatus
fluunt impetu de libano omnes orientis
regionis copiosissime irrigantes
hunc dicunt esse fontem ortorum de quo
in Canticis canticorum fit Salomon
mentio. In medio vero maris iuxta
civitatem fontes aque dulcissime
inter maris undas salsas et amarissi-
mas habundanter ebulliunt. In partibus
vero illis sunt vinee que bis in anno
vindemiantur. Hanc ergo urbem egre-
giam Raymundus comes Tolosa-
nus vir per omnia commendabilis mi-
les strenuus et deo devotus post
captionem ierusalem longa obsidione
vallavit iuxta quam quoddam castrum
ut commodius expugnaret civitatem
construxit quod castrum peregrinum seu pere-
grinorum usque hodie nominatur eo quod a peregrinis
sit constitutum. Post vero eius mortem
filius eius Bertrannus obsidionem
continuans post vii annos obsidionis
predictam urbem civibus tradentibus sibi
possedit et rege ierosolimitano qui in
captione civitatis presens fuerat
homo malignus eius effectibus
civitatem recepit etc. Sequitur

De quarto principatu seu regno Jerosolimitano capitulum XXX quintum

Quartus principatus est regnum Jerosolimitanum habens principium a predicto rivo qui inter Biblium et Biritum fluit, fine vero in solitudine que est ultra castrum quod dicitur Daron que solitudo respicit Egyptum. Regnum autem Jerosolimitanorum cum summo labore et multa sanguinis effusione christiani acquisierunt et recuperaverunt in integrum mittentes ad servitutem manus suas viri triumphatores et amici dei a Dan usque Bersabee christi fidei eliminantes inimicos et a terra sancta propulsantes

De civitate dicta Dan capitulum XXXIV

Est autem Dan civitas terre promissionis a parte septentrionis civitas antiquissima ad pedem montis Libani sita, et mons inter ipsam et Damascum medius interiacet. Cuius nomen antiquum fuit Lesen. Postquam vero capta est a filiis Dan eam Lesedan vocaverunt, frequentius tamen Dan simpliciter nominatur. Postea vero Philippus tetrarcha Herodis filius senioris eam ampliavit et in honore Thiberii Cesaris Cesaream Philippi ipsam appellavit. Dicitur preterea Paneas, vulgari vero ydiomate Belinas nuncupatur. Silva autem que adiacet civitati similiter paneas nuncupatur. Olim tamen tam ipsa quam omnis silva alia que monti Libano adiacet saltus Libani dice-

bat

De civitate Bersabee capitulum XXXVI

Bersabee autem est civitas sacte [illegible] a parte australi. Est autem [illegible] nulla parte Judee que [illegible] in [illegible] Symeon ad [illegible] inter [illegible] sita xx miliaribus [illegible] ab Ascolona. Interpretatur autem puteus federis sive secundus putei eo quod Abraham in signum federis quod habuit cum rege Abimelech in eodem loco puteum fodit. Dicitur autem puteus septimus et vulgariter hodie Gibelin appellatur.

Sequitur de finibus et spacio acquisite terre et civitatibus maritimis capitulum XXX septimum

Opus ad modum difficile et quod vires meas excedat est prosequi et enumerare quantum annis processit et christianorum fines amplificavit deus, opitulante christi milites gloriosi quorum memoria est in benedictione. Omnes enim civitates et municiones a civitate Belbais que alio nomine dicitur Pelusium et est in solitudine in confinio Egipti usque ad Edessam et Carram et fines comitatus Edessani trans fluvium Eufrate in regione Mesopotamie christianorum dicioni subiecerunt christi milites et veri nominis christi induti virtute exaltata longo tempore et sub diversis regibus contra Sarracenos pugnantes. Multi autem ex ipsis felici martirio coronati regnum Jerosolimitanum et christianorum fines proprii sanguinis effusione immensum ampliaverunt. Cum autem ex parte terre civitates non paucas oppida et municiones multas suo subiugaverunt

dominio nullas ex parte maris re-
liquerunt civitates sive municiones mari-
timas a civitate dicta pharamia que
est sita in confinio egypti et regni Iero-
solimorum usque ad [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicioni

De civitate pharamia capitulum xxx viii

Est autem pharamia urbs antiquissima in littore maris non longe ab hostio nili in introitu Egipti sita. Quam primus Ierosolimitanorum rex latinus Baldwinus violenter effracta potenter occupavit, manubias multas et predam copiosam sibi et suis militibus distribuens.

De civitate Laris et palusio capitulum xxx nonum

Post pharamiam sequitur alia civitas antiquissima prope mare in solitudine sita, que Laris nominatur. Deinde civitas Valbo-is, que in scripturis pelusium appellatur, quinque stadiis distans a littore maris. Has predictas civitates ultra fines Ierosolimitani regni ex parte Egipti scilicet ultra ultimam eiusdem regni municionem que dicitur Darum nostri prozim-pio subiecerunt.

De civitatibus darum Gaza et Ascolona capitulum xl

Est autem darum presidium quoddam seu opidum in confinio Idumee et palestine situm, circiter quinque stadiis distans a mari. Hanc autem municionem rex Ierosolimitanorum Almaricus in aliquantum eminenti loco fundavit forma rotunda quatuor turres angulares continentem, ubi quondam fuerat monasterium grecorum, unde adhuc pristinum nomen retinet id est darum, quod interpretatur domus grecorum. Post hanc sequitur Gaza civitas antiquissima a predicta municione quatuor stadiis distans, una quondam ex quinque civitatibus philistinorum, quam diruptam et habitatoribus vacuam quintus Ierosolimitanorum rex Baldwinus reedificavit in parte collis aliquantulum eminentis, super quem predicta civitas sitam habuerat, presidium fundavit et partibus suis competenter absolutum et consumatum fratribus milicie templi qui ipsum custodirent et ab inimicis nostris defenderent donavit perpetuo possidendum. Distat autem decem miliaribus ab Ascolona que similiter una fuit ex quinque urbibus philistinorum, in littore maris sita, formam habens quasi arcus sive semicirculi, cuius corda iacet secus rippam marinam, circumferentia vero super terram respiciens ad orientem. Hanc autem civitatem predictam rex ex omnibus regni Ierosolimitani civitatibus ultimam adhuc a Saracenis detentam cum multo labore et magna difficultate longo tempore obsessam vix tandem potuit subiugare. Erat enim muris et antemuralibus turribus pluribus et aggere valido armis et victualibus et multitudine pugnatorum sufficientissime communita. Tandem vero salvis personis et rebus Ascolonitas ad dedicionem coegit.

De Azotho Geth et Ibelim et gebolion et alba specula et Dagon capitulum xl primum

Inter Ascalonem autem et Ioppem est Azotum x miliaribus distans ab Ascalone, quondam una ex quinque civitatibus philistinorum, non longe a mari sita, nunc autem ad modici casalis redacta est paruitatem. Quarta vero civitas philistinorum nomine Geth non

longe a Lidda et [illegible] in colle
aliquantulum edito fuit. Sed et lapidibus
autem eius que dudum vastata fuerat
Fulco rex Ierosolimorum Fulco in eodem colle
castrum cui nomen Ybelim edificavit
tradens illud cuidam viro nobili Bal-
bano cuius omnes successores ab eodem
loco nominati sunt de Ybelim. Hoc autem
opidum eciam quibusdam aliis scilicet Bersabee
Ybelim et alba specula que vulgariter
dicitur Blanchegarde et quatuor miliaribus
distat ab Ascalone contra superbiam
Ascalonitarum ad eorum insolenciam
vel insolencias et volentes irrup-
ciones violentas in regnum nostrum
reprimendas ut antequam Ascalonam
possent capere fundaverunt. Quanta
philistinorum civitas dicta est Accaron
prope mare non longo ab Azoto.

De aliis civitatibus maritimis usque ad Tyrum capitulum xl secundum

Post predictas autem quinque urbes
philistinorum per quas archam do-
mini in pomo regali circumduxisse
leguntur per totam plagam premineciam
ex talium sequuntur maritime civitates
et alie municiones Joppe scilicet Assur
Cesarea palestina. Est autem alia Cesa-
rea que dicitur Cesarea philippi sive
Dan. Post has vero petra incisa sive
districtum inter Dorum et Caphar-
neum. Est eciam alia civitas que sim-
pliciter dicitur Capharnaum iuxta mare ga-
lilee in qua dominus docuit et miracula
multa fecit. Deinde Cayphas sive
porphirea. post hec Accon vel
Tholomayda de hiis omnibus
superius diximus sufficienter

De tyro qualiter obsessa fuerat et capta capitulum xl tercium

Post hec [illegible] occurrit Tyrus egregia
[illegible] famosa in corde
maris sita ex [illegible] parte [illegible] mari
[illegible] portu [illegible]
et [illegible] plenis na-
vibus statione [illegible] caput et metro-
polis [illegible] fenicis [illegible] muro
et antemurali et [illegible] eminentibus
circumcepta [illegible] fertilitate commodissima
fontibus et rivis aque dulcis irrigua
vineis et ortis arboribus fructiferis et a-
gris frugiferis fertilis et amena. In
cuius circuitu in loco aliquantulum edito est
fons sive puteus aquarum super quem
sessisse ex itinere dominus dicitur requievisse
cum transiret per fines Tyri et Sydonis.
Habet autem aquas limpidissimas in-
trinsecus ita copiose scaturientes quod omnia
pomeria et ortos olerum et vineas
irrigat regionis. Hunc Salomon in
canticis puteum aquarum viventium ap-
pellat. Est autem extra civitatem iuxta
muros eiusdem lapis quidam tam ab
indigenis quam a peregrinis in honore
magno et in reverencia habitus eo quod
super illum dicitur sedisse dominus et docuisse
confluentes nec tamen gentilium voluit
ingredi civitatem. Hanc autem antiquissimam
civitatem post diluvium dicitur fundasse
Tyras filius Iapheth qui fuit Noe
filius et nomine ipsius Tyrum appellatur.
Hebraice autem Sor dicitur et nos vulgari-
cam Sur appellamus. Quanta autem
eius fuerit dignitas et preeminencia
et gloria manifestum est ex scripturis
Ezechielis qui ad Tyrum loquens
inter alia ita dicit Tu dixisti perfecti
decoris ego sum et in corde maris

sita Et iterum Cirus cognouit hec super
Tirum quondam donatum cuius ne-
gociatores principes [illegible] inclitu[s] terre
Multa de [illegible] diuiciis et excellencia
et regi [illegible] [illegible] huius
vrbis rex fuit [illegible]nor cuius filius
Phenix [illegible] nome imposuit
Ex hac [illegible] traxit origine que i
affrica [illegible] cartagine qua hodie
vrbis [illegible] appellant Huius vrbis
etiā rex fuit Jram nomine qui ad
edificiū templi domini cedros de liba-
no misit Salomoni cuius filius
tiberiano omnes parabolas et enigmata
obscuritates quas Salom Jram regi
Tiriorum soluendas mittebat mira inge-
nii subtilitate soluebat que si non sol-
uerit Jram multam dabat pecuniam
Salomoni Econuerso aut Jram huius
consilio Salomo queda problemata sub
certa pena pecunie soluenda mittebat
Hunc quidā estimant esse Marcholf
qui Salomoni equipollens videbat
Huius dicte ciuitatis rex fuit Appol
lonius cuius gesta late patent in vulga-
tis historiis In hac sepultum est
corpus origenis teste beato Jeronimo
qui in epistola quā mittit pammachio
et occeano sic ait CL ta anni cur-
runt hodie ex quo origenes Tiri
mortuus est Ex hac eciam dicitur fuisse
mulier illa Cananea que domino ihesu
xpo pro filia sua a demonio male
vexata supplicauit Iuxta dauid
vaticiniū filie tyri in muneribus vul-
tum tuum Ex hac eciam vulpianus legis
peritus extitit oriundus Tiri eciā
ut dicitur primi figuras litterarum inuenerunt
unde lucanus phenices primi fame si
creditur ausi mansuram rudibus vocem
signasse figuris Tyri eciam primi dicuntur
ex murice tinxisse purpura unde
precisior purpura hodie tyrea appellatur
Hanc aut egregia et munitissimā
ciuitate primus Jerosolimorum rex Baldwi-
nus cum per menses quatuor obsedisset
tyriis viriliter resistentibus videns quod
consumeret multis expensis in expug-
nacione inutiliter euacuat soluta obsi-
dione recessit tempore magis ydoneo
cum maiore apparatu reuersurus proponens
Unde ut posset tirum magis coartar-
tare et amplius molestare inter ac-
conem ciuitate et tyrum quoddā castrum
reedificare in littore maris quod quondā
Allexander macedo qui Tyrum ob-
sedit edificauerat ipsum Scandalion
nuncupant nostri aut hodie ipsum Scan-
dalium appellant Est aut locus ille
fontibus irriguus quinque miliaribus distans
ab vrbe Tirensi Sed et vir nobilis
Hugo de sancto Aldemaro Ty-
beriaden dominus inter ciuitate sua et
Tyrum in montibus excelsis vrbi Tirensi
preminentibus ad x miliaria castrum
munitissimum dictum Toronum edificat
ut inde Tirenses ex vicino am-
plius coartare posset et molestare
et eorum subsequentes impetus de-
clinare Est aut inter mare et monte
libani ex in medio constitutum
arboribus et vineis et agriculture
comodissimum Post hec vero cum
secundus Jerosolimitanorum rex

Baldwinus de Burgo pluribus exigentibus
in captivitate Saracenorum detineretur
dominus patriarcha Jerosolimitanus cum
archiepiscopis et episcopis et aliis regni
baronibus cum comite Tripolitano civi-
tatem obsidione vallavit cum duce
Venetorum qui multitudine pugnatorum
comitatus cum galeis xl et multis
tam maioribus quam minoribus navibus ex
parte maris urbem obsedit. Tandem cum
immenso labore et multa sanguinis
effusione cum variis machinis et bel-
licis instrumentis longo tempore civi-
tatem impugnasset, quinto obsidionis
mense, cives fame intollerabili deficien-
tes ad deditionem compulerunt, qui
salvis personis et rebus suis resigna-
verunt civitatem. Anno igitur ab incarna-
tione domini Millesimo centesimo xxiiii
capta est a christianis civitas Tyrensis
et christiano nomini restituta. Sequitur
de civitatibus maritimis a Tyro usque
Laodiciam Syrie capitulum xl sextum

Post hanc autem est civitas
Sarepta iuxta mare in cuius introi-
tu locutus est Helyas propheta ad
viduam mulierem ligna colligentem
cuius farinula et oleo pane inde fe-
cit viro dei suscepit in munere. In eodem
loco iuxta portam civitatis modicam ca-
pellam christiani fecerunt. Post hanc
autem secuntur alie civitates maritime
Primo Sydon deinde Berithum postea
Biblium Biblium, que vulgariter hodie
Gibeleth appellatur in Fenicis provincia
supra maris littus constituta, quondam
Enea dicta eo quod Eneus ut dicitur

sextus filiorum Canaan ipsam fundaverit.
De hac in Ezechiele dicitur Senes Biblii
et prudentes eius [illegible] prebuerunt nau-
tas ad ministerium maris supellectilibus tue
et item in libro regum [illegible] in quo se in-
venit populo [illegible] ligna et
lapides ad edificandum domum domini.
Hanc comes Tripolitanus [illegible] Ja-
nuensibus cum galeis [illegible] sibi pre-
stantibus auxilium expugnavit et con-
cessit. Post hanc supra mare sita est civi-
tas que dicitur Botrum et vulgariter
nuncupatur Betoron. Deinde castrum quod
Nephin appellatur. Post ea est civitas
Tripolis nuncupata. Deinde civitas Ar-
chis dicta que per miliare unum distat
a mari. Deinde Tarodos civitas in
insula iuxta littus maris sita quam
Aradius filius Canaan edificavit.
In qua beatus petrus apostolus matrem
beati Clementis mendicantem invenit et ad
fidem christi conversam filio restituit sicut
in itinerario Clementis legimus. In qua
etiam fit mentio de duabus columpnis
vitreis mirabili artificio in predicta in-
sula civitatis ammirantibus in altum erectis.
Unde autem Aradium civitas sit dicta
quia ante Aradium sita. Vulgari autem
appellatione hodie dicitur Tortosa in qua
beatus petrus semitem veniens dum a partibus
Jerosolimitanis transiret in Anthiochiam in
honorem beate marie virginis modicam
fundavit ecclesiam in qua etiam divina ce-
lebravit misteria que usque hodie in
magno habetur honore et multorum
populorum accessu frequentatur eo quod beata
virgo in illo loco sibi ab infantia pri-
mitive ecclesie consecrata multa operatur

inmacula, et infirmis illuc venientibus gratia confert suffragia sanitatis. Dicitur autem a multis et ut omnibus beate marie ecclesiam istam fecit fieri. Non solum autem a christianis sed etiam a Saracenis in magna habetur reverentia ita quod filios suos plerumque ad civitatem ecclesiam prefatam adducunt baptisantes ut diutius vivant vel ut corporalem recuperent sanitatem. Predictam vero civitatem ante annos decem post captionem civitatis sancte quidam viri nobiles ad partes illas causa peregrinationis transeuntes et Ierusalem peregrinantes comites videlicet Pictaviensis et Blesensis cum quibusdam aliis viris illustribus ab hostibus expeditam comiti Tripolitano tradiderunt. Post hanc secute sunt alie maritime civitates scilicet Maraclea, Valania cum castro Margatti, Gabulum quod vulgariter dicitur Gibel et inter omnes ultima ex parte Anthiochie civitas pretium habens egregium et honore temporalium magna ubertate Laodicia Sirie nuncupata, vulgariter autem Liche nominatur. Vir siquidem illustris et strenuus in armis dominus Tancredus cum Anthiocheni principatus administratione suscepisset eodem die quo nobilem occupavit civitatem Apamiam dictam ... subegit predictam civitatem una die duabus egregiis urbibus Anthiochenum magnifice ampliavit principatum. Est autem alia Laodicia in Asia minori que a beato Iohanne inter septem Asie civitates in Apocalipsi nominatur. Has autem maritimas civitates nostri viriliter occupantes nec una sola munitione preter mare Saracenis reliquerunt, unde ex parte maris penitus enervata est hostium fortitudo.

De civitatibus mediterraneis quas nostri obsederunt sed non ceperunt, quedam tamen sibi tributa fecerunt. capitulum xlv

Quasdam autem mediterraneas civitates quas maxime ultra iugum Libani non subiugaverunt nequiverunt, fines earum et suburbana frequenter vastando et multas eis insidias machinando ut a molestatione cessarent sibi tributo servire coegerunt. Emissa vero civitas que hodie Camela seu Camele nuncupatur et quedam alie civitates Celessirie scilicet Eliopolis que alio nomine dicitur Maubeth et Ciman cum quibusdam aliis supradictis, in civitate a nostris commode molestari poterant, unde pacem et securitatem multa pecunia redimebant. Sed et tam Caliphus quam Soldanus Egiptius nostrorum impetus et violentias in regno suo irruptiones sustinere non prevalens multa regi Ierosolimitano annuatim tributa solvebat, maxime quando sibi a Soldano Damasceno Egypti metuebant. Et nonnunquam autem rex Damasci data multa Ierosolimitane pecunie a nostris qui medii inter Damascenos et Egyptios erant treugas et securitatem obtinebant.

De obsidione Halapie et Damasci capitulum xlvi

Civitatem siquidem Halapie Ierosolimitanorum latinus rex Baldwinus scilicet de Burgo collectis ex toto regno viris obsedit. Sed multitudine Saracenorum a partibus orientis ad succursum civitatis properante, rex longe viris inferior soluta obsidione recessit. Quarto

aut Ierosolimitanorum rex Balduinus fil
comitis regis filius cum romanorum im-
peratore Conrado et rege francorum lud-
wico qui sancto Claraevallensi abbate
Bernhardo predicante signum crucis receperat
cum Ierosolimitano patriarcha et portorensi
episcopo apostolice sedis legato cum multis ar-
chiepiscopis et episcopis duobus et Comitibus
et Baronibus aliis tam de regno quam
de imperio damascenam obsedit civitatem
Est aut Damascus civitas antiquissima
secundum inter omnes orientales urbes quantitate
et populorum multitudine habens preemine-
tiam a quodam Abrahe servo qui eam
fundasse dicitur sic nominata Est autem
minoris Sirie que phenicis libanica
appellatur metropolis sicut legitur in propheta
Caput sirie damascus Est aut in-
campestribus in agro sterili et arido
sita nisi copiosis aquarum rivulis irrigata
que de montibus descendentes per quosdam
meatus deducuntur et universam irrigantes
planiciem reddunt fertilem, et arboribus
fructiferis habundantem Iuxta predictam
civitatem in loco qui dicitur melegisa-
phar apparuit dominus Saulo cum appro-
pinquaret Damascum dicens ei Saule Sau-
le quid me persequeris Predicti igitur
principes cum innumerabili exercitu circum
civitatem ex parte una obsidentes po-
meria civitatis violenter effregerunt
flumen iuxta murum civitatis deflu-
ente ad usus suos forti manu occu-
pantes Damasceni aut de suis viri-
bus diffidentes cum iam diu ex parte
pomeriorum nostris resistere non valerent
quosdam ex hiis qui de Sirie partibus
peregrinis principibus consilium prebuerant

et dictum cupiditate excecatos muneribus sibi
corrupuerunt qui persuaserunt ad aliam
civitatis partem [illegible] exercitum unde
retro priori loco [illegible]
pato et cum [illegible]
victualibus et aquis penuria exerci-
tu laborante Attendentes principes nostri
illorum quorum se fidei [illegible] malici-
am manifestam indignati [illegible] orienta-
lium fidem seu magis perfidiam detesta-
tes et sumptum habentes induti confusi-
one et verecundia multum laborantes
et parum proficientes ad propria redierunt

De obsidione Cesaree magne et Bostronensis civitatis et de situ yturee et traconitidis regionis capitulum xl septimum

Iohannes aut Constantinopolitanus
Imperator cum infinita militum
et equorum multitudine una cum principe
Anthioceno et comite Edessano Ce-
saream civitatem ab Anthiochia non mul-
tum distantem que hodie Cesarea magna
nuncupatur obsedit Sed indignatus eo quod
dicti princeps et comes in expeditione
desides et remissi ipsum iuvare et sibi
obedire negligentes accepta ab obsessis
pecunia obsidione soluta recessit Sed
et rex Ierosolimitanus Balduinus tercius
cum labore inito periculo maximo Bo-
strensem civitatem occupaturus adiit Sed
inveniens ipsam id quod tradiderat muni-
tam et inexpugnabilem reversus est
multa in redeundo perdens passus in-
commoda et pluribus suis interemptis Est
aut bostrum civitas antiquissima prime
Arabie metropolis que hodie vulgari
appellatione Bussereth dicitur continens
sub se Traconitidem regionem de qua
in Ewangelio beatus lucas sic ait philippo
autem yturee et traconitidis regionis

tetrarchia est. Erant autem fontibus et [illegible]
regio illa perm[illegible] [illegible]
illius aquas [illegible]
[illegible]
[illegible] regio illa Traconitis ap-
pellatur [illegible] illius regionis
habitat in [illegible] et in traconibus
[illegible] commorantur in cavernis
post regionem autem Decapoleos cuius fi-
nes seu extremitates sunt inter mare Ga-
lilee et Sidonem que est post civitatem
Tiberiadensem usque Damascum protenditur
est Iturea regio scilicet prope territorium Sido-
nensem et montana media inter nos et Sa-
racenos in valle que dicitur Bachar
et quia ad radices Libani protenditur
saltus Libani nuncupatur Iturea autem
regio predicte regioni Traconitidi est
contermina et vicina. De obsidione
Cayri Alexandrie et Damiathe

xlviii Rex autem Almaricus predicti Bal-
duini germanus civitatem Egipti
nominatam Cayrum obsidione cinctam
uel civitatem sarracenorum ut dicitur expugnasset
et etiam totam Egiptum nomini christianorum
ditioni subegisset nisi consilio malici-
osi hominis Milonis de Plano accepta
ab hostibus pecunia obsidione soluta
recessisset. Ipse enim prius Alexandriam
egregiam civitatem Egipti quam Syraci-
nus et nepos eius Soldanus Soldano
Egiptio abstulerat obsedit et eos ad
deditionem compellens ex pacto eam
Soldano Egiptio recepta ab eo promissa
pecunia resignavit. Postea vero idem
rex Constantinopolitano imperatori in-
numeram Grecorum multitudinem sibi in auxi-
lium mittente cum ingenti tam Galearum
quam aliarum navium classe Damiatam

civitatem Egipti munitissimam obsedit
sed fame et frigore intollerabili et im-
moderata pluviarum inundatione repul-
sus cum magno exercitus sui detrimen-
to ab obsidione recessit. De quibusdam
munitionibus quas nostri in confinio
terre Sarracenorum fundaverunt. xlix

Dum igitur civitates memoratas
plures quam alias maxime medi-
terraneas nostri subiugare non
possent in extremitatibus terre sue ut fi-
nes suos defenderent castra munitissi-
ma et inexpugnabilia inter ipsos et
hostes extruxerunt scilicet montem regalem
et Petram deserti cuius nomen modernum
est Crak. Ultra Iordanem Saphetum
et Belvoir cum multis aliis munitionibus
citra Iordanem. Est autem Saphetum ca-
strum munitissimum inter Accon et mare
Galilee non longe a montibus Gelboe
situm. Belvoir vero non longe a monte
iuxta civitatem quandam egregiam et
populosam Bethsan inter Scythopolim et
Tyberiadem situm est omnium in loco sublimi.
Qualiter terra a nostris acquisita re-
gi et baronibus est distributa capitulum l.

Ad maiorem autem securitatis
tutelam inter diversos princi-
pes et barones divisum
est regnum Ierosolimitanum qui terram sub
rege defenderent et custodirent ipso
rege partem sibi digniorem et meliorem
retinente scilicet civitatem Ierusalem Neopolim
Accon et Tyrum cum quibusdam opi-
dis et casalibus homines Domini
regni fideli[te] et promisso cum certo
militum numero servitio regis obligati fu-
erunt Comes Tripolitanus Dominus Bi-
retensis dominus Sidonis dominus Caiphe
seu Porphirie dominus Cesaree princeps

Galilee qui et dns Tyberiadis Comes
Joppen Et Ascalonis dns montis re-
galis et totius terre transiordane dns
Barut Et dns Gybelim cum quibusdam
alijs Sed inter alios maiores erant
preteris preeminentiam et dignitatem
obtinentes De renouatione et am-
pliatione orientalis ecclesie ca. li
Et tunc cepit orientalis eccle-
sia reuirescendo florere et
cultus religionis in partibus
orientis ampliari et vinea domi-
ni nouos botros germinare ita quod in
ea videretur quod impleretur quod scriptum est
in canticis canticorum Hyems transijt
ymber abijt et recessit flores appa-
ruerunt in terra nostra tempus putatio-
nis advenit Ex diuersis enim partibus
mundi ex omni tribu et lingua et omni
natione que sub celo est odore sancto-
rum et venerabilium locorum tracti devo-
ti deo peregrini et homines religiosi
ad terram sanctam confluebant Reparabant
ecclesie veteres nouas fabricabant
Monasteria regularium largitione
principum elemosinis fidelium in locis
ydoneis construebantur ecclesiarum
ministri et alia ad cultum et ad cultum
diuinum pertinentia sufficienter ordina-
bantur vbique et competenter Viri enim
sancti seculo renunciantes varijs affec-
tionibus et desiderijs tracti et feruore
religionis accensi eligebant sibi
loca proposito suo et deuotioni magis
competentia De varijs religiosis
et diuersitate regularum personarum et
quarentena et monte carmeli et
de mari mortuo capitulum li. ij

Ab exemplo domini specialiter
[illegible] desertum illud desiderabile
[illegible] dns [illegible] post baptismum
quadraginta diebus [illegible] ieiunauit
quod quarentena dicitur et vitam
ducentes heremiticam [illegible] in modicis
cellulis domino deuo[illegible]
tes ad exemplum s[illegible] solitarij
Helye prophete in monte Carmeli et ma-
xime in parte illa que supereminet
ciuitati porphirie que hodie Cayphas
appellatur iuxta fontem qui fons Helye
dicitur non longe a monasterio beate virginis
Margarethe vitam solitariam agebant
in alueariis modicarum cellularum tamquam
apes domini spiritualem dulcedinem melli-
ficantes Est autem alius Carmelus trans-
iordanem iuxta desertum solitudinis
in quo latuit Dauid fugiens a facie
Saulis vbi erat habitatio Nabal
viri stulti Est autem in quo conuersatus
est Helyas Situs est in maritimis
distans ab Accon quatuor miliaribus
De solitudine Jordanis et stagno
genezareth et de Jordane li. iij
Quam plures vero in solitudinibus
Jordanis vbi beatus Johannes
baptista fugiens hominum turbas ut li-
berius deo vacaret ab annis pueri-
libus delituit mortui mundo ut vi-
uerent deo quietis sibi sepulturam
elegerunt In hac autem heremi so-
litudine non nisi locustas cum melle
siluestri beatus Johannes edebat
Est autem in partibus Syrie plerisque
et consuetudo aduenientem locustarum
multitudinem eas colligendo et congre-
gando ad victum reseruare Mellis

aut ex calamellis maxima in partibus
illis vidimus habundancia Sunt cala-
melle calami [?] melle i. succo
dulcissimo [?] quasi in torcularj
compresso vel expresso et ad ignem
condensato post quasi mel postea qua
si zuccara efficitur vocantur et alio
nomine canamelles quod nomen ex ca-
na et melle componitur eo quod cannis
sive harundinibus huiusmodi calami sunt
similes Cum igitur aut verisimile michi non
videbatur quod beatus Christi baptista locusta-
rum carnes manducaret qui eciam pa-
ne vesci renuebat quesivi diligenter
a quodam Surianorum monacho cuius ce-
nobium in partibus illis erat habens ma-
ximam multitudinem monachorum sub uno
abbate vitam arctissimam ducencium cuius-
modi erant locuste quas in solitudi-
ne illa Jordanica beatus Johannes
perhibetur Cum michi statim respondit
quod in refectorio suo quedam herba monachis
ad edendum apponeretur quam ipsi langu-
sto i. locustam nominabant Cuius circa
monasterium suum magna copia habebatur
adiungens quod illa esset quam edebat
beatus Johannes Sed et de melle silve-
stri ex apibus in deserto illo frequenter
copiose reperiebat Alii autem ex viris
religiosis in deserto illo quod adiacet
mari Galilee in quo frequenter dominus
Jhesus predicavit panibus ordeaceis cum
paucis piscibus hominum multitudinem pa-
vit variis miraculorum prodigiis regionem
illam illustravit In quo eciam loco
post resurrectionem suam discipulis suis ma-
nifestus apparuit et cum eis manducavit

et bibit pedibus eciam illud super mare
ambulavit Ibi eciam quosdam discipulos
ad se convocavit ait venite post me
faciam vos fieri piscatores hominum Solitariam
sibi elegerunt habitacionem Quidam in
planicie in qua multo [?] tempore reperitur
ex hiis desertatis [?] commorantur Alii in
monte propinquo in quo dominus seorsum
a turba consueverat orare post degebant
Est autem mare galilee stagnum in
finibus galilee ex aquis dulcissimis
collectum variis piscium generibus como-
dissimum visu amenum et delectabile
ad optandum et cum tam in longitudine
quam in latitudine valde spaciosum est
more hebreorum et egipciorum qui con-
gregaciones aquarum copiosas et spacio-
sas congregaciones tam ex aquis dul-
cibus quam ex salsis mare nominant
Predictus lacus maris nomine nuncu-
patur Dicitur eciam mare tyberiadis eo
quod civitati tyberiaden que vulgariter
tyberia nominatur adiacet iuxta quam
civitas petri et Andree quam dominus
presencia illustravit prius ita est Bethsay-
da Dicitur quoque stagnum Genesa-
reth quod interpretatur aura generans eo
quod ex fontibus motum constitutum [?] frequenter
ventum colligit validum ex quo facta
in stagno perturbacione et invalescente
tempestate undis fluctuantibus plu-
rime navicule submerguntur Fluminis
aut Jordanis ad radices montis
libani iuxta Cesaream philippi
ex duobus fontibus scilicet Jor et Dan
ex quibus nomen traxit et originem

In predicto stagno Genezareth descen-
dit et inde totus egrediens per centum fere
miliaria regionem irrigans ad civitatem
per vallem illustrem que vallis salina-
rum dicitur in mare mortuum se infundit
et per ea inmergens affacius absorbetur in
abysso Est autem secundus lacus cui nomen
Segor qui hodie vulgari appellacione
Pammer nominatur Dicitur eciam predictum
mare lacus Asphaltes sive Asphaltidis
et mare salis eo quod sit ita salsum et
amarum quod ex eo homo nec bestia potest
bibere et plerumque eciam mare diaboli dicitur
eo quod nichil in eo vivum generatur nec aliquid
vitam habens in ipso mergi potest Habet
autem iuxta se montem salis excelsum
arbores eciam iuxta ripas eius poma
ferunt pulcrum exterius corticem habencia
interius autem non nisi cineres et quasi favil-
la fetida reperitur Dominus enim ignem
et sulphur pluit super Sodomam et
Gomorram et alias tres civitates
homines enim illi pessimi erant et hostes
nature ignominiosam et abhominabilem
turpitudinem inter se abusive operantes
In loco autem illo qui Pentapolis
dicebatur est predictus lacus cuius fundum
inveniri non potest Dominus autem civitates
illas usque in abyssum per predictum in-
cendium submersit Fluvius autem Jor-
danis de quo paulo ante fecimus men-
cionem a monte Libani usque ad locum illum
multas ex se prebet commoditates univ-
erse regioni reddit enim ortos irrigu-
os et terram fertilem habet aquas
dulces ad bibendum et pisces sanos
ad edendum et ripas ydoneas et

harundines [illegible] cannas per can-
das ex quibus tecta tegunt domorum
et pietre contexunt Campi autem adia-
centes ex calamellis condensi [illegible]
stillantes dulcedine [illegible] reddunt ha-
bundanciam Peregrini autem et indigenes cor-
pora sua et vestimenta in aquis Jorda-
nis ad magnam devocionem solent ab-
luere eo quod redemptor mundi a beato Johanne
in flumine illo baptisatus est et contactu
mundissimo carnis sue fluvium purificavit
vim regenerativam aquis conferens universis
Tota eciam trinitas illum fluvium feliciter
et dignissime dedicavit super quem pater
est auditus spiritus sanctus in specie columbe
visus filius in humana natura baptisa-
tus Multi autem utriusque sexus viri et
mulieres baptismo prime a beato Johanne
in predictis aquis baptisati Christi gracie
et baptismati se se humiles et ydone-
os et aquarum submissioni assuefactos
reddiderunt In signum autem future
purificacionis Naaman Syrus in hoc
flumine a lepra mundatus est carnem pueri
recepit Josue vero cum multitudine fili-
orum Israel aquis existentibus superioribus in altum
ascendentibus inferioribus autem in mare descen-
dentibus sicco vestigio pertransierunt Ex quo
xii lapides iuxta numerum xii tribuum filiorum
extraxerunt De quibus ad litteram
dixit beatus Johannes Potens est
dominus de lapidibus Israel et Helyas at-
et Heliseus aquas Jordanis Helie
pallio percussis et in duas partes divisis
per siccum transierunt Multi autem ex viris
religiosis propter fluvii sanctitatem et aquarum
oportunitatem vicinas fluvio construxerunt
habitaciones Sequitur ea

De monte thabor et hiis qui in civitatibus regalibus venerunt capitulum liiii

In monte thabor qui sublimis est et ... in quo dominus coram petro et Jacobo et Johanne presentibus Moyse et Helya transfiguratus gloriam future resurrectionis ostendit christi loci reverentia et honore monasterium constructum est. Apparitur mons in regione Galilee non longe a Nazareth habens ad radicem eius torrentem cyson. Montes autem Gelboe ex una parte ex altera vero mare galilee. De montibus autem Gelboe quidam fabulantur quod nec ros nec pluvia super eos descendit, ad litteram hoc falsum esse in vicinis habitatoribus frequentibus est probatum. De ordinibus autem et premonstratensi qui in locis ydoneis monasteria construxerunt. Multi autem ex hiis qui desiderio terre sancte de terra sua et de cognatione sua et de domibus patrum suorum exierunt licet terra et tumultus hominum pluribus religiosis sint impedimento noluerunt tamen inter turbas populorum corporaliter habitare quia a sanctis civitatibus Jerusalem Bethleem et Nazareth que tamquam celle aromatice salvatoris redolent conversatione habitatore privari. In Nazareth enim de spiritu sancto ex maria virgine conceptus fuit dominus. In Bethleem natus. In Jerusalem pro salute nostra crucifixus mortuus et sepultus.

De civitate sancta Jerusalem de patriarcha et suffraganeis eius capitulum lv

Est autem Jerusalem civitas civitatum sancta sanctarum domina gentium princeps provinciarum speciali prerogativa civitas regis magni dicta et que in centro mundi et in medio terre sita ut ad eam confluent omnes gentes possessio patriarcharum alumpna prophetarum doctrix apostolorum salutis nostre cunabulum domini patria mater fidei sicut Roma est mater fidelium a deo electa et sanctificata in qua steterunt pedes eius ab angelis honorata et ab omni natione que sub celo est frequentata. Est in monte eminenti constituta ex utraque parte montuosa. In illa parte Sirie que dicitur Juda et palestina lacte et melle fluens frumento vino et oleo et omnibus temporalibus bonis habundans fluminibus et fontibus caret fontes autem non habet excepto uno qui Siloe nominatur qui sub monte Syon per medium vallis Josaphet fluens quamquam copiosas mittat aquas plerumque modice vel penitus aque nulle reperiuntur in ipso. Sunt autem cisterne in urbe quam extra urbem et cisterne multe ex aquis pluvialibus tam hominibus quam animalibus ad potum sufficientes et ad alias varias necessitates. Habet enim plura et diversa nomina ex diversis eventibus et secundum diversas linguas et nationes. Primo enim vocata est Jebus postea Salem ex quibus duobus vocabulis nomen compositum habet Jerusalem. Dicitur autem solima et Jerosolima, Luza et bethel. Ad ultimum dicta est Helya ab Helio questore romano qui eam in loco in quo modo est post destructionem a Tito et Vespesiano factam reedificavit. Primus eius episcopus fuit Jacobus qui pertica fullonis in Jerusalem percussus

martirio transiuit ad dominum Post hunc
usque ad tempora Justiniani imperatoris
non nisi simplices habuit episcopos nulla
maioris dignitatis prerogatiua preminentes
Temporibus autem predicti deo dilecti et reli-
giosi imperatoris in sinodo generali apud
urbem Constantinopolitanam ob reuerentiam
ciuitatis sancte in ea constituerunt patriar-
cham quosdam suffraganeos Anthio-
ceno et Alexandrino subtrahentes eo
quod in confinio eorum duorum patriarcharum
erat constituta obtinet autem quintum locum
post apostolicam sedem in ecclesia dei habet
etiam sub se quatuor metropolitanos
quorum primus est Tyrensis continens sub se
quatuor suffraganeos episcopos scilicet Acconensem
Sidoniensem Beritensem Paneadensem Est autem
Paneas ciuitas illa que vulgariter nunc
Belinas nuncupatur ad radicem montis Libani
sita Damascene ciuitati satis vicina et
est terminus terre promissionis Secundus metro-
politanus seu episcopus est Cesariensis unicum solum
suffraganeum habens subiectum episcopum
scilicet Sebestensem

De ciuitatibus Sebasta et Tyberiade Bethphage et petra deserti capitulum sextum

Sebasta olim alio nomine dicebatur
Samaria in qua sepulti sunt viri
sancti Johannes Baptista Heliseus
et Abdias propheta Ciuitas autem que dicitur
Cayphas sive porphiria non habet episcopum
subest autem immediate archiepiscopo Cesa-
riensi Tercius metropolitanus est Naza-
renus unicum solum habens suffraga-
neum Tyberiadensem episcopum Est autem Tybe-
rias ciuitas supra mare Galilee sita
in regione Galilee frumenti vini et
piscium vbertate redundans fuit autem
quondam sedes archiepiscopalis in urbe
Scytopoli que hodie dicitur Bethsan inter
montes Gelboe et Jordanis fluuium in
campestribus sita Est autem fertilis valde
riuis et fontibus irrigua que quondam
terre palestine et vniuerse Galilee metropo-
lis extitit Sed propter dignitatem loci et reue-
rentiam dominice conceptionis translatus est
archiepiscopatus ad ciuitatem Nazarenam Quar-
tus vero metropolitanus est Petracensis vnicum
solum habens suffraganeum episcopum Grecum
in monte Sinai ecclesie beate virginis Kathe-
rine et monachis eiusdem monasterii prefectum
Est autem petra ciuitas munitissima que
vulgari nomine hodie dicitur Crac .i. petra
deserti vltra Jordanem in finibus Moab
in monte sublimi sita Secunde Arabie
metropolis est autem ut dicitur locus ille de
quo dicit ysaias propheta Emitte agnum
domine dominatorem terre Est autem iuxta
vrbem antiquissimam que dicitur Rabath
ante quam ciuitatem procurante dauid occisus
fuit Urias

De ciuitatibus Nazareth Ebron et lidda capitulum vii

Habet preterea Jerosolimitanus patriarcha
quosdam episcopos suffraganeos sibi
nullo mediante subiectos scilicet Beth-
leemitanum et Ebronensem et liddensem
fuit autem ecclesia Bethleemitica prioratus
canonicorum regularium vsque ad tempora
primi regis latinorum in quibus rex vero
propter loci dignitatem et dominice natiuitatis
precellentiam eam cathedrali dignitate sub-
limauit constituens in ea episcopum de mandato
et voluntate bone memorie pascalis pa-
pe secundi et Ascalonem ciuitatem eidem
immediate subiecit Similiter Ebronensis
ecclesia que prius fuerat prioratus propter loci
dignitatem in qua sepulti sunt Adam
et Ewa et tres patriarche Abraham
ysaac et Jacob cum Sara et rebecca

in spelunca duplici est tercium fuit ... dei et ad episcopalem sublimata est dignitatem. Ebron autem antiquis nominibus Arbe et Cariatharbe appellatur. Lidda autem quondam civitas Diospolis appellabatur nunc vero ad sanctum Georgium nuncupatur.

De Abbatibus et prioribus sub patriarcha Jerosolimitano constitutis capitulum L octavum

Habet insuper predictus patriarcha abbates et priores sibi subditos insignia pontificalia baculos scilicet et mitras anulos et sandalia ex privilegio dignitatis habentes domino patriarche reverenter in ministerio assistentes. Patriarchalis siquidem ecclesia que est dominici sepulcri sub monte Calvarie canonicos regulares habet secundum institutionem et regulam beati Augustini viventes habens autem priorem ad quem cum predictis canonicis pertinet eligere patriarcham qui est eius loco abbatis. In ecclesiis autem templi domini et montis Syon et montis oliveti sunt abbates et canonici secundum predictam regulam beati Augustini domino ministrantes. In ecclesiis vero seu monasteriis de latina et vallis Josaphath sunt abbates cum monachis nigris secundum regulam beati Benedicti domino servientes. In Bethania vero que est castellum Marie et Marthe et Lazari fratris earum et et distat a Jerusalem xv stadiis ultra montem oliveti in declivio eiusdem montis est abbatia sancti Lazari que dicitur de Bethania in qua est abbatissa nigra et moniales sancti Benedicti regulam et instituta profitentes. Est autem alia Bethania trans Jordanem ubi erat beatus Johannes baptizans. Eiusdem autem ordinis et professionis est abbatia sancte Marie matris domini iuxta portam que dicitur Josaphath iuxta probaticam piscinam sita in quo loco beata Maria virgo nata fuisse perhibetur. In qua est abbatissa cum monialibus nigris. Abbatia insuper sancte Marie in Jerusalem cum abbatissa et monialibus nigris sub sancti Benedicti regula deo servientibus tamquam cella aromatica sanctis et castis et deo devotis personis erat referta que religionis districtionem vite honestate et caritatis fervorem nulla compellente adversitate vel paupertate reliquerunt. In monte Thabor est abbatia nigrorum monachorum sub metropolitano Nazareno. Joppen autem civitas non habet episcopum sed immediate pertinet ad priorem et canonicos dominici sepulcri. Similiter civitas Neapolis que in evangelio dicitur Sychar ubi est puteus Jacob iuxta quem dominus locutus est samaritane mulieri episcopo caret pertinet autem immediate ad abbatem dominici sepulcri. Multe sunt etiam alie civitates in terra promissionis que licet ante tempora latinorum prius haberent episcopos Surianorum et grecorum latini tamen propter multitudinem et paupertatem eorum ne dignitas episcopalis vilipenderetur plures etiam cathedrales et civitates uni cathedrali subiecerunt. Nunc autem de hiis locis que inter alia loca venerabilia maiorem habent prerogativam sanctitatis breviter subiungamus.

De Nazareth et Bethleem lix

Nazareth est civitas modica posita in introitu Galilee ex parte occidentali inter montes sita. Inter ipsam autem et Zephorim est fons irriguus et perspicuus aquas ex se copiosas emittens qui fons Sephoritanus appellatur in quo loco reges Jerusalem

Ierlm sequet(ur) p(ro)pter aquar(um) et ciborum commoditatem q(ue) solent suos excitos ing(erere) g(r)ac(i)e. In hac aut(em) dei civitate a q(ui)bus-dam b(ea)ta v(ir)go nata fuisse p(ro)hibetur. Hoc quid(em) n(on) e(st) dubiu(m) q(uod) in ea postq(uam) desponsata fuit Joseph virgo sancta morabat(ur) ad quam missus e(st) angelus annuncians p(ri)mordia n(ost)re salutis. Hec aut(em) sancta et deo amabilis civitas in qua virga Iesse floruit et flos omnia vincens aromata in utero virginis germinavit. Unde et merito flos interpretat(ur) in hoc sup(er) om(n)es alias gaudet p(ro)prio privilegio speciali q(uod) n(ost)re salutis d(omi)n(u)s in ea principiu(m) p(ro)curavit et in ipsa nutriri et parentibus subici dignatus e(st) cui o(mn)ia que sunt in celo et in t(er)ra subiecit. Bethleem vero que domus panis interpretat(ur) in qua natus e(st) verus panis q(ui) de celo descendit et in declivo montis Ierlm mittam sita e(st) no(n) longe distans a civitate sita p(er) miliaria quatuor. In hac vero David civitate e(st) sita et venerabilis ecclesia cathedralis in honore b(ea)te marie virginis consecrata presepium in quo iacere et reclinari dignatus est ille cuius celum sedes e(st) t(er)ra aut(em) scabellum pedum eius factus s(e)c(un)d(u)m sanctam quo pia animalia vescent(ur) in quo loco pastores revelatione angelica amoniti puerum panis involutum cu(m) maria matre eius invenerunt. Et tres reges magi stella duce ad p(re)dicta civitate venientes natum regem humiliter adorantes mystica ei munera obtulerunt. In hac ipsius hostis Herodes Xpm querens occidere multos pu//

los innocentes occidi fecit. In ea eciam est sepulcrum Rachel uxoris Jacob que dum peperisset Beniamin in eodem loco vitam finivit. Ex hac traxit originem illa mulier Neomi quam Ruth moabitidis abduxit de petra deserta qua duxit Booz uxorem ex quorum progenie ad montem filie Syon venit agnus t(er)re dominator. De cisterna aut(em) Bethleemitica David aquas concupivit, aquas sapiencie salutaris desideravit. De cisterna b(ea)te marie virginis hanc aut(em) sanctam et deo dilectam civitatem beatus Jeronimus latinus interpres ut ibi d(omi)no serviret p(re)elegit in qua et corporis eius gleba preciosa tradita est sepulture. Beata eciam paula et Eustachium filia eius cum multis aliis virginibus in monasterio sanctimonialium dei servicio et divine contemplationis devotissime vacantes regina regnum mundi et omnem eius ornatum p(ro)pter amorem d(omi)ni n(ost)ri ihesu xpi et loci s(an)cti devotione contempserunt.

De civitate Ierlm et de locis sanctis que in ea continent(ur) capitulum ...

Civitas aut(em) sancta Ierlm in qua redemptionis n(ost)re misteria d(omi)n(u)s corporalit(er) exhibuit cunctis aliis omnibus locis et civitatibus privilegio p(re)minet s(an)ctitatis et excellencia dignitatis tanto q(uod) ad se a(n)tiq(ui)tus plenius ad (?) ... d(omi)n(u)s plures religiosas p(er)sonas ad se traxit qui locorum venerabilium multitudine varios et competentibus temporibus ad servicia(?) sp(irit)us visitantes nunc ex hiis nunc ex illis materiam devotionis assumentes et ardore desiderii animas suas vigentes ipsas p(ro) tedio dormitare non sinebat. Est aut(em) sepe nominata et sepius nominanda ci-

uitas ?m partes eius in monte sollimi
sita muro valido undique circumdata nec
nimia paruitate angusta nec magnitu-
dine cui quam fastidiosa a muro usque
ad murum longitudine distantia quantum arcus
quater potest sagittam. Habet autem
a parte occidentali munitionem ex la-
pidibus quadratis cimento et plumbo
fuso quasi indissolubiliter compaginatam
constructam. Que ex uno eius latere pro
muro est ciuitati et turris dauid appella-
tur. Montem Syon habet a meridie in quo dauid
in arce Syon eiectis iebuseis habitauit
et eam ciuitatem dauid appellauit. Mon-
tem oliueti habet ab oriente. Montem
quoque Caluarie in quo crucifixus est
dominus in parte illa que Golgata uoca-
tur et locus dominici sepulcri qui loco
illi proximus est sub monte caluarie
usque ad tempora Helij Adriani im-
peratoris extra ciuitatis ambitum erant.
Dominus enim passus et sepultus est extra
portam ciuitatis. Predictus autem imperator
ciuitatem a Tyto et Vespesiano
destructam reparauit muros et plateas
decenter decorauit pauimento ductus
aquarum construens quibus tempore
pluuiali ciuitas a sordibus purgaretur.

De dominico sepulcro et loco caluarie et monte Syon capitulum lx primum

Ideo autem idem Helius Adria-
nus ampliauit ciuitatem ut
locum dominici sepulcri infra
murorum ambitum concluserit. In quo
loco postea christiani ob reuerentiam
dominici sepulcri opere artificioso de-
centi scemate forma rotunda uno
tantum foramine superius aperta dominice
resurrectionis gloriosam ecclesiam construxe-
runt, que inter sancta et venerabilia loca
non immerito obtinet principatum in quo loco
corpus domini preciosum cum aromatibus
honorifice sepultum usque in diem tercium
requieuit. Die vero tercia resurrexit in quo
loco sancti angeli in uestibus albis apparuerunt.
Milites autem sepulcrum custodientes velut
mortui facti sunt. In quo etiam loco
in nocte resurrectionis dominice ignis sa-
cer descendit desuper. Cum autem per
mundum uniuersum dicatur a fidelibus Sur-
rexit dominus etc. soli canonici ecclesie
resurrectionis dominice speciali gaudent
prerogatiua dicentes et ad oculum
demonstrantes facientes Surrexit dominus de
hoc sepulcro. Similiter in ewangelio
tempore paschali ad dictum Surrexit non
est hic, dyaconus qui legit ewangelium
digito demonstrat dominicam sepulturam.
Mons autem qui dicitur caluarie locus hebra-
ice golgata ecclesie dominici sepulcri vi-
cinus inter loca sancta magnam obtinet
dignitatem et maxime ob memoriam
dominice passionis. Habet compunctionis
virtutem, in quo passus est pro salute mu-
vestimentis exutus in cruce leuatus
clauis affixus felle et aceto potatus
a iudeis irrisus inter iniquos depu-
tatus morte ignominiosa condempnatus
pro transgressoribus orauit matrem suam
discipulo commendauit latroni salutem
promisit cum clamore et lacrimis spiritum
emisit ex latere lancea perfodiata san-
guinem et aquam quibus mundum abluit
produxit in quo loco milites vesti-
menta eius diuiserunt et super tuni-
cam eius sortem miserunt. terra mota est
petre scisse sunt. Sanguis eius in
terram cecidit sol abscondit radios

suos subtraxit. Hijs omnibus ad locum
sacer a devotis peregrinis frequentatur cor
contritum et humiliatum compungitur et ex
torculari passionis, lacrime compassionis
exprimuntur. Syon autem fortitudinis nostre
Syon mons coagulatus mons pinguis mons
in quo beneplacitum fuit habitare deo in
eo, quasi favus distillans dulcedinem
et flos redolens suavitatis odorem pias
mentes efficit confortat et reficit, et
sterilitatis sue penuriam consolatur et
pascit in quo dominus pascha cum discipulis
celebravit, pedes apostolorum linteo pre-
precinctus lavit et tersit Exemplum
humilitatis ostendit vestimenta resumens
cum discipulis manducavit et bibit novum
testamentum instituit, panem in corpus
suum et vinum in sanguinem suum conversum
discipulis ad manducandum et ad biben-
dum tradidit, divinis sermonibus discipulos
informavit In quo loco beatus Johannes
super sanctum pectus eius recubuit et
beata virgo cum eodem Johanne sibi
ad custodiam deputato, post mortem
filii sui quamdiu vixit habitavit, et
dominus cum discipulis suis in domo clauso
ostio commorantibus apparuit Apostoli
vel post ascensionem domini usque ad diem
penthecostes in eodem loco cum ieiunijs
et orationibus promissum spiritum sanctum ex-
pectantes permanserunt In die vero pen-
thecostes in specie ignis in loco illo spiritum
sanctum cum scientia linguarum omnium ad robur
receperunt, facto autem super locum illum
de celo sono repentino multitudo iude-
orum confluxit quibus beatus petrus prophe-
tiam Johelis exponens multos ad dominum
convertit Hijs omnibus insignijs locus
ille preeminens inter alia loca sancta

maximam obtinet privilegij dignitatem

De templo domini et templo Salomonis et monte oliveti capitulum sextum

Templum autem domini sanctum
quod in monte Moria in area
Ornan iebusei a Salomone
constructum est inter alia loca sancta
et venerabilia preeminens est, quod licet
a Babilonijs primo sit destructum Et post-
ea a Romanis a fidelibus tamen et reli-
giosis viris opere rotundo magnifice et
decenter in eodem loco miro et subtili
artificio est iterum reparatum In hoc loco
super rupem que adhuc in eodem loco
consistit, dicitur stetisse et apparuisse david
exterminator angelus qui propter peccatum
numerationis Israhelitici populi, que david
precipiente, facta est, multa milia de po-
pulo interemit, Unde Saraceni templum
domini usque hodie rupem appellant
quod in tanta veneratione habent ut
nullus eorum audeat ipsam aliquibus
sordibus sicut in alijs locis faciunt ma-
culare, sed a remotis et longinquis regi-
onibus a quibus Salomonis usque ad tem-
pora ad ipsum veniunt adorare Quo-
ciens autem civitatem sanctam possident
imaginem Machometi ponentes in
templo nullum christianum permittunt intrare
In predicta vero rupe, creditur a quibusdam
archa domini usque hodie fuisse reclusa
eo quod Josias rex Israel imminentem pre-
videns civitatis destructionem ipsam in sanctu-
ario templi includi precepit et abscon-
di In 2o tamen libro Machabeorum
reperitur quod imminente captivitate eximius
Jeremias propheta in montem in quo Moy-
ses ascendit et vidit dei hereditatem
et in spelunca quam invenit thabina-
culum et archam et altare incensi

intulit / et ostium spelunce ait quo igno-
tus erit locus donec congreget dominus congre-
gacionem populi sui et propicius fiat et tunc deus
ostendet hec et apparebit maiestas
domini In hoc autem sancto et venerabili
loco cum Salomo opere consumato sacrificia
offerret nebula impleuit domum et
apparuit gloria domini et ignis descen-
dit de celo et deuorauit holocausta
et victimas / et maiestas domini im-
pleuit domum nec poterant sacerdotes in-
gredi domum domini Sed omnes filij israel
videbant descendentem ignem et gloriam
domini super domum Tamen autem flexis
genibus et manibus ad celum expen-
sis orasset Salomo dominum ut quicunque
templum beneficia petiturus ingrederetur
preces eius a domino reciperentur apparu-
it ei dominus dicens Exaudiui oracionem
et deprecacionem tuam qua deprecatus es
coram me / sanctificaui domum hanc quam
edificasti / oculi quoque mei erunt aperti
et aures mee erecte ad oracionem
eius qui in loco isto orauerit Elegi
enim et sanctificaui locum istum michi
In hoc loco sicut in 2o. Machabeo-
rum legitur Helyodoro a rege anthio-
cho misso vt locum sanctum violaret et
pecuniam depositam per violenciam auferret
apparuit equus terribile habens ses-
sorem optimis operimentis ornatum Et
qui sedebat videbatur habere arma au-
rea Equus autem Helyodoro cum impe-
tu priores calces illisit Alij eciam appa-
ruerunt duo iuuenes virtute decori
optimi gloria speciosi quoque amictu qui
circumsteterunt eum et ex vtraque parte

flagellabant sine intermissione multis
plagis verberantes In hoc loco beata virgo
donec Joseph desponsata fuisset cum alijs
virginibus dicitur ministrasse / cortinas et
vestimenta sacerdotalia preparando litteras
sacras addiscens ieiunijs vigilijs et
oracionibus et diuinarum scripturarum studio
prudenter et humiliter vacans Exinde
puellulis a parentibus ut presentarent eam
coram domino ad hoc templum adducta
/ omnes gradus quibus ascendebatur ad tem-
plum per se absque vlla difficultate dicitur
ascendisse Quod in oculis omnium mirabile
visum est et a seculo de paruo infan-
tulo inauditum In hoc loco dominus sanctus
Zacharias incensum offerret domino / ap-
paruit ei angelus nuncians ei eius
oracionem a deo exauditam / Omnes enim
sacerdotes pro messia venturo et populi
liberacione in hora incensi domino sup-
plicabant addidit preterea quod Elisabeth
vxor eius sterilis esset filium paritura
In hoc loco dominus noster ihesus xpistus
cum turture et columba a parentibus
est oblatus et a Simeone susceptus
a sancta Anna vidua omnibus qui
expectabant redempcionem israhel annunci-
antes et cum iam duodecim annorum
etatis attigisset ut diuine scripture
studio vacandi daret exemplum
in medio doctorum ad disputacionem
sedens opponebat et respondebat
ita ut omnes super responsum et pruden-
cia eius mirarentur Cum autem accre-
disset etate in hoc templum eiecit
ab eo vendentes et ementes et
nummularios et cathedra vendencium

columpnas exiit obitens eis scriptum
esse domus mea domus orationis vocabitur
Alterius etiam super huius pinaculi templum
ascendit ubi dyabolus ut se deorsum mit-
teret temptando suggessit Imminente
etiam passione tota die erat in templo
docens et in vespere recedens in bethania
via summo mane reuertebatur Huius templi
velum in morte xpi scissum est a summo
usque deorsum ut patet intuitus ad facta
sanctorum ab huius templi pinaculo beatus
Jacobus Apostolus predicans precipitatus
pertica fullonis percussus coronatus est mar-
tirio Est preterea Jerosolimis templum ali-
ud immense quantitatis et amplitudinis
A quo fratres milicie templi templarii
nominantur quod templum Salomonis
nuncupatur forsitan ad distinctionem alterius
quod specialiter templum domini appellatur
Mons autem oliueti mons pinguis mons
oliuarum mons trium luminum mons sanctus
et omni acceptione dignus qui passibus
mille distat a Jerosolimis in cuius decli-
uio est Bethphage que interpretatur domus
bucce vitulus sacerdotum et Bethania
castellum marie et marthe et lazari
in quo maria pedes domini vnxit et
capillis suis tersit et ministrante Martha
ad pedes domini sedens verbum ex ore eius
auide suscipiebat in quo xpus lazarum
resuscitauit in quo etiam frequenter dignatus
est hospitari predicare et miracula facere
In hoc monte sancto et dignissimo dominus
sedens monte contra templum eundo
discipuli signa aduentus eius ad iudici-
um et consumationem seculi quesierunt
In hoc etiam monte frequenter cum discipulis
exibat ad orationem et maxime imminente
passione In monte hoc a pueris hebreorum
cum ramis palmarum sibi obuiam occurren-
tibus honorifice est susceptus ab illo loco
cum ympnis et laudibus usque in Jerusalem
super asinum deductus ex hoc monte viden-
tibus discipulis ad celos gloriose xpus ascendit

De valle Josaphath et quibusdam aliis locis venerabilibus capitulum lxiiij

Sunt autem alia loca sancta et ve-
nerabilia tam in ciuitate quam extra
scilicet vallis Josaphat que est inter
montem Syon et montem oliueti in quo
loco dicitur esse turris iuxta torrentem cedron villula
patrum qui dicitur Gethsemani et iuxta
illum ortus in quo a iudeis captus
est dominus In hac valle beata virgo se-
pulta fuit In hoc loco dominus ad iudi-
cium creditur esse venturus probatica pisci-
na in cuius aqua ab angelo commota
sanabantur infirmi Et natatoria Siloe
in qua cecus natus curatus est a ciuita-
te Ecclesia beati prothomartiris Stephani
in quo loco ipse a iudeis fuit lapidatus
Castellum Emaus quod distat a Jerusalem
stadiis lx habens iuxta se ciuitatem Ma-
chabeorum et ciuitatem Gabaon in quo
dominus panem frangens et gratias agens
duobus discipulis in fractione panis ap-
paruit et cognitus est ab eis Sunt
etiam alia loca quamplurima que dominus
corporali presencia sua visitare et sanctificare
dignatus est Cum cuncta enim loca dominus
pedibus suis calcauit sancta et consecrata
et pro preciosis reliquiis a fidelibus
habentur Unde non immerito terra promissi-
onis lacte et melle fluens et omnibus
aromatibus flagrantia non solum religi-
osos clericos sed etiam laicos tam milites
quam alterius conditionis ut in ea

relictis parentibus et propriis primordiis
regulari vivere invitavit attraxit et
allexit. Quorum quidam hospitalarii
sive fratres hospitalis sancti Johannis. Alii
fratres milicie templi. Alii fratres sancte
Marie theutonicorum in Jerusalem nuncupantur

De religione fratrum hospitalis sancti Johannis capitulum lxiiii

Hospitale sancti Johannis a tempore
Surianorum et grecorum cum adhuc sub
Sarracenorum dominio civitas sancta
captiva teneretur initium habuit in hunc
modum. Licet temporibus illis totam terram pro-
missionis Sarraceni peccatis exigentibus
occupassent multi tamen christiani de
gente Sarracenorum patriam suam deserere
noluerunt sed externis condicionibus afflicti
et iugo dure servitutis oppressi inter Sara-
cenos habitabant. Princeps autem Egiptius
qui universas regiones a Laodicia
Sirie usque ad extrema Egipti civitatem
Alexandria possidebat, quartam civitatis
Jerosolimitane porcionem ex parte dominice
dominici sepulcri Surianis et patriarche
eorum sub annuo tributo concesserat ad ha-
bitandum. Alias autem tres porciones in-
habitant Sarraceni. Unde ex occidentali-
bus partibus plurimi ad terram promissionis
veniebant christiani. Quidam causa ne-
gociacionis tracti, alii causa devocionis
et peregrinacionis cum magno periculo dato
Sarracenis tributo loca sancta visitabant.
Inter quos quidam de longobardiis et
maxime ~~Alphi~~ Almaphitanis de
civitate Almaphia, que non nisi sep-
tem miliaribus distat ab egregia civitate
Salerno, quoniam merces peregrinas of-
ferebant et principem Egiptium

muneribus et tributis sibi benivolum
reddiderant et placatum apud ipsum
condiciones optimas invenerunt. Unde ab
ipso principe facile obtinuerunt ut in hono-
re beate marie virginis ecclesia dominici sepulcri
quantum quantum vix iactus est unius
lapidis ecclesiam latinorum construxerunt
eo quod Suriani grecorum consuetudines
et instituta in divinis officiis penitus
observabant. Unde usque in hodiernum diem
predicta ecclesia dicitur ecclesia sancte marie
de latina, latinum enim abbatem et
monachos more latinorum divina cele-
brantes in ea instituerunt. Tempore
autem procedente extra septa monasterii
in quo mulieres peregrinas recipere eiusdem
loci monachi inhonestum reputabant
aliud ordinaverunt monasterium in honorem
beate marie magdalene et priores mulie-
res religiosas que peregrinis mulieribus
latinis in predicto latino loco ministraret
et eas in hospicio reciperent. Postquam vero
confluente peregrinorum multitudine cum
predicta monasteria ad recipiendas omnes
pauperes afflictos et infirmos non suffi-
cerent iuxta ecclesiam suam predictam abbas
et monachi ad opus infirmorum et egrotantium(?)
grecorum hospitale et capellam in ho-
nore sancti Johannis Eleymon in eodem
loco construxerunt. Hic vir sanctus deo
placens et per omnia commendabilis Ci-
prius fuit natione et meritis suis
exigentibus ad patriarchatum Alexan-
drinum fuit vocatus, et quoniam in elemo-
sinis et aliis operibus pietatis singula-
riter precellebat Eleymon id est misericors
est appellatus et quoniam a principio predictum
xenodochium seu hospitale sancti Johannis

redditus vel alias possessiones non
habebat de reliquiis et fragmentis mensarum
utriusque monasterii et de quibusdam elemosi-
nis fidelium Abbas de latina ad quem
illud hospitale spectabat pauperibus et in-
firmis faciebat provideri. Post quam
autem divine placuit pietati ut civitatem
redemptionis nostre per ducem Godefridum
et alios christi fideles ab impiorum domi-
nio liberaret et eam restitueret cultui chri-
stiano vir quidam sancte vite et probate re-
ligionis nomine Geraldus qui longo
tempore de mandato Abbatis in predicto
hospitali pauperibus devote ministraverat
adiunctis sibi quibusdam honestis et religi-
osis viris habitum regularem suscepit
et vestibus suis albam crucem exterius
affigens in pectore regule salutari et ho-
nestis institutionibus sancta solempni pro-
fessione perpetuo obediencie obligavit
tui et quedam mulier Agnes nomine
Romana natione nobilis carne sed no-
bilior sanctitate que in monasterio mulierum
vicem gesserat Abbatisse in monasterio
pauperum adiuncta eandem regulam et ha-
bitum humilitatis votive suscepit. predicti
igitur fratres humiliter et devote domino servien-
tes et infirmis pauperibus de paupertate
sua diligenter ministrantes in agro qui
dicitur Acheldemach mortuos suos se-
peliebant. Hic est ager figuli qui
emptus est a iudeis in sepulturam pere-
grinorum pro triginta argenteis quos
Iudas traditor in templo proiecit. Ab-
bati autem sancte marie de latina que
predicti hospitalis principium extiterat
et eam ipsos quam infirmos eorum de propria
mensa diu sustentaverat obedientiam
et reverentiam quamdiu pauperes fuerunt

non negaverunt primum paupertatis sue patro-
num et coadiutorem eorum et loci apud
deum protectorem beatum Johannem Elemosi-
narium devotissime venerantes et ipsum dominum et
advocatum suum confitentes. Domino etiam pa-
triarche Jherosolimitano obedientes devote
de bonis suis decimas ecclesiis sicut canones
et utriusque testamenti precepta absque
contradictione reddebant. Diu vanitates
vigiliis et ieiuniis corpus affligentes
operibus misericordie affluentes parci sibi et austeri
pauperibus autem et infirmis quos dominos suos
appellabant largi et misericordes existebant
panes de pura simila largiebantur in-
firmis residuum vero cum furfure ad usus
suos servabant. Si quis autem inter ipsos
in aliquo delinquebat nullo modo relinque-
batur impunitum ne facilitas venie prebe-
ret incentivum delinquendi. Secundum enim
quod culpe reatus exigebat quosdam
signo crucis a vestimentis avulso tamquam
membra putrida prorsus eiciebantur aliquos
vinculis et carceri mancipabant alios
ad pedes fratrum in terra cibum parcissimum
usque ad condignam satisfactionem sumere
decernebant. Et quia deus erat cum eis
ab omnibus amabantur. Unde factum est
quod in omnem terram christianorum exivit sonus
eorum et in fines orbis terre fama sanctitatis
eorum. Et quia ex omni natione tribu et
lingua post terre sancte liberationem christi
fideles sepulcrum domini visitaturi Jherosolimis
confluebant largitione principum et ele-
mosinis fidelium modico tempore adeo dita-
ti sunt quod ab universis occidentalibus pro-
vinciis copiosos redditus colligentes
castella et opida sibi tamquam terre
principes comparantes dicioni sue subie-
cerunt etc. De religione fratrum
milicie templi capitulum lxv

His ita gestis procedente tempore
cum ex omnibus mundi partibus divi-
tes et pauperes iuvenes et virgines
senes cum iunioribus loca sancta visitaturi Ie-
rosolimam pergerent quidam latrones pre-
dones et raptores et viarum publicarum
predatores in caute peregrinis insidiantes
multos ex ipsis spoliabant quosdam etiam
trucidabant Quidam autem deo amabi-
les et devoti milites caritate fervente
mundo quoque renunciantes et Christi se servicio
mancipantes in manu patriarche Ierosolimi-
tani professione et voto solempni sese as-
trinxerunt ita ut a predictis latronibus et
viris viris sanguinum defenderent peregrino-
rum et stratas publicas custodirent more
Canonicorum regularium in obediencia et ca-
stitate et sine proprio militaturi summo regi
Quorum primi extiterunt viri venera-
biles et deo amabiles et amici dei
Hugo de paganis et Galfridus de
sancto Aldemaro Novem hoc autem tam sancto
proposito non nisi ix fuerunt a principio ta-
libus utentes vestimentis quales eis
in elemosina largiebantur fideles ix
annis fuerunt in habitu seculari Rex autem
et eius milites predictis viris nobilibus
qui omnia pro Christo reliquerunt compa-
cientes una cum domino patriarcha eos de
rebus propriis sustentabant quedam beneficia
et possessiones eisdem pro anima pro remedio
animarum suarum conferentes Et quia non dum
habebant propriam ecclesiam nec certum domicili-
um Dominus rex in quadam parte palla-
cii sui iuxta templum domini eisdem ad
tempus habitaculum concessit Abbas
autem et Canonici templi domini pla-
team quam habebant iuxta regis palla-
cium ad opus officinarum eis tradiderunt

et quia iuxta templum domini mansionem
habuerunt fratres milicie templi postea ut
dictum est sunt appellati Cum autem ix annis ix
in habitu professione et sancta paupertate
commune vitam ducentes concorditer et
quia unius moris in domo domini permansis-
sent Anno gracie Millesimo c xx viijo
de mandato domini Honorii pape et domini
Stephani patriarche Ierosolimitani instituta est
eis regula et albus habitus absque ali-
qua cruce signatus hoc autem factum in
Concilio generali apud Trecas civitate
campanie celebrato sub domino ab
Albanensi episcopo apostolice sedis legato pre-
sentibus Remensi et Senonensi Archiepiscopis
et cisterciensis ordinis abbatibus cum multis
aliis ecclesiarum prelatis post hoc vero
tempore domini Eugenii pape rube-
as cruces vestimentis suis exterius affi-
xerunt vestes albas in signum inno-
cencie deferentes per cruces autem rubeas
martirium designantes eo quod secundum
proprium suum institutum regule sue pro de-
fensione terre sancte effundere sunt pro-
fessi et contra Christi inimicos viriliter ex-
pugnando a christianorum finibus expellere
et ad nutum et mandatum eius qui
preest milicie non impetuose neque
inordinate sed prudenter et cum omni cau-
tela ad prelia procedere primi in progredien-
do in regrediendo postremi nec eis
licitum terga fugienda dare vel sine
mandato redire et quia strenui et
fortes Christi milites tamquam alteri Ma-
chabei de viribus suis non presumentes
sed in virtute divina spem omnem ponen-
tes et in cruce domini nostri Ihesu Christi fiduciam
summam habentes pretereuntes in conspectu

domi corpora sua morti pro Christo exponebant. Dominus cum ipsis et pro ipsis pugnabat. Unde adeo formidabiles facti sunt fidei Christi adversariis quod unus persequebatur mille et duo fugarent decem milia, non quod essent sed ubi inimicus esset. Cum ad arma clamaretur, non gigantes, leones in bello, agni mansueti in domo, in expeditione milites asperi, in ecclesia velut heremite vel monachi, inimicis Christi duri et feroces, Christianis autem benigni et mites. Vexillum bipartitum ex albo et nigro quod nominant Baucent praevium habentes eo quod Christi amicis candidi sunt et benigni, nigri autem et terribiles inimicis. Et quoniam religionis vigor absque districtione discipline non potest observari, viri religiosi et prudentes a principio sibi praecaventes et in posterum providentes transgressiones seu negligentias delinquentium fratrum nullo dissimulationis vel impunitatis pertransire nolunt, sed quantitatem criminum et circumstantias peccatorum cum suspecto ex animo diligenter ponderantes a consortio suo quosdam incorrigibiles eicientes crucem rubeam auferebant, ne morbide capre contagio gregem ovium macularet. Alios autem usque ad condignam satisfactionem ad terram absque mappa cibum capere coram hominibus, ut eis rubor et aliis timor incuteretur, iniungentes, et cum eis etiam ad cumulum majoris confusionis et expiationis canes, si forte cum eis manducaverint, non licet amovere; alios etiam ut a gehennali carcere valeant liberari carceribus et vinculis in perpetuum vel ad tempus prout expedire videbatur incarcerabant. Multis insuper aliis modis prout regule salutaris instituta ad observantiam

regularis discipline et professionis honeste rebelles et contumaces compellebant. Domino etiam patriarche Jerosolimitano a quo etiam professionis principium et vite regularis sumpserunt habuerunt debitam obedientiam et reverentiam humiliter exhibebant, decimas et alias que sunt Dei Deo et que sunt Cesaris Cesari reddentes. Nulli molesti erant, sed ab omnibus propter humilitatem et religionem amabantur. Ex quo factum est quod nomine honestatis eorum et fama sancti quasi cella aromatica redolens per suavitatem odoris diffusa est per mundum universum, et repleta est domus sancte ecclesie ex odore unguenti, et memoria eorum in ore omnium fidelium quasi mellis dulcedine sapiebat.

Virtutes autem et plura eorum et gloriosos de inimicis Christi triumphos enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Milites autem ex universo mundo non solum mediocres, sed et duces et principes eorum exemplo mundi vincula dirumpentes et omnibus pro Christo renuntiantes ad eos confluebant, professionis et religionis eorum esse participes cupientes, pomposa mundi vanitate et carnales delicias a se penitus relegantes et tamquam stercora reputantes, Christi militiam et religionis humilitatem divinitus inspirati devotissime amplexabantur.

Unde modico tempore adeo multiplicati sunt quod in conventu eorum plus quam trecentos equites exceptis servientibus quorum non erat numerus, omnes albis clamidibus indutos haberent. Amplius autem possessionibus tam citra mare quam ultra dilatati sunt in immensum, villas, oppida et civitates exemplo fratrum Hospitalis sancti Johannis possidentes

Ex quibus etiam pecunie summam pro defensione terre sancte summo eorum magistro cuius sedes principalis erat in Iherusalem mittunt annuatim pari modo summo et principali magistro hospitalis sancti Johannis procuratores domorum quos nominant preceptores certam pecunie summam singulis annis transmittunt. Predicti enim hospitalarii fratres ad imitationem fratrum militie templi armis materialibus utentes milites cum servientibus in suo collegio receperunt ut adimpleretur quod dictum est per Ysaiam prophetam dicentem de promotione et statu ecclesie future pona te in superbiam seculorum et item lupus et agnus simul pascentur leo ut bos comedet paleas habitabit lupus cum agno et leopardus cum edo accubabit vitulus et leo et ovis simul morabuntur.

De religione fratrum sancte marie hospitalis teutonicorum in Iherusalem capitulum lxvi

Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur placuit divine providentie predictis duabus domibus habere tertiam ad modum necessariam terre sancte quasi ex predictis duabus domibus composita professione et regulam institutiones fratrum militie templi tam in bello quam in pace prorsus observant. Infirmos et peregrinos et alios miserabiles sicut fratres hospitalarii sancti Johannis in hospitali suo quod dicitur sancte Marie Theutonicorum in Iherusalem receperunt eisque cum omni devotione et pietate sufficienter necessaria ministrantes domino patriarche et aliis ecclesiarum prelatis similiter obedientes. Decimas autem integras ex omnibus bonis que possident secundum quod exigit ordo iuris et divina institutione reddentes ecclesiarum prelatos non molestant. Hii autem et quasi de modico et tenui fonte principium sumentes in magnum flumen excreverunt beata Maria virgine eorum advocata cui cum omni humilitate et devotione deserviunt, eos tam in bonis spiritualibus quam in temporalibus subsidiis promovente et incrementum largiente. Cum enim civitas sancta post predictam eius liberationem habitaretur a christianis et multi ex Theutonicis et Alemannis causa peregrinationis pergentes Iherusalem linguam civitatis ignorarent, inspiravit divina clementia cuidam honesto et religioso viro Theutonico qui in civitate cum uxore sua morabatur, quatenus quoddam xenodochium de bonis suis construeret in quo pauperibus et infirmis Theutonicis hospitale exhiberet. Confluentibus autem ad ipsum omne commorantibus lingue et noti sibi ydiomatis de gente illa pauperibus peregrinis, de consensu et voluntate domini patriarche quoddam composuit oratorium iuxta predictum hospitale in honore beate dei genitricis Marie. Longo autem tempore in magna paupertate tam de bonis suis quam ex hiis que colligebat de fidelium elemosinis infirmos pauperes procurabat. Quidam autem et maxime de gente Theutonicorum predicti viri caritatem et meritum attendentes omnibus pro christo renuntiantes se et sua deo et predicto hospitali tradiderunt ministerio pauperum deposito habitu seculari voto se astringentes. Procedente autem tempore quia non solum ex inferioribus sed de equestri ordine et de nobilibus Alemannie viris deo devotis hospitali predicto

voto se obligassent voluntariam paup-
tatem et abiectionem in domo dei
magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum eligentes visum est eis et gra-
tum deo esse et acceptum, et magis
meritorium non solum pauperibus et infir-
mis servire sed insuper animas pro Christo ponere
et ab inimicis fidei christiane terram sanctam
defendendo Christo tam spiritualiter quam cor-
poraliter militare. Unde sicut predictum
est regulam et instituta fratrum
milicie templi ita susceperunt, quod opera
pietatis et deo amabilem hospitali-
tatem non reliquerunt sicut animalia sancta
habentes faciem hominis pariter et leo-
nis utrumque suum, ita religiose et
diligenter adimplentes, quod dei et ho-
minum promeruerunt graciam et favorem
ad differenciam aliorum vestes nigras cla-
midibus assumentes, et quamdiu usque ad tempora
presencia in humilitate et fervore religio-
nis permanserunt. Auferat dominus ab eis
superbiam et avariciam littigiosas et so-
licitudine amplas et religionem divi-
cias inimicas. Quid enim prodest homini
si universum mundum lucraverit anime
autem sue detrimentum paciatur. De
hiis qui de Italia Alemania et
Francia et de aliis partibus occidentis
in terra sancta commorantur. lxvii

Multis postea viris regularibus
et religiosis anachoritis
monachis Canonicis sanctimo-
nialibus et inclusis virginibus de di-
tatis viduis castis et sanctis terra sancta
velut paradisus voluptatis florebat
et tamquam ex rosis liliis et violis
odorem suavitatis spirabat. Benedixit
enim dominus terre benignitatis sue

unde adeo pinguescebat speciosa de-
serti quod ubi prius serpentes et dracones
habitabant oriebatur viror et iunci
licet enim ad presens in modico deliquerit
eam deus in miseracionibus magnis fili-
os eius congregavit ex variis gentibus
hominum et diversis linguis et nacionibus
universam terram sanctam reddidit populosam
ita quod illud propheticum in ea videtur imple-
tum, filii tui de longe venient etc. Vi-
debat autem et affluebat mirabatur et
dilatabatur cor eius quando conversa fuisset
ad eam multitudo maris et maxime Ja-
nuenses veneti et pisani et fortitudo
gencium venisset ei presertim de Francie
Alemanie partibus homines bellicosi
Hii in maiori fortiores illi potenciores
in terra hii marinis plus aptiores u-
su et exercitacione in aquis promptiores
ad pugnandum illi in terra probiores
et ad bella doctissimi et in equestri
exercitu gladio et lancea magis stre-
nui ad preliandum hii in galeis
mediocres illi iniquis prevalentes.
Homines siquidem Ytalici graviores et
maturi, prudentes et compositivi in
cibo parci in potu sobrii in verbis
ornati et perlati in consiliis circumspecti
in re sua publica procuranda diligen-
tes et studiosi. tenaces et sibi in po-
sterum vel providentes. aliis subici re-
nuentes. et ante omnia libertatem
sibi defendentes. sub uno quem eli-
gunt capitaneo communitatis sue iura
et instituta dictantes. et firmiter
observantes terre sancte valde sunt necessarii
non solum in preliando sed in navali
exercitio in mercimoniis peregrinis et
victualibus deportandis Et quia

in cibo et potu modesti sunt. diuicius
in orientali regione viuunt quam alie occi-
dentales regiones. Alemanni autem
et Francigene Anglici et alii transmon-
tani minus compositi et magis impe-
tuosi minus circumspecti in agendis in verbo
minus cauti in cibis et potibus magis
superflui in exemplo magis profusi
in consiliis festini et minus prouidi.
In ecclesia deuoti in elemosinis et a-
liis operibus misericordie feruentiores in pre-
liis animosiores ad defensionem terre
sancte quam plurimum sunt vtiles et valde
formidabiles Sarracenis. Tercium tamen
genus quorundam eorum lenitate et intemperan-
cia filii Heraldi Appollanis ap-
pellantur. Appollani autem dicuntur qui
post predictam terre sancte liberationem ex ea
oriundi extiterunt. vel quia recentes
et noui quasi pulli respectu Surianorum
reputati sunt. vel quia principaliter
de gente Apulie matres secundum car-
nem habuerunt. Cum enim in occidentalium
principum exercitu paucas mulieres respectu
virorum adduxissent illi qui in terra
sancta remanserunt de regno Apulie
eo quod propinquius esset aliis regionibus vo-
cantes mulieres cum eis matrimonia
contraxerunt. Sunt preterea in predicta
terra sancta plures alie nationes varios
ritus habentes in cultu diuino. et in
religionibus valde a se inuicem dissi-
dentes Suriani videlicet et Greci
Jacobite Maronite et Nestoriani
Armeni et Georgiani negotiationi-
bus et agriculture et aliis commodita-
tibus non modicum necessarii terrestres
seminantes agros et plantantes vineas
et facientes fructus natiuitatis

De prosperitate et fertilitate terre sancte cum dyalogismo capitulum lxxviii

Rorem igitur celis de super rorantibus dominus dedit benignitatem
et terra sancta dedit fructum suum
et prout letancium omnium habitatio esset
in ea et esset canticum populo domini sicut
nox sanctificate solempnitatis. et leta-
bantur coram domino sicut letantur in
messe sicut exultant victores capta
preda. quando diuidunt spolia ex omni
parte mundi confluebant. Cortina cortinam
trahebat et qui audiebat dicebat ve-
nite ascendamus ad montem domini et ad
domum dei Jacob. Visitauit enim dominus
terram suam et inebriauit eam multipli-
cauit locupletauit eam. Non solum autem
de Saba sed de vniuersis mundi partibus veniebant
Aurum et thus in Jerusalem deferentes et
laudem domino annunciantes et erat sepul-
crum eius gloriosum adeo quod ad litte-
ram videtur completum illud Ysaye
Erit preparatus mons domus domini in vertice
montium etc. Et illud quod legitur in
Thobia de Jerusalem luce splendida fulge-
bis et omnes fines terre adorabunt te. Nationes
ex longinquo ad te venient munera
deferentes adorabunt dominum iuxta illud
etiam quod tempore Iudeorum peccatis eorum
exigentibus dominus non compleuit. tunc
deinde videbatur impletum scilicet quod dicitur
in Deuteronomii Omnis locus quem
calcauerit pes vester vester erit a de-
serto et libano et flumine magno Eufra-
te vsque ad mare occidentale erunt
termini vestri. Cum igitur predicta domini promis-
sa vsque ad extremum terre propagaret sua-
uitate odoris serpens antiquus inuido

venenosus spuam gentis inimicus, odore
bonum diu sustinere non valens. videns
et invidens tantam in partibus orientis
dextere excelsi mutatione. ecclesiam scilicet
scilicet dilatari cultum divinum ampliari in-
fideles confundi, xpianos exaltari
immovari signa, innitari mirabilia, igne
desuper in sancto sabbato pasche, in ecclesia
dominice resurrectionis descendere. populum de-
votissime accurrere. dei gloriam predicare
et eius magnalia attollere, infideles e-
rubescere. fideles in domino gaudere, tanto
lumine obtenebratus. et quasi letali vul-
nere militie sue inimicus sanciatus. cepit
mille modis cogitare, et variis machi-
nationibus procurare, qualiter venenum
invidie latentem possit infundere vine-
am domini demoliri et in agro domini
zizania dormientibus pastoribus super-
seminare etc.

De corruptione terre sancte per habitatores irreligiosos capitulum lxix

Cum igitur a principio in locis
aridis et in aquosis primis
scilicet peregrinis adhuc pauperibus
et multis laboribus confectis et attenu-
atis requiem non invenisset. Demum in-
venit domum vacantem scopis mundatam
homines scilicet otio vacantes et iam secure
habitantes. a fructu frumenti vini et olei
multiplicatos et bonis temporalibus
supra modum refertos. Assumens septem
spiritus nequiores se et ad vii. videlicet prin-
cipalibus vitiis et multitudine nequioribus
quibus prius introivit et facta sunt novissima
peiora prioribus dum voluntatibus iteratis
a facie insipientie putruerunt et cor-
rupte sunt civitates eorum Impinguati
ti sunt enim incrassati dilatati recal-
citraverunt et ex adipe divitiarum et
deliciarum prodiit iniquitas hominum insi-
pientium et malorum Saturavit enim eos
dominus et mechati sunt. et in domibus
meretricum luxuriabantur Tamquam aqua
effusi sunt et post concupiscentias suas abi-
erunt Non sunt transfusi de vase in vas
requiem in fecibus suis, tamquam iumenta
in suis stercoribus putrescentes. equi emis-
sarii facti sunt unusquisque ad uxorem
proximi sui hinniebat. supercecidit ignis et
non viderunt solem oculos suos statuerunt decli-
nare in terram superbi. elati. inflati contume-
liosi. seditiosi invicem mordentes. invicem
provocantes. invicem invidentes. invicem detra-
hentes inter fratres discordias seminantes
maliciosi sortilegi et sacrilegi incan-
tatores
malivoli et iniqui desidia et ignavia
torpentes. avaritia insatiabiles crapula
et ebrietate pregravati, luxuria et immun-
dicia fetidi, fures. raptores. homicide viri
sanguinum et proditores. parentibus et ma-
ioribus seu prelatis suis non obedientes
insipientes et incompositi. sine affectione
absque federe. sine misericordia. et ut propheticis
utar eloquiis maledictum et mendacium. ho-
micidium. furtum et adulterium inundaverunt
et sanguis sanguinem tetigit. ideo dila-
tavit infernus animam suam absque ullo ter-
mino et singulis criminibus et vitiis. singula
hospitia preparavit et infinita multiplicat
tormenta, adeo autem omnis congregatio hominum
impiorum intenta erat ad malum omni
tempore et corrupverat viam suam super
terram adeo virtus omnis et religionis
honestas emarcuerat et multorum refri-
gescente caritate, filius hominis fidem in
terra non inveniebat quia vix aliquis re-
periebatur qui inter sacrum et prophanum
haberet distantiam vel a vili preciosum

superaverunt. Omnes enim in principio et confusione
ferebantur a planta pedis usque ad
verticem non inveniebatur sanitas in eis et
erat sicut populus sic et sacerdos etc.

De corruptione prelatorum et cleri lxx

Ve enim a sanctuario domini incipiant
postquam omnis pene mundus in ele-
mosinis et oblationibus et variis
muneribus ecclesiarum prelatos et personas regula-
ribus factus esset tributarius pastores semet-
ipsos pascentes. lanam et lac de ovibus que-
rentes de animabus autem penitus non curantes
quinymo perditionis exempla in subiectos
transmittentes. vacce pingues in monte
Samarie facti sunt de Christi paupertate divi-
tes. de eius humilitate superbi. de illius
ignominia gloriosi. de primonio crucifixi:
impinguati, incrassati. dilatati, cum
tamen dixerit dominus Petro pasce oves
meas, nunquam autem tonde oves meas
ipsum dixisse reperimus. Omnes enim que sua sunt
querentes, non que Iesu Christi, facti sunt
ceci duces cecorum canes muti non valen-
tes latrare, domum domini pompatice
ingredientes. clavem sciencie habentes, ipsi
tamen nec introibant nec intrare sinebant
lepra autem Giezi miserabiliter respersi ca-
thedras vendencium et columpnas et
nummulariorum mensas quas dominus evertit
Christi pessimi in ecclesia erigebant dicentes
cum Iuda proditore Quid michi vultis da-
re etc. Omnes autem diligebant munera
sequebantur retributiones Relinquentes claves
Symonis Petro et archas Symoni mago
tradentes et defluentes ad luxum multiplici
et ocio turpi marcentes, non solum de mi-
cis que cadebant de mensa domini sed nec de
panibus integris et de cibis delicatis
pascebant catulos suos de temporibus

continuis ipsi temporales turpiter proturarent

De regularibus irregulariter viventibus capitulum lxx primum

Regulares autem postquam venerunt
divicias infecti amplius possessi-
onibus super modum excreverunt
contemptis superioribus suis diversi petentes
vincula eorum. et proicientes a se iugum
ipsorum, non solum clericis et ecclesiasticis viris
molesti facti sunt, sed ipsi invicem invide-
tes et invicem detrahentes non sine gravi
scandalo tocius christianitatis usque ad apertas
contumelias. et odia manifesta et fre-
quenter usque ad conflictus et violencias et pu-
gnas non solum verbales, sed verberum plerumque
procedebant Postquam enim turrim Babel
edificare ceperunt, confusis et divisis
linguis a se invicem discedentes non solum
inter se discordabant, sed et partes sibi faci-
entes inter alios discordias seminabant
Multi tamen ex ipsis melius affecti vi-
ri iusti et timorati, quantum eis ex tali tem-
pestate licebat, regulam salutarem et sanctas
ordinis institutiones observantes, tamquam
granum inter paleas, et lilium inter spinas puncti
ti et compuncti et vehementi cordis do-
lore intrinsecus graviter sauciati, non abierunt
in consilio impiorum, et in via peccatorum
non steterunt, nec sederunt in cathedra pe-
stilencie, adeo tamen iniquorum et de-
terius affectorum prevaluit impietas et
superhabundavit iniquitas, quod frequenter
a prelatis interdictos vel anathematis
vinculo nominatim et personaliter. specialiter
innodatos ipsi ad divina recipere non
timebant, et qui cum gaudentibus
gaudere, et cum flentibus flere debuerunt
de aliis lugentibus soli letabantur

Et ipsi hec ecclesiastice discipline rigore
distructionis annuato seculares et pestilentes
homines prelatorum suorum sententias et spiritualem
gladium iusticie terribilem vilipendentes con-
tempnebant Abbates enim et priores et
monachi et eorum mercenarii et miserabiles
capellani timore domini prorsus falcem
suam in messem alienam mittere non
formidabant clandestinis matrimoniis
personas fugitivas et illegittimas co-
pulantes Infirmos causa cupiditatis
non causa pietatis visitantes et eisdem
contradicentibus propriis pastoribus sacramenta
ministrantes ligantes et solventes contra
deum et statuta sanctorum canonum animas
quarum cura ad ipsos non pertinebat
Cum tamen dicat Apostolus Tu qui es
qui iudicas alienum servum Mortuos
aut prelatis eorum contradicentibus passim ad
sepulturam admittebant Ius parochiale
sibi usurpantes Monachorum enim officium
est plangere et orare non sacramenta lay-
cis ministrare Non solum autem monachi sed et
ipse moniales superioribus suis inobedi-
entes excusso discipline iugo de clau-
stris exibant tamquam lapides sanc-
tuarii in capite omnium platearum dispersi
publica balnea cum personis secularibus
irreligiose frequentantes Verum hec supra-
dicta memoravimus ut precedencium crimina
subsequentibus et hiis qui presentis sunt
temporis imputemus sed ut ipsi manus suas
levantes in sanguine peccatorum discant bonos
imitari malos autem detestari et reprobare
discant humiliari cum Christo et eius am-
plecti paupertatem puritatem et caritatem

et non solum habitu exteriori mundo
renunciantes in paciencia sua possideant
animas suas

De hiis qui pullani nominantur capitulum lxx secundum

Inter laycos et personas seculares quan-
to maiores et potentiores extiterunt
tanto periculosius vias suas corrupe-
runt Generatio enim prava atque perversa
filii scelerati et degeneres homines cor-
rupti et legis divine prevaricatores ex su-
pradictis peregrinis viris religiosis deo
acceptis et hominibus grossis tamquam fex
ex vino et amurca ex oleo et solium et
rubigo ex argento procedentes et pat-
ruis possessionibus sed non moribus successerunt
bonis temporalibus abutentes que parentes
eorum ad honorem dei contra impios stre-
nue dimicantes proprii sanguinis effusi-
one sunt adepti Isti filii autem eorum qui
pullani nominantur in deliciis enutriti
molles et effeminati balneis plus
quam preliis assueti immundicie et lu-
xurie dediti more mulierum mollibus
induti ornati et compositi ut
similitudo templi quam desides et igna-
vos quam pusillanimes et timidos
contra inimicos Christi se exhibent Ne-
mo dubitat qui quantum a Saracenis
parvipendantur non ignorat Unde cum
coram predictis patribus eorum licet ad
modicum paucis Saracenorum multitudo
tamquam a facie tonitrui trepidaret
istorum inerciam nisi Francos et occi-
dentales populos secum habeant plusquam
sexum femineum non formidant Ipsi
autem cum Saracenis ineuntes et ini-
micorum Christi pace gaudentes a

se aut invicem ex causa facili dissiden-
tes lites et iurgia et bella civilia inter
se concitantes et plurimum ab inimicis fidei
tere contra xpianos auxilium postulantes
vires et expensas quas ad honorem
dei in paganos convertere debuissent in ma-
iorem xpianitatis detrimentum inter se
consumere non erubescunt. Vitiis autem
compositis ita metus proprium palliare
didicerunt foliis pulcerrimis sine fruc-
tu velut steriles salices cooperti et
ornati quod qui eos per experientiam non
noverunt vix eorum in corde et corde dis-
simulationes loquentium possunt comprehendere
et fallacias devitare. Uxores vero suas
homines suspitiosi et zelotipie spiritu
concitati sub arta custodia recludentes
ita studiose et sollicite custodiunt quod
fratribus eorum et cognatis quantumcumque
propinquis vix ad ipsas patet introitus.
Ecclesias autem et processiones et divini
verbi salutiferas predicationes et alia
quelibet ad salutem animarum pertinentia ipsis
adeo interdicunt quod vix semel in anno
licet eas ecclesias visitare. Quidam
autem ter in ebdomada exire ad bal-
nea sub diligenti custodia suis conce-
dunt uxoribus. Hii autem qui inter ipsos
ditiores et potentiores sunt ut appa-
reant xpiani et aliquam habeant
excusationem iuxta lectulos uxorum
suarum erigi faciunt altaria per quosdam
miseros capellanos et imperitos
presbiteriolos sibi missas celebrari pro-
curantes. Quanto vero pullanorum
uxores artius recludunt tanto

studiosius mille artibus et machina-
tionibus infinitis foramina reperire sata-
gunt et inter sortilegiis et malefi-
ciis et abhominationibus innumeris a Suri-
anis et Saracenis mulieribus supra modum
et incredibiliter sunt instructe. Hiis vero
qui de remotis et longinquis regionibus
causa devotionis et ad eorum subsidium
advenerunt peregrinis cum laboribus maxi-
mis et intollerabilibus expensis se et
sua domino offerentes non solum ingrati
sed multipliciter molesti existunt. Mallent
enim otio semper torpere et desideriis car-
nalibus satisfacere quam ruptis et deficien-
tibus treugiis conflictum cum Saracenis
habere. Postquam autem in hospitiorum immode-
rato pretio et in monetis et cambio
aliisque multis modis negotiationibus emun-
gentes et depauperantes peregrinos in
immensum ditati sunt tunc demum xpi
pugiles pro xpo exulantes contemptui
et derisui et contumeliis habentes multis
iniuriis affligunt filios Hernaldi tan-
quam fatuos et ydiotas eos appellantes. et
quod forte iudicandi sunt eisdem quibus ...
debuerant frequenter imprecantur. Tanta
et longe deterior est horum reproborum
perversa malitia et malitiosa perversitas
qui letantur cum male fecerint et
quorum opera tenebrarum reservata est
in eternum. Ducunt enim in bono dies suos
sed in puncto ad inferni novissima descen-
dunt. Quemadmodum autem malitiam impi-
orum detestantur etc. quod dicit propheta
vidi prevaricantes et tabescebam etc. Et
item perfecto odio oderam illos inimici facti
sunt mihi. ita bonos ut qui sint inter eos
in domo comedam. Si igitur aliquis

ipse hec predicta tractatur michi de scripto
quod huiusmodi sit videbit confiteri De

De Ianuensibus Pisanis et Venetis capitulum lxx ~~quartum~~ tercium

Illi autem qui de Ianuensium Pisanorum
et Venetorum preclaris civitatibus et de
aliis Italie partibus in Siria commoran-
tibus quorum patres et predecessores de
inimicis Christi gloriose triumphantes immortale
nomen et eternam coronam sibi acquisierunt
valde formidabiles existerent Saracenis
si cessante invidia et insaciabili a-
varicia pugnas et immortales discordias
inter se non haberent Cum autem frequencius
et libencius contra se invicem quam contra
perfidam gentem paganorum preliantur ne-
gociacionibus suis et mercimoniis
plus quam Christi preliis implicantur bellisi-
tant et periculos reddunt inimicos nostros
qui parentes eorum viros strennuos et
pugnatores quondam maxime formida-
bant

De Surianis capitulum lxxiiii

Sunt alii homines a diebus
antiquis sub diversis dominis
in terra sancta commorantes sub Ro-
manis Grecis Latinis et Barbaris
Saracenis et christianis variis subal-
ternis longo tempore iugum passi sun-
tque ubique servi semper tributarii ad
usus agriculture et ad alias inferio-
res necessitates a dominis suis reser-
vati prorsus imbelles et preliis inu-
tiles velut mulieres exceptis quibus-
dam qui inermes et ad fugam ex-
pediti arcubus et sagittis tantum utuntur
Hii Suriani nuncupantur vel a civi-
tate dicta Sur que inter Syrie civi-
tates magnam a priscis temporibus ob-
tinet preeminenciam vel a Syria
que nunc corrupta in v Suriam dicitur Cum in
in scripturis antiquis Syri nominantur Sunt
autem ex magna parte infideles duplices
et more Grecorum velut vulpes dolosi
mendaces et inconstantes amici fortune
proditores et qui ad munera facile incli-
nantur aliud in ore aliud in corde habentes
furtum et rapinam pro nichilo reputantes
secreta christianorum pro modico precio facti
exploratores intimant Saracenis inter
quos nutriti sunt Cum quorum eciam
lingua libencius utuntur quam alia et
quorum mores perversos ex parte magna
imitantur Commixti sunt enim inter
eos et didicerunt opera eorum uxores
suas more Saracenorum recludentes
et tam ipsas quam alias filias suas lin-
teaminibus undique ne videri possint in-
volventes Barbas sicut Saraceni
Greci et sicut fere omnes orientales
non radunt Sed eas cum magna
diligencia nutrientes in ipsis quam plurimum
gloriantur virilitatis signum vultus ho-
minis auctorem et gloriam ipsam habentes
barbam reputantes Sicut enim apud
Latinos eunuchi qui barba penitus
carent irridentur et quasi effeminati
censentur ita ipsi pro summo habent
obprobrio non solum si barbe radantur
sed eciam si unus ab eis pilus extrahatur
Unde nuncii David quibus Naas rex
Ammonitarum in contemptum David
dimidias barbas rasit aliam partem
radere noluerunt sed absconderunt se in
Iericho donec barbarum recuperassent
honorem Unde cum comes Edessanus
Baldwinus more orientalium barbam
nutrisset eo quod filiam ducis nobilis
Armenie natione sed Greci fide nomine
Gabrielis in uxorem duxisset ut

a socio suo diuite ipse possit pauper pecuniam extorquere dixit ei quod necessitate coactus barbam suam pro magna summa pecunie quibusdam creditoribus suis obligasset At ille dolens et admirans valde obprobrium perpetuum filie sue et generis sui cupiens euitare xxxta milia bisantinorum hac condicione dedit illi quod deceteris nulla paupertate compellente nullo casu contingente barbam suam presumeret obligare Vtuntur autem Suriani in sermone vulgari littera et scriptura et lingua Saracenica in contractibus eorum et negotiacionibus et in omnibus aliis exceptis diuinis scripturis et aliis spiritualibus in quibus littera greca vtuntur Vnde in diuinis officiis laici eorum qui non nisi linguam Saracenicam nouerunt eos non intelligunt Cum tamen greci qui eadem lingua in vulgari et in scripturis vtuntur sacerdotes suos in ecclesiis et in litterali sermone quem idem est in vulgari intelligunt Consuetudines et et instituciones grecorum in diuinis officiis et in aliis spiritualibus Suriani penitus obseruant et eis tamquam superioribus suis obediunt latinorum autem prelatis in quorum diocesibus commorantur non corde sed ore tantum et superficialiter se dicunt obedire timore scilicet secularium dominorum habent enim proprios episcopos grecos nec latinorum excommunicationes vel alias quascumque sententias in aliquo formidarent nisi ex eorum communione in contractibus et aliis necessitatibus laici nostri se subtraherent Dicunt enim inter se quod latini omnes excommunicati sunt unde non possunt aliquos aliqua sententia innodare

In niceno enim concilio quod vnum ex quatuor principalibus conciliis que ab ecclesia tamquam quatuor ewangelia sine retractione recipiuntur in quo trecenti et xxti quatuor fuerunt episcopi inter alia multa dictum fuit et determinatum spiritum sanctum a patre procedere et in fine omnes qui predicto concilio adhererent vel subtraherent anathematis construxerunt licet autem expressum fuerit quod a patre spiritus sanctus procedat non tamen ipsum et a filio procedere negauerunt Multa enim a principio expressa fuerunt que postea propter remouendos errores a sanctis subsequentibus determinata et declarata fuerunt unde ubi greci habent in simbolo et in spiritum sanctum dominum et viuificantem qui ex patre procedit latini dicunt expressius Qui ex patre filioque procedit Sicut ubi greci dicunt spiritus sanctus a patre non factus non creatus nec genitus sed procedens latini addiderunt Spiritus sanctus a patre et filio non tamen aliud sed quod contrarium addiderunt Sic enim predicta sententia intelligitur et est data contra illos qui contrarium addidissent Quemadmodum Paulus in epistola ad Galathas ait si quis vobis aliud ewangelisauerit preter id quod accepistis anathema sit Certum est autem quod multa alia quam ewangelisauit Paulus ewangelisata sunt a sanctis sed non contraria Sic enim huiusmodi prohibitiones intelligende sunt Vnde tam greci quam Suriani occasione simboli quod in nicena sinodo composuerunt sancti patres miserabiliter decepti negant a filio procedere spiritum sanctum Cum tamen dominus ihesus insuflans in discipulos et dicens Accipite spiritum sanctum manifeste ostenderit ipsum

spiritus spiritum sanctum et quod ab ipso sicut a
patre procedit sicut nexus et amor am-
borum unde ipse in ewangelio dicit Ego no-
vi virtutem de me exisse virtute enim spiri-
tus sancti ab eo exeunte seu procedente sana-
ta fuit mulier que vestimenti eius fimbriam
tetigerat Cum enim ipse ad patrem dixit
Omnia mea tua sunt et omnia tua mea
sunt patet quod sicut spiritus sanctus est patris
ita est et filii Quemadmodum dicit
beatus paulus apostolus Misit deus spiritum
filii sui in corda vestra in quo clamamus ab-
ba pater et beatus johannes in canonica de
christo unctio eius docet nos de omnibus
et item unctio quam accepistis ab eo
maneat in nobis Ex quibus aperte patet
quod spiritus sanctus sive unctio quod idem est
sicut est patris ita est filii spiritus et sicut
pater mittit eum ita filius mittat
spiritum ipso testante qui ait Cum assump-
tus fuero a vobis eum mittam ad vos
Et ita spiritus sanctus communis est duarum per-
sonarum ab utraque procedens Fluvius igneus
et rapidus ait daniel egrediebatur
a facie eius Propter hoc omnes latini spiritum
sanctum a filio sicut a patre procedere confitentur
Ita qui sapienciores sunt inter grecos
eandem sententiam non negant licet formam
verborum non recipiant eo quod nusquam aperte
per talem formam verborum spiritus procedit
a filio reperiant Cum igitur tam greci
quam suriani ut predictum est omnes la-
tinos excommunicatos reputent altaria sua
que latini celebraverunt divina postquam
in ipsis celebrant ablue ablue con-
perunt Sacramentis etiam nostris nullam
exhibent reverenciam et honorem nec
assurgere volunt quando corpus domini
ad visitandos infirmos in deferunt

sacerdotes Cum autem romana ecclesia
et omnes occidentales ad imitationem
domini ex azimo pane sacramenta conficiant
dominus enim postquam secundum ritum judeorum cum
azimis agnum manducaverat pascalem pane quem
verbo in cena in corpus suum convertit ipsi
contra ex fermentato pane conficiunt sacra-
menta Expurgato enim fermento veteri
malicie et nequicie in azimis sinceritatis
et veritatis nos instruunt epulari
Sed et in multis aliis sancte et summe
romane ecclesie a qua propria auctoritate
recesserunt ipsi scismatici contradicunt
contra dei dispositionem qui romanam
civitatem tocius mundi metropolim et
capitaneam sicut in temporalibus omnibus preerat
ita in spiritualibus universis fidelibus voluit
preesse Cephas enim quod simpliciter
caput interpretatur id est petrus tocius mundi
caput est a domino constitutus dicente
domino absque aliquorum exceptione quodcum-
que ligaveris super terram etc. Et iterum
Pasce oves meas Non dixit tantum
latinos vel occidentales sed simpliciter
oves meas ut esset unum ovile et
unus pastor Patet ergo tamen super hanc
petram pro qua dominus rogavit ut
non deficeret fides eius per christum edifi-
cata sit et fundata christi ecclesia quod
qui ab ecclesia romana recedunt quasi
absque fundamento edificant in vanum
laborantes et et adeo qui a domino
cephas vocatus est separati a cephali et
monstruosi homines merito sunt repu-
tandi Quartas nuptias suriani
sicut et greci non admittunt Sacerdotes
autem eorum et dyaconi licet in predictis
ordinibus matrimonia non contrahant
utuntur tamen uxoribus cum quibus ante
sacros ordines contraxerunt Subdyaco-

natu vero sacrum ordinem non reputant
parvuli eorum statim post baptismum a simpli-
cibus sacerdotibus in frontibus crismate con-
signantur quod non est concessum vel licitum
apud latinos nisi episcopis et suffraganeis eorum
locum in ecclesia dei obtinent apostolorum per impo-
sitionem enim manuum apostolorum spiritus sanctus
ad robur et confirmationem conferebatur
Cuius impositionis manuum locum predictum
obtinet sacramentum. Diem sabbati a
deo solempne reputant quod non licet ali-
cui eorum in sabbato ieiunare excepto:
tantum uno sabbato sancto pasche solempniter
aut sicut in die dominico in sabbato divina
celebrant et carnes in eo manducantes
more iudeorum epulantur splendide. Hec
vero solempnis observatio a latinis re-
probata est ne iudeisare videantur. Sequitur

De Jacobinis capitulum lxx quintum

Sunt preterea in terra sancta et in
aliis partibus orientalibus alie
barbare nationes a grecis
et latinis in multis dissidentes quorum
alios Jacobitas appellant a quodam
magistro suo dicto Jacob cuiusdam alexan-
drini patriarche discipulo. Hii a multis tam
tribus a Constantinopolitano patriarcha
dioscoro excommunicati et ab ecclesia grecorum
sequestrati. maiorem partem Asye et
totius tractus orientalis inhab
inhabitant tamen quidam inter Sarracenos
. alii autem per se absque infidelium consortio
occupaverunt regiones scilicet Nubiam que
contigua est Egipto et magnam Ethi-
opie partem et omnes regiones usque in
Indiam plus quam xl regna ut asserunt
continentes. Omnes vero christiani sunt
a beato Matthia apostolo et aliis apostolicis
viris ad fidem christi conversi sed postea
inimico superseminante zizania lamentabili
et miserabili errore longo tempore ob-
tenebrati. parvulos suos in utroque sexu
more Sarracenorum ex maiori parte circumcida-
tes non prudent attendunt quod baptismi
gratia superveniens carnis evacuavit:
circumcisionem. quemadmodum fructu ad-
veniente flores decidunt et marces-
cunt. unde et beatus paulus ad Galathas
sic ait. Circumcidamini vobis nichil pro-
derit. et item Testificor testificor enim
homini circumcidenti se quoniam debitor univer-
se legis est faciende Evacuati estis
a christo qui in lege iustificamini a gratia
excidistis. Alius autem error ipsorum est
non minor predicto. quia confessiones peccatorum
suorum non sacerdotibus sed soli deo faciunt
et latenter ponentes thuris incensa iuxta se in
igne tamquam cum fumo peccata sua coram
domino ascendant. Errant miseri non
intelligentes scripturas pereunt et ex
defectu doctrine vulnera sua medicis
spiritualibus abscondentes quorum est inter
lepram et lepram discernere et peccatorum
circumstancias pensando penitencias iniungere
. et claves sibi traditas ligare et
solvere et pro confitentibus sibi spiritualiter
orare unde dominus in Ewangelio ait le-
prosis. ostendite vos sacerdotibus et
de beato Johanne baptista legimus
quia baptisabat ab eo confitentes
peccata sua. Erubescentia enim et pudo-
ris anxietas et confitentis humilitas
maxima pars est penitencie. peccatores
autem ad peccandum efficiuntur qui tur-
pitudines suas hominibus non estimant
revelandas cum scriptum sit. Qui
abscondit peccata sua non dirigetur. qui
autem reliquerit et confessus fuerit

unam consequenter Tertius error est
predictorum Jacobitarum seu Jacobinorum
et ignorantia crassa et cecis tenebris pal-
pabiles. quia plures eorum ante bap-
tismum paruulos suos cum ferro calido ad-
urentes. et signantes in frontibus im-
primunt cauterium / alii autem in modum crucis
in ambabus genis seu timporibus infan-
tes suos signant prius putantes eos
per ignem materia materiale expiari:
eo quod in ewangelio Mathei scriptum est quod
beatus Johannes baptista de christo dixit
Ipse vos baptisabit in spiritu sancto et
igne Cum tamen omnibus fidelibus li-
queat. quod in igne spirituali .i. spiritu sancto
fiat remissio peccatorum et non in igne
visibili vnde dominus frequenter in prophetis
arguit filios Israel. eisdem terribiliter com-
minando. eo quod more gentilium filios
suos offerebant et traducebant per ignem. ait
enim dominus in Deutro. per moysen prophetam
Caue ne imitari velis abhominationem
illarum gentium. nec inveniatur in te qui
lustret filium suum vel filiam inducens
per ignem. et constat omnibus christianis
quod dominus noster vel eius apostoli. seu aliqui
patres sancti huiusmodi consuetudinem in
ecclesia non reliquerunt. neque tales adust-
iones. qui fieri mandauerunt. Horum
vero. qui inter Sarracenos commorantur
tam Jacobitarum quam inter Surianorum
in brachiis cruces ex calido ferro impres-
sas aspeximus. ipsi etiam ad paganorum
distinctionem et ob sancte crucis reuerentiam
eas caractere sibi imprimi asserebant
Cum autem a grecis et Surianis
diligenter inquireremus. ob quam causam
Jacobitas detestarentur et eos ejec-
issent a consortio suo habent esse

causam precipuam asserebant quod indampna-
tam et pessimam heresim incidissent
vnam naturam tantum credentes admodum vnam
personam in christo esse asserentes huiusmodi.
enim heresim in concilio Calcedonensi excom-
municati sunt et condempnati. quorum
quidem prius asserebant christum per humana
assumptione non ex duabus naturis existere
sed solum in eo diuinam naturam permanere
Quem errorem introduxit Euticius con-
stantinopolitanus abbas. alius autem
ex duabus naturis vnam in christo asserunt
naturam / quidam episcopus Alexandrinus The-
odosius scilicet et Galanius huius erroris
extiterunt auctores Constat autem quod
secundum naturam humanitatis dominus ihesus christus
esuriuit. et sitiuit et alias necessitates
sustinuit. mortem etiam in cruce pertulit
secundum naturam vero diuinitatis mortuos
suscitauit. et alias virtutes operatus est
secundum quam ipse de se dixit Antequam
Abraham fieret ego sum / et iterum
Ego principium qui et loquor vobis
et rursus Ego et pater vnum sumus
Secundum autem humanam naturam idem
ait / pater maior me est. et iterum
de calice transferendo non sicut ego vo-
lo. sed sicut tu vis Cum autem dilige-
tissime a predictis Jacobinis inqui-
sissem. vtrum vnam tantum in christo naturam
affirmarent. ipsi nescio si timore vel
alia racione dicti negauerunt Cum autem
quererem. quare vno tantum digitto se
signarent / respondebat quod vnitate
digitti vna diuina essentia. tribus
autem partibus trinitatem designabat.
In nomine trinitatis et vnitatis signa-
culo crucis sepe munientes Greci tamen
et Surianis eis obiciebat quod propter
vnitatem nature quam in christo credebat

vno digitto tantum se signarent
Caldam tamen eorum vtuntur littera
caldea / alij arabica que saracenica
dicitur / Illanti aut eorum secundum diuersas na
tiones et prouincias diuersis vtuntur
ydiomatibus in sermone vulgari. lingua
vero clericorum suorum qua in diuinis
scripturis vtuntur non intelligunt licet
enim litteram vtantur Saracenica vulga
re tamen saracenicum non reputant
Sed quoddam proprium ydioma quod non
nisi a litteratis intelligitur Sequitur

De Nestorinis capitulum lxxvj

Sunt et alie nationes non so
lum in terra sita vel inter Sa
racenos sed scorsum per se in ma
iori parte Indie habitantes quos at
Nestorinos seu nestorianos appellat
a quodam heresiarcha Nestorio qui
peruersa doctrina sua ex magna
parte orientalem regionem letaliter
infecit et maxime illos qui in terra
potentissimi principis quem presbiterum
Johannem vulgus appellat commorantur
Hij enim omnes nestoriani sunt cum
rege suo qui et Jacobinis longe
plures esse dicuntur quam latini vel
greci. volo enim de hijs qui seorsum
habitant quorum infinitus est numerus
taceamque inter Saracenos non pauci
ores ut dicitur sunt xpiani infidelibus
commixti et eorum dominationi subditi
quam sint ipsi Saraceni Qui licet
Machameti legem pestiferam recipe
noluissent ab hereticis tamen insanabi
liter sunt corrupti predicti aut predic
tus filius Nestorinus Constanti
nopolitanus episcopus et omnes illius
sequaces beatam virginem mariam
negant esse matrem dei / credunt
tamen quod sit mater xpi hominis / Aliam
assentes personam diuinitatis et aliam
humanitatis / et secundum duas naturas duas
in xpo distinguentes personas non vnum
xpm in verbo dei et carne credunt sed
separatim atque seiunctim / alterum filium
dei / alterum filium hominis affirmabat
Hec aut detestabilis heresis in Ephe
sina sinodo in qua fuerunt patres
reprobata est et condempnata Sicut
enim anima rationalis et caro vnus est homo
/ ita deus et homo vnus est xristus
/ licet enim alia sit natura anime. alia car
nis / non est tamen alius homo secundum
animam alius secundum carnem / et quamuis
alia sit natura ferri alia ignis. vna
tamen res est. ferrum ignitum / licet
secundum predictam heresim / huiusmodi locutio
nes non sunt concedende / xpus deus
et homo filius dei mortuus est et
sepultus Cum tamen secundum quod filius dei
impassibilis et immortalis est / Cum
tamen dicat ysaias / paruulus natus
est nobis / et vocabitur nomen eius
deus fortis / et ita puer paruulus fuit
deus / quod est contra peruersam doctrinam
Similiter de filio dei dicit Jeremias prop
het in terris visus est et conuersatus cum eis
secundum quod deus est inuisibilis Et beatus
Paulus Misit deus filium suum na
tum ex muliere factum sub lege Ex
quo manifestum est quod filius dei fu
it filius virginis / et ita maria
fuit mater dei homo enim in ea
natus est Ergo homo qui natus
ex maria virgine creauit eam et ab
eterno fuit patri consubstancialis
et coequalis Verbum enim caro factum

est etc. Cum enim ipse de se dicat Ego
principium qui et loquor vobis etc. non est
dubium aliem suum capitis qui illa eadem
persona que est principium et creatrix omnium
omnibus loquitur, et ita patet absque ulla
ambiguitate quod eadem persona divinitatis
et humanitatis quod tamen negant miseri
Nestoriani. Caldea autem litera utuntur in
divinis scripturis et ex fermentato divina
conficiunt more grecorum **De Ma-
ronitis capitulum lxx septimum**

Quidam etiam homines circa iugum
libani in fenicis provincia non
longe ab urbe biblien(si) inha-
bitantes numero non pauci arcubus et sa-
gittis in pluribus edocti et expediti Ma-
ronite nominantur a quodam magistro
suo Marone heretico qui unam volunta-
tem et unam tamen operationem in xpo asserebat
Cuius erroris auctor extitit quidam
Antiochenus episcopus Macharius. hic
enim cum suis complicibus in sexta
Constantinopolitana sinodo ad quam
c. xl patres convenerant condempnatus
est. et tamquam heresiarcha vinculo
anathematis innodatus ab ecclesia
fidelium est eiectus. sicut enim in homi-
ne ponitur alia est voluntas rationis
alia sensualitatis ita in xpo alia fu-
it voluntas humanitatis secundum quam voluit
manducare et bibere et passionis cali-
cem a se transferri alia divinitatis
que idem fuit cum voluntate patris
Has autem duas voluntates manife-
ste apparuit cum dixit Non sicut ego
volo sed sicut tu vis. quis autem
ignorat quod manducare et bibere

et alie humane necessitates que fuerunt
in xpo homine operationes sunt humanitatis
et ad immutabilem divinitatem non perti-
neant. Mortuos autem suscitare et ani-
mam post mortem resumere ad humanitatem
non pertinet sed tamen ad potentiam divinitatis
Ex quibus manifestum est aliam esse o-
perationem humanitatis aliam divinitatis
Similiter et de duplici cuiuslibet hominis
voluntate. Beatus Paulus apostolus
in epistola ad romanos manifeste
nos instruit ita dicens non enim quod
volo bonum ago sed quod odi malum
illud facio. Ecce quanta pugna est
inter voluntatem rationis et volunta-
tem sensualitatis Et item velle michi ad-
iacet perficere autem bonum non invenio.
Spiritus enim promptus est secundum volun-
tatem rationis Caro autem infirma
secundum sensualem infirmitatem vel secundum vo-
luntatem sensualitatis secundum quam alius
cinxit petrum et duxit quo non
voluit. qui tamen sponte recessurus
roma voluit crucifigi voluntate ra-
tionis Has autem duas voluntates
exprimit beatus Paulus apostolus. per
duas leges in homine repugnantes
sic dicens video aliam legem in me-
bris meis repugnantem legi mentis
mee et captivantem me in lege pec(cati)
que est in membris meis Predictus
igitur Maro dyabolica illusione im-
prudenter obcecatus multos habuit
erroris sui sequaces quos Maroni-
tas appellant, qui per annos fere
quingentos ab ecclesia sancta et consor-
tio fidelium sequestrati seorsum

sacramenta sua conficiebant Sed tamen postea revertentes ad tempora venerabilis patris Haymerici Antiochene patriarche fidem catholicam profitentes et eorum prioratus abiurantes sancte Romane ecclesie secuti sunt traditiones Nunc autem omnes alii orientales prelati excepti duntaxat anulis et mitris pontificalibus non utuntur nec in manibus gestant baculos pastorales nec usum habeant campanarum sed percussis malleolo vel baculo tabulis populum ad ecclesiam solliciti sunt congregare Predicti maronite in signum obediencie consuetudines et ritus servant latinorum unde et eorum patriarcha interfuit lateranensi concilio generali sub venerabili papa Innocencio tercio in urbe romana solempniter celebrato Utuntur autem Caldea lingua et vulgari idiomate sarracenico etc.

De armenis capitulum lxxviii

Populus armenorum qui in Armenia provincia prope Antiochiam inter christianos et Sarracenos seorsum inhabitat ab aliis christianorum nationibus ritus habentes singulares et proprias observationes seiunctus et divisus est Habent autem predicti Armeni proprium primatem quem katholicon appellant cui cum summo honore et reverencia omnes a minimo usque ad maximum tamquam alteri Pape obediunt Inter hos et grecos inexorabiles sunt discordie et dissensiones implacabiles et invicem alii aliorum ritus et instituta detestantur Habent etiam proprium ydioma et proprias litteras et in vulgari sermone promittant divinas scripturas ita quod sacerdotes et clerici eorum in ecclesiis a laycis intelliguntur sicut dictum est de grecis Nativitatem vero domini nostri in carnem non celebrant sed in diebus natalis domini ipsi ieiunant finito autem ieiunio in die apparitionis domini simul cum solempnitate apparitionis festum baptismi domini celebrant Et eodem die festum spiritualis nativitatis domini se asserunt celebrare Cum tamen dominus propterea non possit dici regenitus seu renatus eo quod mundus baptismi purgatus non fuerit qui peccatum originale non habuit qui nec peccatum actuale non fecit nec inventus est dolus in ore eius Quadragesimam autem ante dominicam resurrectionis observant ita artissime ieiunando quod non solum a carnibus caseo et ovis et lacte abstinent sed etiam pisces non manducant oleo non utuntur vinum non potant Si tamen ieiunium domini debeat pana fructus et legumina quotiens placet eis in die manducant Per hoc autem manifeste emulis suis grecis et Surianis contradicere videantur in quibusdam sexte feriis carnes edunt Aquam autem cum vino in sacramento sanguinis christi non ponunt in quo ritu perverso non modicum errare convincuntur Nam dominus noster Ihesus christus more non solum iudeorum sed omnium orientalium qui nunquam puro vino potantur in cena posuit mensam miscuit vinum ex vino lymphato conficiens sacramenta vino enim non temperato in partibus illis nemo commode valeat uti unde beatus Cyprianus

de hac vini commixtione cum aqua sic ait: Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non observavit et tenuit quod nobis facere dominus et magisterio docuit et exemplo, simplicitati eius de indulgentia domini venia concedi potest; nobis non potest ignosci qui nunc a domino admoniti et instructi sumus ut calicem domini vino mixtum secundum quod dominus obtulit offeramus. Ex hoc igitur manifestum est quod dominus calicem vini mixti in cena obtulit. Unde predicti Armeni in altaris sacramento nec dominum imitantur nec magisterium observant. Aqua enim que labilis et flexibilis est populum mortalem et fluxibilem designat. Unde aqua vino commiscetur ut tam Christo quam sanguini redemptionis nostre pignere esse populus sociandus. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis. Si vero sit aqua sola, plebs incipit esse sine Christo. Nec significata predicta coniunctio cum sacramento debet esse sacre rei signum. Non igitur debet in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, quia utrumque ex latere eius in passione sua legimus profluxisse. Licet autem Armeni summo pontifici et sancte Romane ecclesie obedientiam promiserint, cum scilicet rex eorum ab imperatore romano Henrico tiaram sertam recepit et coronam regiam ab archiepiscopo Maguntino suscepit, ritus tamen veteres et consuetas observationes mutare nolunt. Sequitur. De Georgianis capitulum lxxix

Est et praeterea in regione orientali quidam alius populus christianorum bellicosus valde et in preliis strenuus et potens innumera multitudine pugnatorum, Saracenis valde formidabiles, Persis, Medis, Assyriis, in quorum confinio commorantur et ab infidelibus populis undique clauduntur, frequenter valde dampnosus in expeditionibus extitit. Hii homines Georgiani nuncupantur eo quod sanctum Georgium, quem in preliis suis contra gentem incredulam advocatum habent et patronum et tamquam signiferum, cum summa reverentia colunt et pre aliis sanctis specialiter honorant. Utuntur autem greco ydiomate in scripturis divinis et grecorum consuetudines in sacramentis servant. Clerici autem eorum rotundas habent coronas, laici quadratas. Quotienscumque sepulchrum domini visitaturi peregre adveniunt, absque tributo aliquo cum erectis vexillis civitatem sanctam ingrediuntur. Saraceni enim eos nullo modo molestare presumunt, ne forte cum ad propria reversi essent aliis Saracenis sibi vicinis vicem rependerent. Nobiles autem eorum more Amazonum tamquam milites in preliis armis utuntur. Hii autem valde indignati sunt comminantes principi Damasceno eo quod absque eorum voluntate muros in Jerusalem presumpsissent, cum populus Latinorum civitatem Damiatam obsidebant. Crines et barbas nutrientes usque ad cubiti longitudinem pileis in capite utuntur. Sequitur. Sequitur de christianis qui inter occidentales Saracenos commorantur quos Mosarabes appellant capitulum lxxx

Illi vero xpiani in Affrica et Hyspania inter occidentales Sarracenos commorantur Mozarabes nuncupantur litteras habent latinas et latino sermone in scripturis utuntur et sancte romane ecclesie sicut alii latini cum humilitate et devotione obediunt ab articulis fidei vel sacramentis in nullo deviantes Conficiunt autem sacramentum altaris de pane azimo quemadmodum alii latini Sanctam dominice eucaristie formam quidam corpus in septem partes dividunt alii vero in ix cum tamen romana ecclesia et alii eidem subiti ipsam eucaristiam tantum in tres portiones dividunt Huiusmodi autem partium particio cum non sit de substantia sacramenti vel variat vel impedit sacramentum Sequitur

De Judeis et diversis generibus Judeorum capitulum lxxx primum

Sunt alie miserabiles in partibus orientis naciones deo odibiles et hominibus contemptibiles et abiecti Quorum quidam dicuntur Essei de genere Judeorum descendentes quorum quidam vitam post mortem dogmatisant et recuperare sperant Matrimonium autem non contrahunt ut caveant in continentia feminarum quas nunquam uni viro fidem credunt servare Alii matrimonia contrahunt sed cum pregnantibus non concumbunt ut ostendant quia non causa voluptatis sed causa procreande prolis uxoribus commiscentur Quare vero post mortem vel supplicia denegant vel honores sed quia his sectis sinistre intendunt laborem infatuati suum perdunt Ex his Asseni premorati dicuntur principium habuisse Unde adhuc in parte scripturam pertinet iudeorum in Hebreo et Caldeo litteras habentes permixtas Alii sunt Saducei qui resurrectionem mortuorum non credunt libros tamen Moysi recipiunt sed eos non intelligunt Unde dominus in Ewangelio redarguit eos dicens Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. Cumque interrogassent autem auctoritate ex libris Moysi Ego deus Abrahe et deus Ysaac et deus Jacob convinces eos conclusit in hunc modum Non est deus mortuorum sed vivorum Alii sunt Samaritani litteras habentes hebreas sicut iudei Moysi penthateucum tantum recipiunt prophetias autem et alias iudeorum scripturas non admittunt Cum autem Salmanazar rex Assiriorum x tribus Israel captivasset predictos Samaritanos loco iudeorum ut terras excolerent ibi in Samaria transmisit Cum igitur ad predicacionem Apostolorum recepisset Samaria verbum dei ceteri in errore antiquo permanserunt Quibus dominus adeo velud sterilem et vacuam arenam tradidit inter terram maledictam et reprobam eternis incendiis deputatam aviditate et sterilitate condempnat quod vix centesimus eorum ut dicitur in universo mundo superstites reperiuntur Alii autem ex iudeis libros Moysi et prophetias et totum vetus testamentum ad litteram tantum recipiunt contra quos ait Apostolus Paulus littera occidit spiritus vivificat et dominus in Ewangelio Spiritus est qui vivificat caro non prodest quicquam id est intelligencia carnalis Ex quo patet quod divina scriptura nichil iudeis prodest immo nocet eis sicut dicit propheta David. Fiat mensa eorum coram ipsis mensam eorum divinam scripturam appellans. Maxima pars

corum seorsum habitavit in illis partibus orientis in quibus infra Caspios montes rex macedonum Alexander eos dicitur inclusisse qui temporibus antichristi educendi sunt et ad terram suam reducendi. Hec terra eosdem montes Caspios et mare idem Alexandri inclusit Gog et Magog cuius innumerabilis est multitudo sicut arena maris eo quod carnibus humanis et crudis immundorum animalium vescebantur eorum abhominationes adeo detestatus. Alii autem Judei de quibus patres eorum in passione domini clamaverunt Sanguis eius super nos et c. per universum orbem mundi et omnem ventum dispersi ubique sunt servi ubique tributarii. quia ut ait Ysaias propheta fortitudo eorum conversa est in favillam Imbelles enim et imbecilles facti sunt quasi mulieres unde singulis lunationibus ut dicitur fluxum sanguinis patiuntur. percussit enim dominus in posteriora et c.

Postquam enim fratrem suum verum Abel occiderunt facti sunt vagi et profugi super terram sicut maledictus Cayn. Habentes caput tremulum et cor pavidum die ac nocte timentes et vite sue non credentes a Saracenis autem inter quos habitant magis habentur odio et contemptui quam a christianis Cum enim principium christianorum detestabilis avaritia eos propter lucra temporalia sustineat Et christiana mancipia ipsis habere permittat et immoderato usurarum fenore tam ab ipsis spoliari christianos concedat, ipsi apud Saracenos propriis manibus abiectissima et vilissima operantes mancipia et servi sunt paganorum et extremis condicionibus inter eos commorari permittuntur.

Nec tamen ab ipsis Saracenis sicut nec a christianis trucidantur. Quam quidem igitur silvestrem deputatam gehennali et linea vepbam ad tempus domino reservante et quasi fructum preciosum in fine mundi quia reliquie Israhel salvabuntur debeat germinare et facere tandem uvas que modo in amaritudine conversa non facit nisi labruscas quemadmodum de ipsis ait propheta David. Deus ostendit michi super inimicos meos et c. Ipsi enim mortis christi nobis memoriam remanent vel revocant et ex scripturis eorum testimonium sumimus De hiis que pro nobis operatus est deus quemadmodum dicit propheta Daniel Occidetur christus et non erit plebs eius qui eum est negaturus. Et David propheta filii alieni mentiti sunt michi et c. Nec est aliquis ex prophetis qui contra eos testimonium perhibeat pro nobis. adeo tamen excecatum est cor populi huius quia palpant et impingunt in meridie sicut in tenebris et aures eius aggravate et clausi oculi eius quod non intelligit nec audit plebs insipiens et dure cervicis quod graviter in morte christi domini contra se exasperaverunt Cum enim ante christi passionem ydola colendo et alia abhominabilia operando dominum multipliciter offendissent, aliquando tradidit eos dominus in manus inimicorum suorum ut servirent eis quandoque decem annis, quandoque viginti annis. quandoque vero quadraginta sicut in Judicum libro reperitur, aliquando et annis lxx in captivitate Babilonica detenti sunt et post ea a domino liberati

Postquam autem dominum nostrum Ihesum christum

ouadrant licet postea ydola coluisse
non legantur iam plusquam mille annis
in captiuitate detenti misericordiam non-
dum sunt a domino consecuti Sed que-
admodum christus ad deum clamat Tu autem
domine miserere mei et resuscita me et
retribuam eis ita a deo patre obtinuit
et sicut longe ante Moyses predixe-
rat ex persona domini dicens Mea est
ultio et ego retribuam eis etc. Et item oc-
current nobis mala in extremo tempore
quando feceritis malum in conspectu domini ut
irritetis eum per opera manuum vestrarum
Tunc autem ultima captiuitate eorum
predixit Daniel cum dicit Captiuita-
tem et sanctuarium dissipabit populus
cum duce uenturo et finis eius va-
stitas et post finem belli statuta de-
solatio et deficiet hostia et sacrificium
et in templo erit desolationis abho-
minatio et usque ad consummationem et
finem perseuerabit desolatio Sed

De peruersis hominibus ad terram sanctam confugientibus Ca. lxxxiii

Hii vero qui ab initio recupa-
rationis et liberationis terre sancte
statum eius plenius agnouerunt
et uarias alternas que illius mu-
tationes detrimenta et promotiones di-
ligentius inspexerunt in ueritate affir-
mant quod nullum hominum genus ulla-
que pestis efficacior fuerit ad nocendum
quam flagitiosi et pestiferi homines scele-
rati et impii sacrilegi fures et rap-
tores homicide patricide adulteri
et periuri proditores cursarii seu pira-
te furati ebriosi comilatores deciorum
lusores aleatores et histriones a-
postate Monachi et moniales

publice meretrices et que relictis maritis
suis lenonibus adherebant uel qui fu-
gientes uxores proprias alias superducebant
huiusmodi homines monstruosi a partibus occi-
dentis mare mediterraneum transeuntes
et ad terram sanctam confugientes quia
locum non animum permutabant in-
numeris flagitiis et sceleribus inau-
ditis ipsam contaminantes tanto
audatius consueta maleficia perpetra-
bant quanto a notis et propinquis suis
magis remoti sine uerecundia pecca-
bant nec deum timentes nec homines
reuerentes facilitas enim euadendi
et impunitas delinquendi habenas
impietatis eorum relaxabant eo quod
post facinora perpetrata uel ad Sa-
racenos uicinos christum abnegantes
fugiebant uel in galeis et nauibus
sepius recipientes ad maximas insu-
las transmeabant uel ad regalium
domos quas passim et ubique reperie-
bant currentes per uitiosa priuilegiorum
ymmo priuilegiorum libertate impios
defendente impie euadebant Qui-
dam autem uiri sanguinum et dolosi
et filii mortis in patria sua deprehensa
in iniquitatibus suis et maleficiis
mutilationibus membrorum uel suspe-
dio adiudicati prece uel precio plu-
rimum obtinebant ut in terra promis-
sionis sine spe reuersionis perpetuo
exilio condempnati remanerent Hii
autem non per penitentiam compuncti sed uiole-
ntia coacti terre sancte incole facti per-
egrinis hospitia immoderato precio
locantes modis omnibus quibus poterant
decipientes incautos et extraneos

homines et ab eis pecunias negociato-
ribus indebite extorquentes miseram
vitam de spolijs hospitum suorum misere
sustentabant sicarijs et latronibus
aliorum lusoribus et meretricibus publicis
pro lucri maioris aput se receptacula
prestantes. Divitibus et potentibus ut
eorum fautoribus essent et eos in predictis
iniquitatibus defenderent annuum
censum reddebant ad cumulum impietatis
et dampnationis utrorumque. Hij enim qui
prostibulorum et deciorum principatum et do
minium precio maiore acquirebant a meretri-
cibus et lusoribus maiorem pecuniam ex
torquebant. Circa aut contra dominicum
preceptum precium prostibuli accipiunt omnium
peccatorum et abhominationum que in ipsis
fiunt participes constituunt se metipsos
consentientes enim et agentes pari pe-
na constringit. Non nulli aut ex hiis
quos animi vanitas et inconstantie
levitas impellebat non tam causa de-
votionis quam devotionis loca sancta visi-
tatum peregre procedebant quam causa curio
sitatis et novitatis ad partes incognitas
sibi transmigrabant ut mira et inex-
perta stupenda que de partibus orientis
audierant non sine magno labore pro-
barent. Multa enim in partibus illis mi-
rabiliter operatus est dominus que sicut iusti
et bene affecti homines et prudentes
ad laudem dei convertunt et gloriam
quemadmodum beatus undamus longo tempore
per maria navigat ut videant mirabilia
domini in profundo. Ita leves et curiosi
homines ad vanitatem retorquent que
dominus in argumentum potentie sue et
materiam laudis dignatus est operari
Ex quibus pauca de multis presenti operi
dignum duximus annectenda dilige-
ntibus et studiosis lectoribus forsitan pro
futura. Item de descriptione terre
sancte et de hiis que in ea mirabi
liter fiunt tercia pars libri de terre
motu tonitruis pluvijs et nivibus lxxxxij

Terre motus periculosi terribiles et
horribiles valde non solum in regio
nibus sed in partibus adiacentibus
frequenter fiunt et maxime in partibus
maritimis ex violentia ventorum qui
de spiramine et impulsione undarum
in locis cavernosis et speluncis terre
concepti dum liberam exalationem
aer inclusus concitatus non habet terram
cum magno impetu et tremore concu
tiunt quod si resistere non valeat rumpitur
et fit hiatus immensus et quandoque ob
hanc causam civitates subsorbte sunt
in abissum. Quando vero terra non rumpi
tur vehementi impetu a spiritu procellari
concitatur et impellitur. Et civitates cum
muris et turribus et alijs edificijs subito
corruentes homines improvisos suffocant
et opprimunt. Unde qui sapientes sunt
in partibus illis ignorantes quando hora predicta
tempestas superventura sit cum omni di
ligentia vigilantes animas suas non
negligunt preparare nec vivere presumunt
in statu tali in quo mori non audent
Ex [illegible] postea concussione Tirensis
civitas postquam in manus devenerunt cum
habitatoribus suis fere penitus est deleta
Cum aut in partibus occidentalibus corus-
cationes et tonitrua fieri habeant in
estate in terra sancta fiunt in hyeme
In estate aut nunquam vel raro pluit
in ea. In hyeme vero licet non adeo
frequenter imbribus irrigetur tribus vel
aut quatuor continuis diebus et

noctibus. postquam sicci incipiunt pluui-
arum vehementes inundationes. et pluviali
quodam diluuio totam terram inebri-
ant et submergunt. Niues autem nisi circa
montes nimia preminentes sicut est li-
banus in terra rarissime reperiuntur. In toto
autem estiuo tempore et maxime in diebus
canicularibus feruentissimis et in mense
Augusti nix frigidissima de monte
libano per duas uel plures dietas defer-
tur ut vino commixta tanquam glacie ip-
sum frigidum reddat. Conseruantur autem
predicte niues sub palea ne feruore solis
seu calore aeris dissoluantur. Sequitur

De fontibus et fluuiis et variis aquarum naturis capitulum lxxxiii

Fontes autem limpidissimi dulcis
aque tam in mari quam in terra
inveniuntur. Quorum vnus ut dicitur
in partibus Damasci alternis coloribus quater
in anno variatur. videmus scilicet sanguineum
puluerulentum se viridum et limpidum
colorem. mira et grata vicissitudine in-
sepiendo oculis pretendendo. Fons autem Siloe
non singulis et continuis sed diebus interpa-
latis ter uel quater in ebdomada dul-
ces aquas ex visceribus suis emittit.
Est vero iuxta montes libani inter duas
ciuitates Archas scilicet et Raphanea. flu-
uius quidam cursu velox et aquis
plurimum habundans defluit quem Sab-
baticum appellant eo quod sex diebus in
ebdomada nullas ex se permittit ex-
hibens aquas die vero septimo profert copio-
sas. ex tanto subito exuberans et
inundans effectus. Inter Tyrensem autem
et Acconensem ciuitatem ex arenulis
maris ex sabulo videlicet et glarea
marina subtili artificio vitrum effi-
citur purissimum. Mare quoque rubrum
quod siccis pedibus filii Israel transierunt
in confinio est Egypti et Arabie. cuius
aque ex terra adiacente. que terra sanguinei
coloris est rubee esse videntur que tamen
eiusdem sunt coloris cuius sunt alterius
maris aque. Est et quidam fluuius in
perside. qui semper de nocte congelatur
adeo quod homines et animalia valeant
pertransire. de die autem semper in aquas
resoluitur. Quidam vero fluuii in partibus
orientis aureas arenas habere dicuntur.
Fons vero limpidissimus et amenus
qui in paradiso terrestri in remotis
partibus orientis oriente sole oritur
tanta ex se producit copiam aquarum
quod in quatuor flumina diuiditur. que tamen
statim sub terra absconduntur et per
viscera terre defluentia. quibusdam sub-
terraneis meatibus in aliis remotis
regionibus iterum oriuntur. Nam phison
qui et Ganges ex quodam monte
Indie scaturiens iterum incipit cursum
suum ostendere super terram aperte defluen-
do. Gion qui et nilus non longe
a monte de terra exiens a terra protinus
absorbetur. sub qua latenter fluendo
mare rubrum pertransiens in ipso littore
rubri maris incipit iterum apparere et
Ethiopiam circuiens in terram Egypti
se infundit. Tigris autem et Eufra-
tes quasi ex eodem fonte in quodam
monte maioris Armenie egredientes
statim a se inuicem separantur et a me-
diterraneo mari absorbentur. Cum autem
predictus fons paradisi vniuerse terre sup-
erficiem in quatuor fluminibus irrigare
dicatur. ex variis tamen terre qualita-
tibus quosdam fontes frigidas habent

aquas alij calidas et fetidas extra sulfurea In Egipto aut est fons mirabilis in quo faces accense extinguuntur extincte iterum accenduntur In Ethiopia apud garamantes fons quidam e tam frigidus de die ut no bibatur tam calidus de nocte ut no tangatur Est fons quidam in ptibus orientis ex cuius aquis efficitur ignis grecus quibusdam alijs admixtis qui postquam vehementer fuerit accensus vix aut nunquam pt extingui nisi aceto et hominum urina et sabulo pducti aut fontis aquas magno precio comparant Sarraceni Sunt aque quedam que vulneribus medentur alie que sedant egritudines oculorum alie quo bibentes canoras reddunt Sunt quidam fontes qui memoriam conferunt alij qui oblivionem faciunt Sunt alij qui luxuriam auferunt alij qui libidinem accendunt Sunt alij qui steriles fecundant Alij qui fecundos steriles reddunt Sunt flumina ex quibus oves bibentes nigrescunt Ex alijs velut nix albescunt Sunt etiam stagna in quibus nulla res natare pt Sed omnia merguntur Sunt alia in quibus omnia fluitant nec mergi pnt Sunt etiam lacus in quibus ter in die aque amare sunt et ter de die dulces fiunt Sunt quidam fontes calidi qui oculis medentur fures aut arguunt nam qui sacramento furtum negat si periurus efficitur aquis pdictis excecatur Si aut reus no fuerit clarius videt quam prius Hoc aut magis miraculo ascribendum est quam nature Est preterea quidam fons et tranquillus si aut iuxta

illum insonet tybie quasi exultabundus ad sonitum elevatur et tu aqua mire vocis dulcedine extra ripam intumescit

Item diversis generibus arborum orientis capitulum lxxxiiij

Preter communes arbores que in Ytalia Alemania Francia et in alijs Europe ptibus habentur Sunt ibi speciales arbores tam fructifere quam steriles Sunt ibi palme corticibus aspere graciles in imo dilatantur in summo fructus quos dactilos appellant ex se parantes In summitate aut tantam habent teneritudinem et saporis suavitatem quod quandoque albe et recentes pdicte arbores superiores manducantur Sunt in eadem terra arbores mirabiles quas propter earum excellentiam nominant arbores paradisi Poma oblonga suavissima et quasi unctuosa ferentes Quia dulcissimum saporem In uno aut globo ferentes plusquam centum grana sese continentia et compressa involuuntur folia aut arboris memorate unius cubiti habent longitudinem et dimidij cubiti dimensione dilatantur Sunt ibi alie arbores poma pulcherrima et citrina ex se producentes cum morsus hominis in dentibus manifeste apparet et ideo poma Adam ab hominibus appellantur Sunt preterea alie arbores fructus acidos potius videlicet saporis saporis ex se parantes quos appellant limones quorum succo in estate cum carnibus et piscibus libentissime utuntur eo quod sit frigidus et siccus pallatum et provocans appetitum Sunt ibi preterea ficus communes quedam ficuum species singulares

fructus in ipsis truncis absque ramis
et folijs facientes non inter folia vel
ramos superiores sicut fit in alijs arbo-
ribus. sed in ipso trunco adherentes quas
autem ficus pharaonis appellant. Sunt
insuper cedri libani pulcre et sublimes
valde et steriles sed ad modum fructuose
facientes ex se fructus per pulcerrimos
quam capit quantitatem quos ci-
trones seu poma citrina appellant tri-
plicem in se substantiam continentia et saporem
In prima parte calida In secunda temperata
in ultima vero que latet intrinsecus fri-
gida existunt Sunt autem dicunt esse fru-
ctum de quo dicit dominus In levitico.
Sumetis vobis die primo fructum arbo-
ris pulcerrime In partibus autem arboribus
quedam alia crescunt citrina. minoris
quantitatis frigida. et acri seu pontici sa
poris que poma orenges ab indigenis
nuncupantur Cucumeres autem melones
et cucurbite licet capitibus asinorum
sint maiores herbis potius quam fructibus
assignantur Sunt ibi preterea quedam
arbusta que seminantur. ex quibus
colligunt bombacem quo franci ge
notocone seu cottum appellant et est
quasi medium inter lanam et linum. ex quo
subtilia vestimenta contexuntur Sed
id autem non colligunt ex aliquo semine
[?] nec ex arbustis vel arboribus sed
ex quorundam viminum stirpibus sive spi-
to provenit Quedam etiam species spi-
narum quas paricas nominant prout que
durescant in ramum optime sunt ad
edendum de quibus dicit david propheta
priusquam intelligerent spine vel ramnum etc
Quemadmodum enim predicte spine in

principio molles sunt et delectabiles
ad manducandum postea vero duresci-
unt et quibusdam aculeis pungunt
ita priorum suavitas in aculeum conversa
remordentes et pene [?] convertuntur
Sunt insuper in terra sancta canamelle
de quibus succara ex compressione
eliquatur. Alibi in universo mundo vi-
nea balsami non nisi in terra sancta
in loco qui dicitur Jericho inveniebatur
procedente autem tempore ab Egiptijs
translata est in campo civitatis Egip-
tie que babilonia nuncupatur. et a
xpianis sub dominio sarracenorum
detentis excolitur. Dicunt enim egiptij
et experimento probaverunt quod si a sarracenis
excolatur sterilis permanet illo anno
quasi fructum facere dedignetur. Sunt
etiam in predicto campo sex fontes in quorum
uno dicunt quod beata virgo xpm balnea-
uerat. unde creditum est et probatum quod
liquor balsami. que opobalsamum
physici appellant translata predicta vi-
nea seu frutice in aliud locum nunquam
potest provenire Sunt insuper in partibus orientis
et in India preciose quedam et precio-
se et aromatice arbores quarum fructus
sunt cariofoli nuces muscate cassia
fistula cardomomum. piper album nigrum
quod est rotundum et piper oblongum
Dicunt etiam quidam quod omne piper nascatur
album sed quia inter arbores piperis
multitudo serpentium inhabitat oportet
quod comburentur serpentes et ita piper
ex combustione nigrescit. Quando
vero sine combustione colligitur mittunt
illud in clibano ne in alijs partibus

possit seminari et fructificare et ut di-
uicius valeat conservari Sunt alie ar-
bores quarum radices sunt zinziber
galanga et zeduarium zituaria que vulgariter
cytwar appellatur Dicunt tamen quidam
quod sunt radices orientalium herbarum:
Mandragora eciam radix est cuiusdam herbe
que forma videtur habere humana est
autem quedam madragora masculina
quedam feminina / Alie sunt arbores
quarum rami sunt liquericia cassia lin-
gua lignum aloes / nemo tamen huius
arboris deprehendere potuit originem / rami
vero eius in flumine babilonico re-
periuntur Impulsione enim ventorum
aut temporis vetustate de montibus
cadentes in fluvium cum retibus capi-
untur Dicunt autem quidam quod
paradiso de paradiso terrestri per fluvium
huiusmodi lignum aloes defertur / aliarum
autem orientalium arborum cortex est
cynamomum Macis vero flos est nucis
muscate vel ut dicunt alii cortex
illius / Ciminum semen est non arboris
sed herbe Gummi autem ex arboribus vel
arbustis defluentes sunt opobalsamum
mirra dragantum · mastix thus
therebintina Ambra vero non pertinet
ad arbores vel herbas sed est sperma ceti
et aromaticum valde et confortativum
Similiter muscus suavissimi odoris
licet inter species aromaticas nominetur
est tamen ut dicitur stercus vel sanguis
cuiusdam orientalis animalis quod muscus
quilibet dicitur unum in latrinis et inter
stercora odorem suavissimum recuperat:
Aliam quandam herbam quam

dictamnum appellant / vere sagittis vul-
nerate diligenter querunt / et inventam
manducant / Que tante virtutis est ut
sagittas de corporibus excuciat Quercus
mambre sub qua habitavit Abraham
usque ad tempora Constantini imperatoris
permansit In partibus enim illis arbores
tempore longissimo perdurant Unde
cedrum et ebenum imputribiles estimant
Juniperus autem adeo conservat ignem
quod pruine cineribus eius operte usque ad an-
num non extinguntur In India eciam quedam
sunt insule in quibus arbores omni tempore
virescunt / habent autem in uno anno
duas hyemes et duas estates / in eisdem
eciam partibus montes aurei sunt quos dra-
cones et grifes custodiunt / in Sardinia
est herba quedam similis apiastro que
comedentibus rictus contrahit / et quasi
ridentes interimit Sunt preterea in par-
tibus Indie canne fluviales que
pingues habentes altitudinem lx pedum
ex quibus naves et domus construuntur
Quedam eciam arbores sunt apud Seres
folia tamquam lana ex se producentes ex
quibus vestes subtiles contexuntur
Alie sunt arbores fructus odoriferos
ferentes cum sole oriuntur / et cum sole
occidentes sub terra absconduntur Alie
vero centum pedibus in altum extolluntur
similes lauris et olivis / que opobal-
samum et thus ex se producentes Alie
eciam ferentes nuces hominum capitibus
maiores in quibus serpentes multi sunt
et spinarum maxima multitudo / vites
eciam in partibus illis tante magnitudinis
botros seu racemos producunt quod
plures homines in nocte vix possent

sustinere de arboribus autem quas in extremis Indie partibus magnus Alexander invenit que ipsum in babilonia veneno moriturum predixerunt, licet divino imperio asina Balaam allocuta fuerit, credimus tamen quod in ipsis demones sunt locuti. Mirabile tamen videtur quod cogitationibus Alexandri respondebat et futura tanto tempore priusquam contigisset prescire potuerunt. Illas autem pretiosissimas medicinales et aromaticas arbores quas dominus in extremis et excelsis et temperatissimis partibus orientis ab initio plantavit in orto voluptatis presenti opusculo tamquam ignotas inserere non valeamus. Magnum enim chaos positum est inter exilium nostrum et predictum paradisum voluptatis, magnis enim tractibus terrarum inhabitabilibus innumeri quoque serpentes locum nobis inaccessibilem crediderunt. Preterea tamen usque ad celum muro igneo clausus esse dicitur et angelus domini non solum hominibus sed etiam malignis spiritibus introitum custodiebat inhibebat. De predictis autem arboribus paradisi duas ex scripturis divinis aliquatenus cognoscimus quarum una dicitur arbor scientie boni et mali de cuius fructu qui manducaret in eodem statu semper immortalis permaneret.

De variis et mirabilibus generibus animalium capitulum lxxx incipitur

In terra promissionis et in aliis partibus orientis quedam sunt animalia que in aliis partibus mundi non reperiuntur. Sunt ibi leones in pectore et pedibus anterioribus et in cauda virtutem magnam habentes, quorum fetus usque ad tercium diem in quo ad rugitum parentum quasi de morte excitantur aliquo sensu non utuntur. Dormit vero leo apertis oculis, et cauda sua delet vestigia pedum suorum ne a venatoribus percipiatur. Hominibus nisi ad iram provocatus non nocet. Parcit supplicibus, invadentes ipsum invadit, ignem sive metuit, quod ante ipsum catulus verberatus est ibi quodammodo. Sevissimum animal, quod lanzani nuncupatur, a cuius crudelitate nulla bestia potest esse tuta, nam ut dicitur ipsum leonem vincit. Sunt et ibi leopardi sic dicti quia leonibus similes in capite et dispositione membrorum, licet non sint tam magni nec tam robusti, adeo enim tam mansueti fiunt ab hominibus quod eis sicut canibus utuntur ad venandum, non enim currendo predam capiunt sed saltus faciendo, et si in tercio saltu predam non ceperit eam prorsus dimittit sibimet indignando. Sunt ibi papiones quos canes silvestres appellant, lupis acriores et continuis clamoribus de nocte ululantes. Leena primo partu quinque fetus emittit, deinde per singulos partus unum minuens, postquam ad unum pervenerit sterilis efficitur. Sunt et ibi sevissima animalia non sunt canibus altiora longiora tamen habentia corpora, canibus valde inimica, predam non comedunt nisi eam in altum portant, quando inveniunt arborem ad supremum ramum deferunt et pendendo eam comedunt. Ex nigris et albis maculis respersum corpus habent, et cum sint in calore coitus et aliquem

vulneraverint mures ad ipsos conveniunt
et mingunt super eum si possunt et
statim moritur. Unde audivi ab illo
qui vidit, quod quidam vulneratus fecit se
in barcha in mare importari et mures
veniebant ad mare ut venirent ad eum
sed non poterant pervenire, sic venenum
mortiferum est. Sunt ibi pulcherrima
animalia que panthere nominantur ex albo
et nigro minutis orbiculis superpicte, quarum
odore cetera animalia mirabiliter affecte se-
quuntur eas. Postquam enim diversis venationibus
paste fuerint et saciate tribus diebus et
noctibus continue dormiunt in speluncis
suis. Evigilantes autem et rugitum
proferentes, tante suavitatis odorem de gut-
ture suo emittunt, qui cuncta preciosa
vincit aromata, quod omnes bestias ex-
ceptis serpentibus qui bono negantur
odore dulcedine fragrantie ad se trahunt.
Hec autem non nisi semel pariunt, nam
fetus earum postquam partui propinqui sunt
debiti temporis horam non expectantes
matricem unguibus lacerantes ipsum
sensum retinendo inutilem prorsus red-
dunt. Sunt ibi preterea elephantes
robusti viribus et magni corpore:
velut montes, qui sunt bellicosi et
audaces, et maxime quando eis san-
guis mori ostenditur, ad prelium amplius
animantur. Cum quibus Perse et Indii pug-
nare solent, turres ligneas cum homini-
bus armatis super eorum dorsa ponentes.
Habent etiam rostra maxima prominen-
cia, quasi ampla intestina que ap-
pellant promoscides, cum quibus homines
rapiunt devorant et transglutiunt.
Magnus vero Alexander pugnaturus
adversus Indos ereas statuas prius
ardentibus carbonibus precepit impleri putantes autem
elephantes statuas illas esse homines
protendentes labia comburebantur et stati-
tim homines quasi hominum simulacra fugere ce-
perunt neminem contingere audentes.
Alia vice grunnitu et stridore porcorum
cum sonitu buccinarum multos superavit
elephantes, eo quod talibus stridoribus assue-
ti non erant. Incedunt autem gregatim
sese invicem diligentes, et concorditer
ambulantes, motibus autem quibus possunt
sibi applaudunt, alterutrum quasi salutando
et se invicem coadiuvando, frigide nature
sunt. Unde ebur quod de ossibus eorum
fit frigidum est et candidum. Nam
si ebur panno lineo supponatur igne
supposito non comburitur pannus ipse
sed frigiditate eboris ut dicunt extin-
guitur ipse ignis. Tantum semel gig-
nunt, fetus suos gestant in utero duo-
bus annis vivunt autem annis CCC^tis.
Mures timent et fugiunt, et draco-
nes maxime formidant. Nam ab
ipsis implicati et innodati prosternuntur
et necantur. Qui in insulis postquam
pepererint fetus suos reponunt propter
dracones. Pariunt autem in aquis. Nam
si fetus in terram cadit surgere non valet.
Habent enim ossa solida sine iunctu-
ris unde crura et tibias flectere
nequeunt. Quando autem dormire aut
requiescere arboribus inclinantur et inni-
tuntur. Venatores arbores secant, et
quibusdam obicibus ne penitus cor-
ruant fulcientes latent in insidiis
donec veniens elephas cum arbore
cui innititur cadat et resurgere non va-
lens ad barritum autem et gemitum
illius plurimi quam concurrunt alii

elephantes. cumque se intuare. et sociam suam ... requirent, ... gemunt et barriunt et qui concurrentes cum lugente lugent. parvuli vero elephantes pro ut valent sese supponentes ipsum aliquando erigunt et sublevant et ita de manu inimicorum venatorum liberant. De fumo qui fit ex igne et pilis elephantis quelibet venenata animalia fugantur.

Sunt ibi unicornii quos greci Rinocerotes appellant habentes in medio fronte cornu robustissimum longitudine quatuor pedum. Hoc cornu quodcumque animal ventilat perforant ipsum elephantem in ventre percutiendo deiciunt et occidunt. Quando autem a venatoribus capiuntur ex sola indignatione animal superbum moritur. Nulla tamen venantium fortitudine capi possunt sed pulcra virgo et ornata proponitur ante oculos eorum, que aperit eis sinum suum. Et statim omni deposita feritate in puelle gremio suscipiuntur et ibidem quiescentes soporati capiuntur.

Monoceros est alia bestia quasi monstrum quoddam atrocissimum mugitu horrido, caput habens cervi, cetera corpus velut equi, caudam ad modum porci pedes autem elephantinos, uno cornu acutissimo in medio frontis armatur, captum potest perimi, sed nequaquam domari. Sunt ibi linces que ita habent perspicaces oculos quod solida corpora subtilitate visus penetrare dicuntur. Urina autem huius animalis nam plenius cognoverunt eius urinam in lapidis preciosi naturam qui ligurius appellatur converti dicunt

Unde in India quadam naturali liquorem amissum arenis in quibus possunt abscondunt, ne in usus humanos urine talis egestio convertatur. Sunt ibi tigres quibus Hircanorum regio maxime habundat, fulvis colorum maculis in superficie nitentes. veloces super modum ut volare videantur quando cursu agitantur. Sunt autem ferocissime et incomparabili rabie sevientes, precipue quando captis catulis insequuntur venatores qui vix evadere possunt nisi clipeos vitreos in ipso itinere proiciant in quibus tigres in speculis tigres figuram suam intuentes et fetus suos repperisse putantes amplexantes et deosculantes ipsum vitrum et tandem pedibus confringentes nichil reperiunt et interim venatores fugiendo evadunt. Castor est animal est talis nature ut dicitur quod cum ipsum venatores sequuntur, seipsum dentibus suis castrando genitalia precidit. Sunt enim medicaminibus apta, et propter hoc se a venatoribus estimat infestari, et eis precisis liberari. et quoniam non potest diu subsistere nisi caudam in aqua teneat edificat domum suam super aquas faciens in ea mansiones diversas ut cum aquis crescentibus in superioribus ascendat et cum decrescentibus ad inferiorem mansionem descendat. Sunt ibi preterea ursi maximi, quorum virtus maxima est in brachiis et in lumbis Caput autem habent invalidum et debile et quia ursa ante fetus perfectionem immature prolem parere festinat. carnem quam ex se producit lambit

et fetum formando producat in membra
Sunt eque in Capadocia que a vento
concipiunt, sed fetus earum non nisi trien-
nio vivere possunt. Sunt et equi qui
nullum sessorem preter proprios dominos
admittere volunt et quibus mortuis
dolent super modum et lacrimantur et man-
ducare renuentes fame et inedia mo-
riuntur. Camelus animal est orientis
deforme valde adeo quod equus et aliqui
aliis quibusque animalibus timeant intu-
itum et odorem. Habet autem struma
in dorso, collum longum et crura pro-
lixa, horribiliter stridet, ordeum cito
degluciens refundit, ut rursus ru-
minando tota nocte manducet.
Est autem animal pigrum et lento gradu
incedens. Et quidam tamen sunt cameli
quos cursarios appellant seu drome-
darios qui plures dietas perficiunt uno
die et velociter currunt. Est ibi
preterea quoddam animal monstruosum
Mantichora nominatum, habens hominis
faciem, corpus leonis, caudam scorpi-
onis, triplicem ordinem in dentibus
habens, colore rubea, oculis glauca,
habens sibilum quasi serpentis ita
sonorum quod modulos imitatur fistu-
larum. Carnes humanas affectans a-
vidissime ad edendum, ita velox est cursu
sicut avis volatu. Est ibi alia besti-
a que dicitur Eale, cuius corpus equi,
maxilla apri, cauda elephantis,
nigro colore horrens, in aqua et in
terra equaliter potens, habens cor-
nua maxima, quorum uno pugnans
aliud post tergum reflectit, quo
obtuso reliquum ad pugnam dirigit.

Hyena bestia est seuissima et dolosa
corporibus humanis vescitur, ex sepulcris
mortuorum effodiendo extrahit cadavera,
pabula pastorum inquirit et auditu as-
sidue voces humanas imitari posse,
quibus vocibus homines nocte accitos per-
imit et devorat. Vomitum quoque humanos
simulans et singultum canes [illegible]
dilaniat. Et canes postquam eius umbram
attingerint latrare prorsus nequeunt.
Dicitur etiam quia quodcumque animal lustraverit
movere se non possit. In oculis eius
lapis preciosus reperitur qui hyena vocatur.
Onocentaurus animal est ut dicunt
monstruosum natura biforme. Habens
caput velut asini, corpus autem quasi
hominis. Parandri vero species dicitur
esse multiformis, est enim bovis ma-
gnitudine, ramosis cornibus, cervino
capite, ursino colore et pilis con-
densis. Hunc affirmant humiditatem et co-
lorem metu variare, ita quod cum in aqua
dilatescit, loco sive saxo albo, sive
frutectis virentibus ad corporis similitudinem
permutatur. Cocodrillus animal est quadru-
pes quod in terra nascitur, in fluminibus
tamen sicut in terra inhabitat, nec mi-
norem habet potentiam in aquis quam
in terris. Per diem autem humi frequentius
acquiescit, nocte vero in aquis. Hic
et ova velut aves que in terra
profert. In fluvio tamen Nili plus
quam alibi inveniuntur cocodrilli. Depo-
nunt autem ova sua ubi fluvius ex-
undans non possit attingere. In flu-
mine autem Cesaree Palestine similiter
habitant. Devorant vero tam homines
quam animalia plurimum quam ad xx cubitos

longitudinis excrescunt lingwis ca-
rent/ morsus habent horribiles. et
tenaces/ unguium inmanitate armati sunt
maxima pellis firmitate est clipeo in-
muniti. horum carnes Saraceni manducant
ypotamus silicet in terra nasus in aquis
sicut in terra silicet potens est et insultat
Est autem plurium maior elephantibus
habens rostrum resupinum ungulas
bifidas caudam tortuosam dentes pru-
rigenos. dorso et hynnitu similis
equo Noctibus autem segetes depascat.
ad quos pergit et retrogradiens. ut
fallente vestigio reuertenti nulle insi-
die pareant In partibus tamen in die
Indie precipue reperitur. est autem in Ba-
bilonia quedam alia bestia quam chy-
meram appellant. alta in anteriori
parte submissa in posteriori hanc in
magnis solempnitatibus palio ope-
rientes preciosso domino suo ut ipsi ho-
norifice et magnifice seruiat Sara
ceni putant Sunt preterea quidam fului
thauri in partibus orientis condensis et
asperis fretis horridi grandi capite
oris rictu ab aure usque ad aurem
patente omnia spicula auro et impe-
netrabili tergo repellunt cornua
autem ad pugnam vicissim deponunt uel
producunt Ibi etiam sunt oves tricornes
pedes equi non habentes Mirmicaleon
aut seu formicaleon. quod idem est quod
modicum est animal aliis animalibus est
velut formica. formice autem est quasi
leo. abscondit enim in puluere insi-
diando formice autem est frumentum
portanti quam ex inprouiso perimit
et frumentum consumit/ leontopha-
nos quare dicitur quoddam animal modicum
quod capiunt venatores et exurunt
cuius cineres super carnes conspergunt Ex
quibus carnibus leones comedentes
illico moriuntur unde leones hunc di
bestiam naturali odio persequuntur quam cap-
tam statim unguibus dilaniat Ex
ea uero gustare non audent Sunt
ibi preterea porci magni et mire mag-
nitudinis habentes dentes cubiti unius
caudam etiam alie bestie magne et
horribiles capitibus siles equis ele-
phantibus fortiores tria cornua in
frontibus habentes/ mures etiam vulpibus
maiores. morsu animalia perimentes
homines licet mordeat parum tamen eos
morsibus molestat/ Alie etiam bestie a-
riete maiores facie hircina collo
velut aselli crinito/ ungulis bifidis
et cauda vitulina Sunt insuper ibi
quedam alie bestie ypotamis similes
pectore velut cocodrillus setis quasi
porci in dorsis habentes/ dentibus ad bel-
lum fortissimis. tarde in incessu. Si-
cut testudo que non lanceis et sagittis
penetrari possunt. sed malleis ferreis ab
hiis qui contra ipsas preliantur conteruntur
Sunt alie bestie pedes bifidos velut
porcus habentes. cum ungulis trium
pedum magnitudine caput porcinum
caudam habentes leoninam caudam
etiam sunt in eisdem partibus ossa quasi
ossa ferrata acuta. valde velut
gladius habent in capite cum quibus
milites armatos cum clipeis transfo-
dientes interficiunt Sunt preterea Rino-
cephali aquatice equina cum immensis
cornibus habentes flammis quas ex ore
aspirant homines perimentes In parte

etiam partibus orientis maxima et varia
procreatur serpentium multitudo etc.

De variis serpentibus capitulum lxxxiiii

Sunt autem serpentes natura frigidi
unde parum vel nichil nocent
nisi postquam incaluerint Nocte
tamen minus ledunt quam die eo quod noctur-
no rore frigescunt hyemali autem frigore
immobiles torquentur, estate vero resolvuntur
Tamen autem veneno inficit primitus obri-
gescit postquam vero calescit fit vene-
num homines inficit aviditate dicunt
autem quod nocere non possit nisi hominis sanguinem
tetigerit hominem nudum fugit ut cum dica-
tur ipsum audet molestare Caput autem
abscondens totum corpus obicit ferienti
Nam si caput eius evaserit nichilominus
vivit amisso corpore Ingressurus autem a-
quas venenum deponit postquam vero
ab aquis exierit eadem resumit Tamen
si forte casu quolibet amissa non invenerit
ibi frequenter caput alludens moritur
pre dolore Vivit autem serpens longo
tempore nam postquam senuerit ieiunando
paratas carnes consumit. donec cute
primarie laxata per foramen petre transit
ubi pellem veterem deponens inventute
recipiens renovatur. Adeo vero hominem
fugit quo plurimum nealtus moritur. De
medullis autem hominis spine serpens
creatur. Inter omnes serpentes et super omnia
que animalia maximus est draco / Tamen
abstractus a spelunca sua quamquam super
aerem fertur ipsum concitando et vehe-
menter impellendo Est autem cristatus
ore parvo et strictis arteriis fistu-
lis quibus spiritum attrahit in lin-
guam exerit dentibus non nocet / cauda
autem si quem ligaverit occidit. a quo
nec elephas tutus est Corporis sui ma-
gnitudine. auram spirando inficit
flatu pestifero mortem ingerit pedibus
carens pectore et ventre serpit De co-
rio autem eius lapis preciosus dracon-
tites excidit. Sicut leo rex est animalium
ita basiliscus rex serpentum dicitur esse
unde idem basiliscus grece quod regulus
latine Timent enim et fugiunt omnes
serpentes eo quod solo afflatu necat / Et
homines autem visu venenato inficit
ab eius etiam aspectu nulla avis ille-
sa pertransit Est autem longitudine se-
mipedalis albis maculis lineatus
terram per quam transit polluit. et exu-
rit extinguit herbas. arbores inficit
et corrumpit, quicquid morsu eius
attigerit occidit nec fera nec aliter de
pascitur. Edes autem in quibus aliqua
corporis eius particula reservatur nec ser-
pentes ingrediuntur, nec aves sedent, nec
intexunt aranee / A mustelis tamen
vincitur basiliscus quas homines ca-
vernis eius inferunt, Tamen visu
fugit serpens, ille persequuntur
et occidunt In partibus Jericho circa
solitudines Jordanis quidam serpens
invenitur qui tyr nominatur ex cuius
carnibus cum quibusdam que illis ad-
miscentur fit confectio quedam quam
electuarium, que dicitur tyriaca / omne
venenum in corpore humano superans
et extinguens Cum autem contra de
venenum valeat / contra predicti tiri
venenum nichil prodest Salamandra
grece dicitur stellio latine nominatur vel
ut dicitur cameleon / Est autem qua-
drupes habens faciem quasi lacerte cau-
dam prolixam et tortuosam ungu-
les subtiles corpus asperum cu-
tem qualis est in cocodrillis, per fert

aut ex ore quasi quanda lanam
de qua , quo contexta comburi no
pot igne eum pactum aial vivit ?
no solu no vivit sz plerumqz medi
um extinguit Est aut piger et in in
cessu vetorem suum pmit infectio
Nam si modicu ales ex eo comede
rit illico morit Inter omnia aialia
venenata maxima sz notendi v
tute Cetera eni singulos pmit hec
aut plurimos pit interimunt Nam
si arbori irrepserit poma omnia ad
eo inficit q quicqz ex eis come
derint moriunt Si aut in puteu
ceciderit vis venenj eius omnes
interimit potantes Vipera serpens
est sic dicta eo q vi pariet cuiq
natura esse traditur ut pater in co
ceptione moiat mater vero i pu
netat voluptate eni libidinis
q in insaniam versa caput mas
ore receptum precidit cuiq cum
ad partum ventri intumuerit ca
tuli no expectantes maturaz nature
solutione corrosis eius lateribus
cu matris interitu vi erumpunt
Aspis aial venenosu cuiq venenu
insanabile phibet aspis quoru
dam ibere virtute incantat ne ve
neno noceat cu vero pcepit incan
tantes vna aurem terre affigit alt
am cauda obturat ut no audiat
vocem venefici sapienter incantatis
Saura serpens est qui qndo sene
scit oculi eius cecant ipse vero in
greditur foramen parietis respiciens
ad ortu solis et oriente solis
radio . consequitur solem intendat et
sic lume recipiat Ypnapis vero ge
nus e aspidis sompno quos mor
det interimens veneno eni sompnu
immittit et quos mordet dormiendo
interimit Scitalis tanta pfulget
tergi varietate ut notarum gra vide
tes retardet Est aut tanti fervoris
pellem ut hieme deponat Cuius
morsu si quis tangit velut ardore
igneo consumit Ansibena serpens
est duo habens capita unu in loco
suo , alteru in cauda vtroqz autem
capite currit Seps exiguus serpens e
qui se simul carne et ossa veneno
consumit Serpentes dicti Tharan
te modice sunt quantitatis Illi aut
quos pungunt vehementer angustiant
et tyriaca eis subveniat quinqz
ampietate moriunt Cerastes serpens
est habens in capite cornua absco
dit aut totum corpus in pulvere
cornua sola volucribus sz potius
volucribus ostendens postqz aut
sup ea aves insederint eas inter
imit Hemorois serpens e morsu
sanguine eliciens et dissolutis
venarum meatibus totum cruorem ex
trahens morte ingerit Contra
tria gna serpentium qui filios Isrl
in deserto pmebat Erectus est ser
pens ereus in palo Hii fuisse di
cunt dispares Situle et Scorpio
nes dipsas adeo subtilis e q ei
invisibiliter pveniens cu calcatur
no videt Inducens aut timorem
et inflatione homines pmit Si
tula quos inficit siti pmit Scor
pio blandum et qui virginem

dicit͛ habē vultum sed aculeū habz in cauda venenosa. In india sunt serpentes tam robusti ut ceruos devorare dicunt͛ et ipsum occeanum transnatare. Sunt alii serpentes piper album comedentes habentes in capitibus lapides preciosos. Singulis aut annis inter se pugnantes sese mutuo ex magna parte interficiunt. Sunt etiam quidam serpentes cornua velut arietes quibus homines ventilando percuciunt et occidunt

De avibus et piscibus capitulum octuagesimum septimum

Sunt preterea in partibus orientis aves mirabiles que nusquam alias reperiunt͛. Fenix est ibi fenix avis singularis et pulcerrima magna corpore plumis unguibus et oculis decora. Dicitur aut quod in capite cristam habeat velut pavo. collum eius aureo colore refulget roseas habet pennas in posterioribus purpureas caudam habet ceruleum coloris. vivit enim multis annis. Dum aut se viderit senuisse petit locum eminentem valde amenum in cuius medio fons est magnus ubertate profluus et serenitate preclarus in cuius margine arbor est nobilis et valde sublimis. In huius vertice de variis aromaticis speciebus nidum seu sepultrum sibi construit. ex calore aut solis plausu alarum seipsam accendens de cineribus suis innovata resurgit:

Psitacus est avis indie colore viridi torque aureo. grandi lingua. bene et articulata profert verba. ita ut si eam non videas hominem loqui putas. Homines enim salutat. dicens Ave k̄ (?) chere. primo et secundo anno docilis discit et tenacius verba retinet paulo senior indocilis est et cito obliviscit͛. Nobiliores qui non. quinos habent in pedibus digitos. ceteri vero ternos. Ibis avis est inhians semetipsam purgat rostro aqua in posteriora fundens. ore pascit pullos serpentum popula ova gratissima indie sunt ex his escam deportans. Pellicanus dicitur quod pellem canam habens. Hec avis fertur occidere pullos suos. eos que per triduum lugens seipsam rostro proprio vulnerat. et se pullos occisos proprii sanguinis aspersione vivificat. Tragademadias latine dicuntur aves quas greci herodios appellant. Si grecos adeas accessit ipsis blanditur ut dicitur alias aut nationes morsibus impugnat. Sunt tamen magnitudine cignorum colore niveo duris et ingentibus rostris. Cornado vero lacrimosis vocibus dolent vel sui mutatione vel regis interitum premittendo signat. Griffes sunt aves fortissime. ultra omnem rabiem sevientes. Sunt aut corpore magno et adeo fortes quod armatos homines plerumque sepe superant. et occidunt. Onocrotalus est avis que multas simul in ventre recondit escas. postea vero exhibet et manducat. Sirene licet in parte superiori virginibus assimilent͛. pedes enim inferius avis speciem pretendunt. Sunt inter aves marinas eas deputant licet sint monstruose. In partibus indie sunt vespertiliones columbis maiores habentes quasi hominum dentes. homines aut in facie percuciunt nares et aures et alias eius membra amputantes. In eisdem vero partibus sunt alie volucres magne velut vultures rubei

rubei coloris pedibus et rostrum nigris
hominibus tamen non nocet sed tantum pisces
quos de fluviis extrahunt devorant.
In Egipto est ex ovis gallinarum in cli-
bano calefactis absque matrum incuba-
tione pulli procreantur unde et habent
ova tot pullos eodem die predicto artifi-
cio si placet habere possint. Sunt preterea
columbe que fungentes nunciorum of-
ficio litteras dominorum suorum sub alis depor-
tant modico tempore multa terrarum spacia trans-
euntes. Sunt autem valde necessarie
maxime quando per terras inimicorum alii nuncii
transire non audent. De hiis vero avibus
quas Alexander vidit in Perside que si
in faciem egrotancium inspicerent conva-
lescebat. si autem respicere noluisset. et
absque dubio moriebantur. Et de hiis
plus quas sanctus Brandanus vidit in
quadam excelsa et pulcerrima arbore
quarum una respondit ei quod essent spiritus
penitenciam suam ibidem facientes in corporibus
volucrum facientes. Utrum verum sit
aut possibile prudenti lectori relinquimus
iudicandum. In flumine Ganges sunt
Anguille longitudine xxx pedum
In quo etiam quidam vermes sunt qui instar
concubina habent brachia longitu-
dine vi cubitorum quibus elephantes
corripiunt et undis immergunt. Indi-
cum etiam mare gignit testitudines
de quarum testis capacia hospicia sibi
faciunt homines. Sunt et cancri in ma-
ri occidentali qui homines apprehendunt
et submergunt. Habent autem ter-
ga dura velut cocodrilli. Sunt ibi
pisces ex quorum pellibus homines am-
pla et pulcra sibi faciunt indumen-

ta. In fundo vero occeani quidam sunt
pisces cum animalibus terrestribus similitudinem
habentes quorum quidam pedibus ambulantes
fructus arborum in imo maris nascen-
cium manducant. Echinus piscis est semipe-
dalis tante virtutis ut navem adherendo
retineat. Ruant venti seviat procelle
tollantur fluctus navis tamen quasi
radicata stat immobilis. nec potest prece-
dere piscicolo non tam cum detinere quam ei
adherente. Murenas feminei sexus
tantum esse dicunt. et a serpente concipi
unde a piscatoribus tamquam a serpente
sibilo evocantur. Fustibus et malleis dif-
ficulter interimuntur. Capite percusso vix
interimi potest cauda statim necantur.
In quibusdam conchis marinis preciosi
lapides inveniuntur. Dicunt enim quod tempore
nocturno littus adeunt et rore celesti mar-
garitas concipiunt. decrescente luna
evacuantur crescente iterum implentur
Ostree autem sunt species concharum seu
coclearum quarum carnibus cancri miro
ingenio vivunt quia cum testas earum
aperire non valent explorant in insi-
diis qui claustra aperiunt et latenter
inicientes lapillum impedita conclu-
sione carneas earum corrodunt. Del-
phini pisces sunt qui tempestate immi-
nente in superficie undarum apparentes
ludunt. Cethe autem omnium piscium ge-
nus maximum est habet tamen strictos
oris meatus unde non nisi parvos pis-
ciculos deglutit quos odoriferos oris
anhelitu evocatos et ad se tractos
in ventrem suum mittit. Rumbus
vel sturio idem facit Cum autem
tempestas oritur in mari attollit

se super fluctus ex unda aut cete si-
ita magna sunt quod insule vel montes
videantur, quibus urgente tempestate:
naute naves religantes dum credunt
se super solidam terram manere ignes accen-
dunt, quos belua sentiens, tam naves
quam nautas secum trahit in profundum

De lapidibus preciosis capitulum lxxxviii

Sunt preterea in partibus orientis la-
pides preciosi amiabilis virtutis
et incredibilis experimenti. Ada-
mas in ultima India reperitur lucidi
coloris et ferruginei quantitatem nuclei
nucis avellane non excedit. Duricia
sua omnibus metallis resistit, hircino
tamen sanguine recenti et calido rum-
pitur. Igne non calescit. Ferrum occulta qua-
dam natura ad se trahit. Acus ferreos postquam
adamantem contigerit ad stellam
septentrionalem que velut axis videtur
firmamenti, aliis vergentibus non movetur
semper convertitur. Unde valde necessarius est
navigantibus in mari. Iuxta magnetem
positus non sinit eum rapere ferrum.
Quod si magnes ferrum attraxerit
accedente adamante ferrum rapit au-
ferendo predam magneti. Dicitur autem quod
fugat venena, artibus maleficiis
resistit, noctis fantasmata et sompnia
vana repellit. Insanis etiam multum pro-
dest tractus adamantis. Magnes ferri
lapis inclitus ferruginei coloris, adeo
apprehendens ferrum ut cathenam faciat
anulorum. In magicis prestigiis utuntur
eo magi. Valet etiam contra ydropisim
et contra ignis adustiones. Est ibi Sma-
ragdus coloris viridissimi, cuius corpus
cum planum et extensum fuerit, velut
speculum ymaginem reddit, oculos in-
tuentium recreat et confortat, valet etiam

contra emitream et contra morbum caducum.
Prodest etiam contra motus libidinis compescen-
dos. Eius vigor accendit si fuerit vino ab-
lutus et oleo olivarum perunctus. Est ibi car-
bunculus qui et antrax grece dicitur, et
vehementer rubet, eo quod vibret coloris sui
lucens in luce et tenebris plus quam
ignitus carbo, flammas ad oculos vibrans
et effundens velut ignem. Est ibi za-
phirus sereno celo colore similis, mirum tamen
quantumcumque purus se ymaginem speculi
ostendit. Dicitur autem vegetare et conforta-
re membra gestantium ipsum, tumores se-
dat, sudorem restringit, ardorem refri-
gerat, interiorem ulceram sanat, ex oculis
sordes et ex fronte tollit dolorem, mor-
bum lingue medetur. Hanc gemmam in
maleficiis suis utuntur nigromantici.
Est ibi topasius aurei coloris ymagi-
nem intuentium eversam reputans. Est
autem frigide nature et valet contra
luxuriam. Undas bullientes compescit.
Prodest etiam emoroidis. Est ibi lapis
viridis et translucentis coloris, inveni-
untur tamen aliorum colorum qui non adeo
sunt preciosi. Valet contra fantasmata
et febres et ydropisim. Mulieribus
etiam parturientibus fertur prodesse. Est ibi
Ametistus purpurei coloris et vio-
lacei. Multum valet vinum potantibus
nam contrarius est ebrietati. Est ibi
Achates habens albas venas nigro
permixtas, valet contra venena et
sitim. Persis fove dicitur; quod autem dicitur
conferre gratiam et facundiam, magicis
ascribendum superstitionibus quam fidei. Item
Albestus lapis est Archadie ferrei
coloris qui semel accensus numquam potest
extingui. Pirites lapis est persicus

fului coloris tenentis manu si vehement
premat' urit adeo q teneri no possit
Gagates lapis est niger lucidus planus
et leuis ardet in aqua oleo extin-
guit' calefactus confricatione paleas ad
se trahit prodest ydropicis ablutus aq
dentes labefactos consolidat fumus eius
mulieribus menstrua reddit et multu pdest
caducis valet et cont' infirmitatez ve-
tris et precordiorum aqua et in q tribus
diebus immergit' valet parturientibus si bibat
ut cicius liberent' valet cont' magoru
prestigia fugat serpentes vnde aquila c9
serpentes ponit ipm in nido suo Dicit
tame sergius q aquila tanti caloris
est q oua sua cubans decoqueret nisi
gagantem lapidem frigidissim nido
adhiberet Est ibi petra Ethites q faci-
lime igne vicino accendit' Hunc similiter
Aquila collocat in nido suo Sunt at
bini Masculus et femina prosunt vero
no solum aquile ad pariendu oua sz
pugnantibus alligati prius celeritate effi-
ciunt Jacinctus lapis e glaucus flore
purpureo no pt scindi nisi fragmentis
Adamantis in ore positus frigidior existit
confortat homine suspiratione tollit Lli-
gurius ex urina lincis procreat' hns
colorem et electri trahit ad se paleas
si fuit confricatus ictericis valet et con
dolores stomachi et con ventris pturba
ciones Allectorius similis e cristallo
uel aque limpide In ventre galli
gallinacei si castratus fuit reperitur post
qua tribus annis vixerit Nunqz exce-
dit fabe quantitate Postqz aut predictus
lapis in ipso fuerit postea nunqua
bibit Hunc lapide si quis in ore suo
posuerit sitim penitus extinguit valet
et frigidis qui coire no possunt Celidonius
lapis modicus e qui in hirundine reperit'
Est aut niger et quiqz rufus valet
cont' insania et cont' lunatica passioz
et cont' febres et cont' noxios humo-
res aqua ablutus infirmis oculis prodest
Crisolitus auro imitat et velut ignis
scintillat mediu habens colorem inter
ceruleu et viridem in Ethiopia reperit
et mixtum valet con nocturna fantasma-
ta Abide et reperit' Crizopasius qui
de nocte lucet de die aut obscuris est
Berillus in India reperit' conspicuus
oleo uel aquis marinis assimilat' color
Aqua ablucionis eius valet infirmis
oculis prodest et con eructuaciones et
suspiria et cont' epatis dolores Sar-
dius aut et Onychinus lapides sunt
preciosi quos in racionali ante pectus sacerdotis
dns cum x alijs margaritis ferri pre-
cepit in lege Sardius rubore bis similis e
Onichinus aut vnguis hominis habet
similitudine Reperit' aut in flumine paradisi
qui phison nuncupat' Hic aut ruborem
candori permixtum Sunt insup alie
gemmarum species in partibus orientis ad com
mendacione aut potencie diuine ut
confiteant' domino opera eius Hec
predicta de lapidibus preciosis sufficiant ciat

De mirabilibus hominibus et de Epistola
Dindimi ad Allexandrum de
Bragmanis capitulum lxxx ix


Unt petra in partibus orientis
quidam homines ab alijs
mundi nacionibus valde dis-
similes Sunt ibi Dona-

sores egregie in armis milites iuxta
montes Caspios in insula undique flu-
mio clauso commorantes Sunt autem plus
quam ducenta milia predictarum mulierum
absque virorum consortio. seorsum in predicta
insula habitantium tenentes gladium et ad
bella doctissime. Tercio mitres cum regi-
na sua a pluribus reuiuntur a viris suis p
per extra insulam commorantur adorantur.
Semel autem in anno transeuntes ad ma-
ritos postquam reuerse fuerint si que masculum
peperit ipsum per vii annos nutriunt. et post
ea patri suo transmittunt. Si vero femi-
nam pepererit ipsam secum reseruantes
custodiunt sicut autem in quibusdam volu-
minibus femine fortiores sunt viris suis:
Cumque ad bella procedentibus mariti
earum domi remanentes quiescunt. Et quoniam
quam ex frequenti usu libidinis multi
corporibus consumuntur Tercio Quanto vari-
us coeunt tanto propter virgines for-
tiores sunt et magis ydonee ad pug-
nandum Sunt alii homines qui Oxi-
drates i. nudos sapientes in nuditate
enim et paupertate et humilitate am-
bulant contempta transitoria et fallaci
mundi huius vanitate in tuguriis et
speluncis habitantes non habentes ca-
stalia vel ciuitates Nulli autem nocent
nec armis contra aliquos se defendunt
Vxores et filii eorum seorsum habitant
cum animalibus que ad vitam sobriam conue-
niunt sustentanda. hos homines cum
Alexander macedo reperisset valde mi-
ratus ait illis Petite a me quid vul-
tis et dabo vobis qui respondentes
dixerunt Da nobis immortalitatem
quam super omnia desideramus Alexander

enim diuitias non curamus quibus Alexander
Mortalis cum sim immortalitatem quomodo
vobis dare possum Cui illi Si mortalem
te agnoscas quare tot mala faciendo dis-
curris Sunt alii homines valde mirabiles
ultra Gangem fluuium habitantes quos
Bragmanos appellant Quorum religionem
et mores et ritus et exempla subse-
quenti quam predicto Alexandro scribendo di-
rexerunt Scripsit enim eorum rex Dindimus
in hunc modum Dindimus Brag-
manorum didascalus Alexandro regi gau-
dium Cognouimus per tuas literas quod desideras
scire quid sit perfecta sapientia Requiramus
ex hoc cognoscimus te multum sapientem
esse et valde laudamus quod desideras
scire perfectam sapientiam quod melius est
omni regno quia Imperator qui nescit
sapientiam non dominatur subditis suis sed domi-
nantur illi subditi Tamen impossibile
nobis videtur ut vos possetis tenere vitam
et mores nostros quia nostra doctrina multum
est separata a vestra Nam neque deos coli-
tis sicut nos colimus neque vitam quam vos tene-
tis tenemus voluissem a te petere veni-
am pro hac causa unde nos rogasti
super omnia quia nichil prodest si scripsero
de vita et consuetudine nostra tempus
enim non habes ad legendum eo quod occu-
patus es in causis bellorum. Quod ne dicas
quod pro inuidia hoc fecerim Tantum-
modo possum scribere de hac re unde
nos rogando mandasti scribere Nos enim
Bragmani simplicem et puram vitam
ducimus nulla peccata facimus et no-
lumus plus habere nisi quantum racio nec
nature exigit omnia patimur et
sustinemus Illud dicimus esse necessarium
quod non est superfluum apud vos nos

illiciatum est arare campum cum vomere
et terram seminare et boves ad currum
iungere et retia in mare mittere ad capiendos
pisces aut aliquas venationes facere sive
de quadrupedibus terre sive de avibus celi.
Habundantem cum habemus annonam et nul-
lam aliam annonam querimus ad mandu-
candum nisi quam mater terra producit sine
hominis labore de talibus cibis implemus
mensas nostras qui nobis non nocent et
de ipsis cibis non multum implemus ven-
trem nostrum quia ebrietas non est apud nos
extensio ventris. Proinde sumus sine
aliqua egritudine dum vivimus et quamdiu
dum vivimus semper sanitatem habemus.
Nullam medicinam nobis facimus nullum
adiutorium querimus pro salute corporis
nostri. Non timemus mortem vita nostra
finitur quia non vivit unus plus altero
sed secundum ordinem nativitatis unicuique tem-
pus mortis succedit. Nullus autem de no-
bis ad focum sedet pre frigore quia
nullum frigus corpora nostra aliquando
senciunt et stamus semper nudo corpore
contra ventum. Desideria corporis nostri
non facimus omnia per patientiam suppor-
tamus. Tu autem Imperator omnia ista
vince et si istos inimicos quos intra
corpus habes viceris iam fortiter inimicos
habere poteris. Ipse est hanc causam pug-
nas cum inimicis quos foris habes ut et nos
inimicos intrinsecos quos intra habes. Nos
autem Bragmani omnes inimicos quos
in corpore nostro habuimus occisos ha-
bemus et ideo inimicos quos foris habemus
non timemus nec adiutorium ab aliquo
querimus contra illos neque de mari neque
de terra sed securi semper et sine aliquo
timore vivimus. Corpora nostra semper coop-
ta habemus de frondibus arborum et fructus
earum manducamus lac comedimus et
aquam de fluvio bibimus laudes deo semper
canimus et desideramus vitam futuri seculi
et non desideramus ullam causam audire
que non pertinet ad utilitatem et non loqui-
mur multum sed cum locuti fuerimus
non dicimus nisi veritatem et statim tace-
mus. Divicias non amamus. Est enim in-
saciabilis tam cupiditas que solet ad
paupertatem adducere homines cum non pos-
sint finem facere acquirendi. Inter nos
nulla invidia est. Nullus inter nos
fortior vel potencior est altero. Paup-
ertatem habemus et per eam divites sumus
quia omnes illam communionem habemus.
Litem non facimus nec apprehendimus arma.
Pacem habemus per consuetudinem non per
virtutem. Iudicia non habemus quia non
facimus unde ad iudicium ire habeamus.
Una lex contraria est iure nature quia
primam nullam facimus eo quod nec nos
talem causam facimus unde ad insani-
am cordis ire debeamus. Culpas ali-
cui non dimittimus ut per eas deus re-
mittat nobis peccata nostra nec damus
divicias nostras pro peccatis nostris sicut
vos facitis. Nullum laborem facimus qui
ad avariciam pertineat membra nostra
libidini non tradimus adulteria nulla
committimus nec aliquod vicium facimus
unde ad penam ire debeamus sicut
vos qui de malo quod facitis. Quando
penam inde facitis sic loquimini intra
vos de ipso malo quod facitis velut
contra inimicos loqui soletis. De factis

aut nichil loquimur quia omnes rerum
facimus. Subitaneam mortem non patimur
quia per predicta facta ipsum aera non corrum-
pimus. Nullum vestimentum in variis colo-
res tangimus. femine nostre non ornantur ut
placeant et ipsum ornamentum pro pondere
computatur quia nolunt putare esse pro
ornamento. Sed tantum in ea natura qua
nate sunt. Nam quis potest nature opus
imitari. Quod si aliquis illud imitari
noluit, certe non potest recte factum criminosum
est. Balnea non facimus neque aquam
aquam calidam ut corpora nostra lavetur
Sol enim nobis calorem dat. et de rore
infundimur. nullam cogitationem super
aliud habemus non dominamur super homines
qui sunt nostri fideles. Alioquin crudelitas est
premere homines ad servicium. que nobis
ipsa natura fratrem dedit et qui est creatus
ab uno patre celesti. sicut et nos sumus
Petras non resolvimus in calcem ut facia-
mus nobis domos ad habitandum neque
vascula nisi de terra facimus. In fossis
aut et speluncis morum habitamus ubi
nullus sonus ventorum auditur et ubi
nullam pluviam timemus. in terra dor-
mimus absque solicitudine Nos enim tales
domos habemus in quibus dum vivimus
habitamus. et dum morimur habemus illas
pro sepulturis. ad negociandum per mare
non navigamus ubi et multa pericula
sustinet qui illuc navigat et multa
pericula ac miracula cognoscunt. Nos artem
non discimus ut bene loquamur per simpliciter
omnia dicimus. que nunquam nos permittit
mentiri. Scolas philosophorum non
frequentamus in quorum doctrina discor-
dia est. et nichil certum atque stabile sed
semper mendacia sed illas frequentamus
in quibus discimus vitam et que de-
monstravit nobis homo quod in scripturis
ostenditur et non docet nos aliquem loqui
sed facere veritatem. ista docet alias nos
imitare et non discimus in eis aliquam
causam que nobis aliqua tristiciam
faciant. ludos nullos amamus si autem
volumus facere aliqua que ad ludum perti-
net. legimus facta predecessorum nostrorum
et nostra. et cum debemus ex inde
tunc plangimus tamen videmus alia
in quibus admiramur et delectamur. hoc
est celum optime replende ex stellis
solem rubicundum in cursu suo et radios
eius illustrare totum mundum videmus
mare semper purpureum esse. et cum illic
tempestas surrexit non dissipat in-
tima terram sicut in nostris partibus facit
sed complectitur eam sicut sororem suam
Ibi videmus cottidie diversa genera
piscium et saltum dare et ludere delphines
Etiam delectamur videre florentes cam-
pos de quibus naribus nostris suavissimum
odor ascendit et de optimis locis plu-
rimorum avium et fontium ubi audivimus
cantilenas avium. Hanc consuetudinem
semper habemus nostra eterna natura. Hanc
consuetudinem semper habe Imperator. et
si tenere volueris credimus quod durum
tibi esse videbitur. et si nolueris eam
tenere non est culpa nostra quia de hiis
nos rogasti et mandasti per has litteras
scriptum tibi dicimus sed tamen si
placet dicemus aliquantulum de nostra
doctrina per quam nostra tibi dura
esse videbitur. Vos parcoli atque
homini fluminis splendido auro creteris
absque colore et pauperes reddidistis

vos Nilum flumen bibendo a suo cursu
minuistis vos monstratis ut horribilem
occeanum navigaret homo vos tartare-
um custodem i. canem Cerberum sopiri pos-
se precio confirmastis vos omnia manduca-
tis vultum semper ieiunum portatis vos
in sacrificio filios vestros interficitis vos
facitis adulterari matres vestras vos
mittitis discordiam inter reges et sub-
humiles per vos superbi facti sunt. vos
suadetis hominibus nequaquam sufficere
eis spacio terre sed celi querere habi-
tacula [illegible] atque provocatis vos et per
vos deos multa mala committitis
sicut illi fecerunt Nam testimonium potestis
accipere a Ioue deo vestro et a proserpi-
na dea vestra quam colitis quia ille
multas feminas adulteravit et illa
multos viros secum concubere fecit.
Vos homines non dimittitis vivere in
sua libertate sed servos illos habetis.
vos non iudicatis recta iudicia vos fa-
citis iudicibus mutare legem vos mul-
ta dicitis que debent fieri et non fiunt
vos non tenetis aliud sapientem nisi
illud qui habet facundiam loquendi
omnem sensum in lingua habetis et to-
ta sapientia vestra in ore vestro consistit
et quamvis potestatem habetis in lingua
vestra multa loquendi multo tamen me-
liores sunt illi qui sciunt tacere vos
argentum et aurum colitis et desideratis
habere maximas domos et multos
servos et tamen tantum manducatis et
bibitis quantum alius homo manducat
et bibit Omnia tenetis et domina-
mini super illas divicias quas habetis
sed sola sapientia Bragmanorum

vincit vos in omnibus et sicut nos con-
sideramus illa vos mater genuit quem
et lapides vos ornatis sepulcra vestra
et in vasis generum cineres corporum
vestrorum reponitis vel quid enim peius
esse potest quam quod ossa que terra recipere
debet vos ea manditis et delectabilem
vobis miseri sepulturam constituitis et
non dimittitis ut in sinum suo recipiat
terra quos genuit Distant homines
quale meritum imitatoribus vestris post
mortem relinquitis Nos in honorem
deorum pecudes non occidimus neque te-
plum facimus nobis statuam auream vel
argenteam ponamus cuique dei sunt
vos facitis neque altaria aurea et gem-
mis facimus vos autem talem legem
habetis ut de omnibus bonis vestris ho-
noretis deos vestros ut vos debeant
exaudire vos non intelligitis quia deus
non per precio neque per sanguine vituli neque
pro sanguine hirci aut arietis exau-
dit aliquem hominem nisi per bona o-
pera que deus diligit . et per verba
orationis exaudit hominem orantem
quia in verbo tantum homo est similis deo
quia deus verbum est et verbum istud
mundum creavit et per hoc verbum vivunt
omnia Nos autem hoc verbum colimus hoc
adoramus hoc amamus Nam deus
spiritus et mens est adeo non amat a-
liud nisi mundam mentem. Ex multis propter ni-
mium vos insipientes esse dicimus qui
tenetis quod anima vestra celestis sit et
quod deos habeat comitatem vos autem
sordidatis illam de adulterio et for-
nicatione et servitute ydolorum vos
istas causas amatis istas semper
facitis quas tamen facitis quamdiu vivitis

iudici non estis, et post mortem ex inde
tormenta sustinebitis, vos denique spatis
deum habere ventrem pro carne et sanguine
quia ei offertis, vos non servitis vni
deo qui solus regnat in celo, sed multis
diis servitis, vos tot deos colitis, quot membra
in corpore habetis. Nam homines dicitis
esse mundum parvum, et sicut corpus hominis
multa membra habet, ita dicitis diversos
deos consistere in celo, et vnicuique partem
vestri corporis attribuistis, et pro hiis sin-
gulis victimas occiditis, et nomina illis
exquisita donatis. Affirmantes mi-
nervam pro eo quod fuit inventrix multo-
rum operum nata de capite Jouis et
tenere sapienciam, propter inde dicitis eam tenere
capitis summitatem. Item Junonem
pro eo quod fuit iracunda, dicitis esse deam
cordis. Martem pro eo quod fuit preses
bellorum, dicitis esse deum pectoris. Mer-
curium pro eo quod multum loquebatur,
dicitis esse deum lingue. Herculem pro
eo quod xii fecit virtutes mirabiles dici-
tis esse deum brachiorum. Bacchum pro
eo quod fuit inventor ebrietatis, dici-
tis esse deum gutturis, et fecit stare
super guttur hominis, quo stetisset super
cellam vino plenam. Cupidinem pro
eo quod fuit fornicator dicitis tenere
facculam ardentem in manu, cum qua
accendat libidinem, propter inde dicitis eum
esse deum iecoris vbi habitat ma-
xima pars ignis corporis. Cererem
pro eo quod fuit inventrix frumenti dicitis
esse deam ventris. Venerem pro
eo quod mater luxurie, dicitis deam membro-
rum genitalium. Totum enim corpus
dividitis inter deos nulla parte corporis
vestri parti relinquitis et non tenetis
quia corpora vestra vnus deus qui est

in celo creavit. Ex inde tamen nullam graciam
reddunt vobis ipsi dii vestri sicut liberis
sed ut colonis et subditis imponunt vobis
tributum, atque alii alia tributa offerunt
a vobis. Marti denique offertis ipsum
Baccho hircum, Junoni pavonem, Jovi
mactatis taurum, Apollini occiditis
agnum, Veneri ymmolatis columbam,
Minerve noctuam occiditis, Cereri far
sacrificatis, Mercurio mella soluitis,
Herculi altaria ex frondibus arboris
populi ornatis. Templum Cupidinis
rosis ornatis, et si necessitas evenit
vobis non volunt commune sacrificium
nec communia templa, sed vnusquisque
deus proprium sibi petit. Statim quod
assequuntur vnusquisque aut deus de
hiis quos colitis, sive avem, sive serpen-
tem, sive quadrupedem, sive quamcunque
aliam causam consecratam. In illis
est illorum potestas, non in corpore vestro
qui non habent potestatem nisi in anima-
libus que illis offeruntur. Certe digna
tormenta sustinebitis post mortem
propter vestros errores. Veneratis enim non
rogatis deos adiutores, sed carnifices
qui membra vestra per diversa tormenta
dividunt. Necesse est enim tot tormenta
sustinere corpora vestra, quot deos dicitis
habere potestatem in corporibus vestris. Vnus
deus facit vos fornicari, alius bibere,
alius litigare, omnes vobis imperant
et vos omnibus servitis, et omnes coli-
tis, et miserum corpus vestrum debet
deficere propter multa servicia que facitis
vestris multis diis, et rectum est vos talibus
diis deservire, propter tanta mala que
facitis et quia non vultis cessare a
malis. Ideo servitis talibus diis qui

vobis imperant omnia mala facere
Si vero exaudierint vos ipsi dii vestri
quando eos rogatis dampna faciunt in
consciencia vestra. Si aut nos non
exaudierint erunt contrarii desid-
eriis vestris quia non de alia causa ro-
gatis eos nisi de malo suo sive ex-
audierint sive non exaudierint vo-
bis semper nocent Hec sunt dee vestre
que dicuntur furie que peccata hominum post
mortem iudicant per furorem. Hec sunt
illa tormenta que vobis doctores
vestri dixerunt. Et re vera vos velut mor-
tuos iam in isto seculo cruciant. Est
enim si bene volueritis considerare
nec peiorem causam potest aliquis susti-
nere quam vos modo sustinetis. Et
quanta similiter dicunt doctores vestri
esse aput inferos, vos estis pene
plurime sunt in inferno. Et vos penas
modo patimini, qui vigilatis propter
committenda adulteria et fornica-
ciones et furta. Dicunt tantum
malum esse in inferno quod semper esu-
riant et numquam saciantur. et vos tantam
cupiditatem habetis acquirendi divi-
tias ut nullo tempore saciamini. Di-
cunt cerberum esse in inferno qui
habet tria capita et venter eius si concu-
piscatis, sic est quam cerberus propter
multam comestionem et bibitionem
Similiter dicunt quod sit in inferno
serpens qui vocatur ydra. et vos
propter multa vicia que per saturitatem
ventris habetis ydra dici potestis
Et omnia alia que doctores vestri
dicunt esse in inferno. Si considerare

velitis propter multa vicia vos estis. Heu
vo vos miseri qui talem fidem tenetis
unde post mortem tormenta sustinere de-
betis. Et iterum in secunda epistola inter alia
sic ait Nos non sumus habitatores huius
mundi. quia semper hic esse debeamus, sed
sumus peregrini in hoc mundo, quia morimur
et pergimus ad domos patrum nostrorum
Non gravant nos peccata nostra nec ma-
nemus in tabernaculis peccatorum. Nullum
furtum facimus et per nostram consciencia
quam habemus in publicum non eximus
Deus autem creavit qui omnia creavit
in mundo, varias operatus est causas quia
non poterat constare mundus ut per
diversitatem multarum rerum, et dedit arbi-
trium homini ad discernendum de omnibus
que in mundo sunt. Quicunque ergo
dimiserit peiora et secutus fuerit me-
liora hic non est deus sed amicus dei
Nos enim quia patre et timemus vivimus
ideo dicitis quia aut deos nos facimus
aut contra deos invidia habemus
Ista suspicio quam de nobis habetis
ad vos pertinet Nam eo tantum in-
flati sitis de prosperitate quam habetis
ponitis super vos gloriosum ornamentum
mittitis aurum in digitis vestris sicut
femine faciunt, unde sciatis quod de hac
causa unde speratis vos esse maiores
ad veram humilitatem nil vobis prodest
De auro enim non fiunt anime beate, neque
corpora humana exinde saciantur magis
de hac causa viciantur. Nos autem qui
veram humilitatem cognoscimus. et sumus
[illegible] naturam auri, quando sitimus, imus
ad flumina ut bibamus aquam ipsam

~~velles ipse nulla vita vos~~ ante aur-
tum pedibus calcamus aurum aut tollit
famem neque sitim Si sitierit homo aut
et biberit aquam tollitur sitis eius Similiter
si esurierit et comederit cessabit fames
eius Si ergo desiderium natura auri esset
cum acciperet illud homo sine dubio ces-
saret cupiditas illius Sed ideo malum
est aurum quia quanto incipit homo
illud habere magis augetur cupiditas
illius et nunquam malus est homo honoratur
et colitur a vobis quia omnis homo
cum tali homine habet dilectionem qualis
ipse est. vos enim dicitis ut non curat deus
mortalia edificatis vobis templa sta-
tuitis altaria et delectamini quando ibi occi-
duntur animalia et nomine vestro nominatur
Hoc factum est patri tuo hoc avo tuo
cunctis quoque parentibus sic et tibi pro-
mittitur Vos autem nobis qui recta
videmus voluistis adducere tenebras ceci-
tatis vite et non dimittitis nos ut pla-
gamus de miseriis vestris non tantum
beneficium prestat homo homini perdito
quantum plangit eum Ex hiis patet quod
religiose et secundum legem nature vixis-
sent isti Bragmani quod nec legem
mosaycam nec legem evangelicam audie-
rant si se peccatores humiliter agnovissent
secundum quod dicit Johannes Apostolus Si
dixerimus quod peccatum non habemus nos met-
ipsos seducimus aqua enim vere humilis
de fonte paradisi emanantem in libris
gentilium non reperimus Sunt preterea ho-
mines in partibus orientis qui amore
alterius vite in igne se mittere non
formidant Sunt alii qui parentes
propriis nimis confectos senio mactare

solent et carnes eorum ad epulandum
preparare immensam reputant pietatem
et magna religione Hos autem qui hoc
facere renuunt tanquam impios et ireli-
giosos detestantur Sunt ibi quidam
homines magni velut gigantes qui
ut elephantes facilime transiliunt
Sunt alii adeo parvi ut cubitum
longitudinis vix excedant Sunt
matres que simul parientes canos
partus proferunt qui cum diu vivere
in senectute nigrescunt Sunt alie
que quinquennes pariunt sed partus
non nisi viii° annis vivere possunt
Sunt alii qui pisces crudos mandu-
cantes ymmo etiam salsum mare biben-
tes Sunt alii qui manus habent
aversas et in pedibus octo digi-
tos Alii plantas pedum habent
suppositas Alii canina capita ha-
bentes et ungues aduncos pellibus
pecudum induti pro voce latrant
Alii ita parvum os habent quod cum
calamo non nisi sorbilia comedunt
Alii carnibus humanis vescuntur hominum
autem vestigia tam diu olofactu
perquirunt quousque aquam aliquam ho-
mines quos insecuntur transierint Sunt
ibi monocli qui Arismapi et Ci-
clopes appellantur Sunt qui unum
tantum pedem habentes velocissime
currunt habent autem tanta pedis lati-
tudine quod eius planta contra solis
fervorem umbram sibi faciunt spa-
ciosam et quasi in domo sub planta
pedis requiescat Sunt alii absque
capitibus oculos in humeris habentes
pro naso autem et ore duo habent

foramina in pectore satis aute hor
ridi sunt ad modum bestiarum Sunt
alii qui solo odore cuiusdam pomi vi
uunt quos si longius ire contige
rit secum pomum secum deferunt alio
quin moriuntur si putridum senserint odorem
Sunt alii homines pluribus sex
manus per singulos habentes Sunt ibi
preterea mulieres speciose valde in fluui
talido habitantes habentes honestas
vestes armis argenteis eo quod ferro
non habeant utentes In quibusdam
vero fluuis Indie habitant mulieres
barbas usque ad mamillas habentes
pellibus animalium indute nec vi
uunt nisi de venacione Sunt ibi
preterea viri et mulieres nudi incede
ntes corpus pilosum sicut bestie
habentes eque in fluuio et in terra
habitantes Unde aut homines a
lienos uel extraneos superuenire
conspiciunt submersi in flumine
non apparent Sunt ibi homines
agrestes magni valde pilosi si
cut porci habentes et velut fere
mugientes Sunt ibi quedam
mulieres in fluuio valde speciose
excepto quod dentes habent cani
nos albe aut sunt velut nix
In quibusdam montibus Indi
e habitant pigmei duorum
cubitorum homines quibus bellum
est contra grues qui tercio pariunt
octauo autem senescunt etc

Hic non est defectus

Non vult scire satis quid in in
nus patiatur

Hec predicta que partim ex hys-
torijs orientalium et mappa
mundi partim ex scriptis beati
Augustini et ysidori ex libris et
plinij et solini preter hystorie scien-
tiam operi adiunximus si forte aliqui
incredibilia credant nos neminem
compellimus ad credendum unusquisque
tamen in sensu suo habundat et tamen crede-
re que contra fidem non sunt vel bo-
nos mores nullum periculum estimamus
Scimus enim quod omnia opera dei mi-
rabilia sunt licet propter usum et
consuetudinem hijs qui frequenter
ea intuentur nulla admiracione mo-
veantur Ciclopes enim qui omnes mo-
noculi sunt non minus forsan hos
qui habent duos oculos admirantur
quam nos vel alios qui tres ha-
bent oculos admiraremur Sic et
pigmeos pro parvis habemus ita
ipsi nos gigantes reputarent si
ex nostris aliqui apparerent vel vi-
derent In terra vero gigantum qui
maior est inter nos parvus reputa-
retur ab ipsis Nos autem nigros e-
thiopes turpes reputamus inter ipsos
qui nigrior est pulcrior reputatur
Multa vero in regionibus nostris
non admiramur que pluribus orientalibus
si audirent vel non crederent vel mira
reputarent In quibusdam enim parti-
bus flandrie aves ex arbori-
bus procreantur rostris infixis de-
pendentes postquam autem tempus
maturitatis advenit ex ramis
statim decidunt et sicut alie volu-
cres volare incipiunt Carnes earum
in xl^a manducantur nec aliqua admira-
cione ducuntur qui talia frequenter vi-
dere consueverunt In insula Thanatos
in partibus scilicet hybernie nunquam serpentes
inveniri possunt cuius terra ad quascumque
regiones deferatur serpentes necat
In insula Sardinie nec serpens nec
lupus paritur In insula Thile ar-
bores nunquam folia deponunt in qua
sex mensibus estivis semper est dies
Sex autem mensibus hyemalibus obscu-
rantur In insula etiam Sicilie mons
ethne continuis et sulphureis estuat
incendijs In vicino autem mari est
caribdis et scilla In hybernia quidam
locus habetur qui purgatorium sancti
patricij nominatur Si quis illuc ingres-
sus fuerit nisi vere penitens et contri-
tus fuerit statim a demonibus rap-
tus et necatus nunquam postea reverte-
tur Qui vero vere contritus et con-
fessus ingreditur per ignem et aquam
et per mille tormentorum genera a de-
monibus correptus ibidem purgatur
Qui autem amplius deliquerit
acerbius in eodem loco punitur Qui
etiam a predicto loco purgatus revertitur
nunquam deinceps ridere vel ludere
vel aliqua que in mundo sunt dili-
gere sed semper lugens et gemens
posteriorum oblitus in anteriora se
extendit In minori britannia
fons quidam esse refertur cuius aque

quintus

supra ignem vel lapidem proiecte
pluuias et tonitrua prouocare dicunt
In maiori aut Britania quidam sunt
homines caudati In francia quidam
cornuti aliquos eciam vidimus velut ca-
nes latratus emittentes In longo-
bardia cum buffonibus in fronte nas-
cuntur pueri si quis aut sine buffone
nascatur mater eius tamquam adultera
et que ab alienigena concepit a
marito suo reputatur In quibusdam
regionibus et maxime in extremis
Burgundie partibus circa alpes quedam
sunt mulieres guttur magnum usque
ad ventrem protensum tamquam ampho-
ram seu cucurbitam amplum habentes
Quidam aut catas in dorsis habent
strumas et quidquid in augmentum
corporis cedere debet gibbus absor-
bet et propter hoc parui sunt velut
gnani Hec predicta hij homines
apud quos talia frequenter contingunt
non admirantur Ex mutis et sur-
dis muti et surdi procreantur infantes
Ex leprosis etiam leprosi nascuntur
Non tamen ex cecis ceci vel ex
monoclis monocli vel ex mu-
tulatis nascuntur mutulati Septimo
uel nono mense pueri editus non
moritur Octauo mense natus neque-
quam viuere potest In partibus orientis
quidam siluestres homines in siluis
capti sunt qui postquam inter homines
veniebant manducare renuentes

moriebantur vel euadebant Quidam
hermofrodite seu gemini sexus
in partibus francie et alias a multis
visi sunt Comani carnes crudas
comedunt et sanguinem equinum bi-
bunt Non solum aut in hominibus sed
in brutis animalibus et in rebus ina-
nimatis quedam mirabilia sunt que
tamen ex vsu et frequencia non
admirantur Wlpecula ut volucres
capiat in via se supinam prostendit
et se mortuam et quasi sine anheli-
tu simulat Formica granum frume-
ti ne germinat in terra per medium
secat Ceruus ut renouetur flatu
serpente de cauerna extrahit quo
devorato fronte urgente veneno
fraciens postquam aquas biberit recu-
pat iuuentute Cerui aquam na-
tando transeuntes cornua ponde-
rosa clunibus suis inuicem susten-
tare dicuntur postquam aut Postquam
autem primus fessus fuerit loco eius
vltimus succedit Aranea de vis-
ceribus suis ut muscas capiat sub-
tilia facit recia Lupus si prius
hominem videat quam ab homine vi-
deatur homor raucescit Dicitur
aut quod postquam ouem rapuerit
insequentibus pastoribus ouem dentibus
non ledit sed supra dorsum suum
suauiter cum cauda permittit ne
forte ouis sentiens lesionem
dum serpam mouet fugam

lupi retardaret Simea si duos
fetus parturit vnum odio habens
alterum diligit illum quem amat
inter brachia portat alterum quem
odit dorso eius uel collo adheret
Canes soli nomina sua cognoscunt
dominos suos tenerrime diligunt
et pro eis se mori exponunt Cor-
pora mortuorum dominorum nulla fame
compellente relinquunt Cuauis
aut libenter dormiunt hospitia domini
sui vigilantes custodiunt Muscio
seu murilegus tam acute cernit
ut fulgore luminis superet tene-
bras noctis Mustela persequitur
serpentes et mures ingenio aut
calida in domibus ubi nutrit dis-
pendo frequenter locum mutat ne
reperiatur Herecius talis est prudencie
dum abscindit vuas de vite uel
poma de arbore super ea sese vo-
lutans aculeis adherentia secum
defert qui dum aliquid persenserit
statim in globum collectus ad
arma sua se conuertit Agnus
talis est nature quod matrem suam sta-
tim natus inter omnes alias oues
balatu cognoscit lupum autem
abhorrens licet numquam ipsum prius
viderit statim fugit qui tamen
viso equo uel alio animali nec
fugerit nec timet Aquila pullos
suos vnguibus suspensos ra-
dijs solis obicit quos autem
immobilem tenere viderit aciem

tamquam genere dignos conseruat et pa-
scat Si quos flectere viderit obtutum
tamquam degeneres abicit Cum uero aut
senectute grauatur sublime volans des
nubes descendit ex calore igitur
solis propinqui oculorum caligo consumitur
et penne eius grauedo alleuiatur statim
que cum impetu descendens aquis im-
mergitur et ita iuuentus eius reno-
vatur Rostrum etiam adiunctum petre al-
lidens sublato veteri nouum recu-
perat ut cibum capere valeat Turtur
pro diu marito eius viuit numquam
ab eo recedit quo mortuo numquam alij
copulatur sed solitaria incedens sicci ar-
boris ramis insidet gemens et tristis
Coruus pullos non pascit nisi plu-
mis nigrescentibus proprij coloris simili-
tudine agnoscat Grues volant
ordine litterato qui grus aut post
agmini voce castigat alias ut or-
dinem non deserant qua raucescente
alius succedit eidem officio deputato
Nocte uero inter se diuidunt excubias
vnguibus lapillos suspensos tenent
quibus somnolentos arguant si la-
pides decidat in senectu tamen nigre-
scunt Ciconie dum maria transeunt
cornices duces earum exercitu prece-
dunt maxima autem illis est affectio
circa fetus adeo ut dum nidos fre-
quenter fouent assiduo acubitu plumas
exuant serpentibus nutriant Stru-
tio ferrum comedit oua sua fouere
negligens in puluere derelinquit ubi
fetu pluuijs animatur Ardea dum

altius volat signat tempestatem
adeo enim imbres et grandines formi-
dat, quod omnes imbres volando transce-
dit. Monedula si aurum invenit vel
vel monetam furatur et abscondit.
Pavo cum inspicitur laudatur caudam
in circulum extendendo flectit et pul-
critudinem ostendit. Habet autem
pedum deformitatem quos cum conspicit
caudam deponit. Habet etiam vocem terribilem
incessum simplicem caput serpentinum
pectus zaphirinum pennas aliquantulum
rufas caudam longam et oculatam.
Accipitres cum viderint pullos tempo-
re volare et eundem pipitum atque
teneros ad predam compellunt
ne adulti pigri fiant. Accipiter
silvestris domesticas capit aves
et statim devorat. Domesticus silve-
stres rapit et domino suo reservat.
Palumbus genus est columbarum
que amisso corporali consorte sole-
taria incedit nec quidquam viride ad co-
mestendum petit neque carnale copu-
lam ultra requirit. Columba pul-
los alienos nutrit umbram accipi-
tris in aquis prospicit in alto ni-
dificat ubi male bestie non possunt
attingere, gemitum habet pro cantu
morticino non vivit, sed puro grano
felle caret gregatim incedit, nulli
rostro nocet. Upupa est avis spur-
cissima ~~pristis~~ cristis erectis ga-
leata semper in sepulcris vel ster-
coribus commoratur cuius sanguine tinctis
se inmorxerit dormitum pergens
demones quasi suffocantes se videbit.
Hirundo cognoscat tempus adventus
sui lapsum culmina numquam petit
adire avibus tamquam sacra numquam
infestatur residens non comedit sed
escas in aere volando rapit. Gal-
lus horas noctis discernit prius quam
cantus emittat alis se verberat. In
maiori autem nocte maiores et va-
lidiores format cantus. Perdix
avis est immunda et dolosa alterius ova
sua diripiens fovet ea sed pulli
dum propriae matris vocem audiunt illam
que fovit relinquunt et ad eam que
genuit confugiunt. Si quis ad ni-
dos suos accesserit obviam ei oc-
currunt pedum vel alarum debilita-
tem simulantes et quasi statim
capi possint gressus fingunt tar-
diores. Post quam autem longius a nidis
homines paulatim traxerint statim
avolant. Pulli autem cum se de-
prehendi metuunt glebulas pe-
dibus attollentes sub eis latita-
tes absconduntur. Bubo de die
absconditur querit escas de nocte
aves veretur nam eam omnes a-
ves persequuntur et dilaniant quando
eam reperire et capere possunt.
Vultur exercitum per sequitur ut mor-
tuorum cadaveribus saturetur libenter
autem pedibus graditur unde a quibusdam
gradipes appellatur. Coturnices in
estate de pulsa maria transmeant
morbum caducum sicut homines

patiuntur. Cignus plumas habet candidas, sed carnes nigras. Dicitur autem quod atharedis canentibus advolat et cantum suum ad modum atthare aptat. In rebus ergo materiatis multa sunt que homines ex usu mira esse non advertunt. Argentum vivum tante virtutis est quod si super ipsum saxum magnum ponatur, omnino resistit. Aqua frigida calci frigide suffusa ipsam calefacere facit. Solis radius album nigrescere facit, veluti cutem hominis, nigrum autem in album convertit, sicut pannum lineum. Item ceram dissolvit et liquescere facit, lutum indurat et constringit. Cristallus licet frigidus sit aqua frigida et consparsus ad solis radios ignem de se producit. Aer motus frigescit, tamen aquam motus calefacit. Ignis divisus in partes plumas non minuit, flatu hominis extinguitur, et flatu iterum accenditur. Flatus hominis frigida calefacit. Et converso autem flatu hominis que calida sunt frigida fiunt. Terra cum sit tunc ponderosa sit in se, habens nullum fundamento subsistit.

De flagellis et angustiis cristiani populi et amissione terre sancte capitulum nonagesimum primum

Quis enarrare sufficiat mira et magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius que in materiam laudis sue et in usum necessitatis nostre creavit. Vidit deus omnia que fecerat et erant valde bona. Et nichil odit eorum que fecit, solum peccatum quod non fecit, et nichilum odit, persequitur et destruit. Unde cum sex diebus solo verbo cuncta creavit, annis pluribus xxx^ta ad destruendum peccatum in mundo laboravit. Hoc solum est quod ei displicet, quod oculos maiestatis eius offendit, quod ipsum mitem et suavem nobis reddit asperum et crudelem. Hoc est quod de angelo dyabolum fecit, de amico inimicum, de libero servum, de incorrupto mortalem et corruptum, de beato miserum, de cive exulem et eiectum, de filio dei fecit filium dyaboli. Hoc est quod numquam relinquitur impunitum. Unde peccatis exigentibus predictorum hominum impiorum et criminibus prophanorum, qui terram sanctam sceleribus multimodis sordidabant, ipsum provocantibus conversus est, conversus est nobis in crudelem, qui natura benignus est et suavis. Unde facti sumus in derisum vicinis nostris et inimici nostri subsannaverunt nos. Cithara nostra versa est in luctum et fortitudo nostra redacta est in favillam, facta est quasi vidua domina gencium, princeps provinciarum facta est sub tributo. Adeo enim conclusit dominus in gladio populum suum et hereditatem suam sprevit, adeo facti sunt inimici nostri in capite et nos in cauda, quod non solum terram promissionis, sed omnes fere regiones, civitates, municiones ab introitu terre Egipti usque Mesopotamiam et ultra plus quam xx^ti dietas inimici nostri nobis violenter abstulerunt et de civitatibus quibusdam maritimis tantum duas nobis relinquentes, Tyrum scilicet et Tripolim, et insuper Anthiochiam cum paucis

munitionibus scilicet castrum quod Cursatum
dicitur iuxta Anthiochiam, Tulupam et
Hazartum et castrum album, Archas et
turem Omaldi, et castrum Nephim in
comitatu Tripolitano omnes mediterra-
neas civitates et munitiones prefatus
dominio imperii subiecerunt. Huius autem
adversitatis et amare tribulationis ca-
lamitatis et a comitatu Edessano in-
faustum sumpsit exordium. Mortuo enim
viro strenuo et in agendis provido
Jocelino comite Edessano filius eius
iunior Jocelinus a paterna probitate
et honestate degenerans, sordibus
effluens, et libidine dissolutus, Edes-
sam civitatem valde negligenter muni-
tam relinquens amisit. Sanguinis
insule dominus que est caput et metro-
polis provincie Assur civitatem obside-
te quam effractis menibus violenter occu-
pavit. Post hec vero predicto Jocelino
de divine ultionis iudicio capto a
Saracenis et in carcere Halapie fame
et inedia miserabiliter consumpto et mor-
tuo, uxor eius residuam terram quam
tenebat imperatori Constantinopoli-
tano sub anno censu resignavit. Qui
copiosam Grecorum multitudinem transmit-
tens ipsam terram contra Saracenos
se defensurum promisit. Noradinus autem
predicti sanguinis filius de recessu La-
tinorum, licet admodum paucorum gau-
dens, Grecorum autem imbellem multitu-
dinem quos molles et effeminatos
agnoscebat parvipendens eodem anno
Greculis partim interfectis, partim vero
captivatis captivitati totam terram
suo subegit dominio. Addidit super
idem Noradinus castrum quod dicitur
Harenc et ad Anthiochenum principa-
tum pertinebat per x milliaria distans
ab Anthiochia obsidens, et cum tunc
temporis Raymundus princeps
Anthiochenus interfectus esset in prelio
filius autem eius Raymundus qui ei
successerat in principatu, in captivitate
Saracenorum teneretur, ipsum castrum
facile paucis resistentibus expugnavit.
Paneadem etiam civitatem nostris vio-
lenter auferens sue subegit ditioni
regem Jerosolimorum Almarico tunc ab-
sente, et circa partes Egipti commorante.
Ex tunc cepit nostrorum deterior fieri
conditio. Residuam tamen terram
nostri defenderunt, quousque regna E-
gipti et Damasci sub diversis et
adversis dominis permanserunt. Postquam
vero peccatis exigentibus predicta duo
regna viribus duplicatis sub uno
domino coniuncta sunt regnum nostrum
quod in medio eorum constitutum est
perturbari cepit et gravius infestari.
Saracenis siquidem longe ex predicti
Noradini satrapis regnum Egip-
tum quod violenter occupaverunt nepo-
ti suo ex fratre in morte reliquit
Saladino. Hic siquidem ingenio
astutus in armis exercitatus providus
in agendis et festinus liberalis
valde et munificus non solum suis
sed etiam quibusdam ex nostris quos sibi
muneribus et promissis alliciebat
tanta mala nostris intulerit
et qui flagellum domini populum

xpianorum triturauerit totus pe-
ne mundus agnouit. postquam enim sicut
supra diximus dominum suum Calipham
Egiptium improviso occidit filio
domini sui Noradini iam defuncti
qui puer tunc temporis in Halapia mo-
rabatur regnum abstulit damascenum
proprius regni tirannis partim mune-
ribus et promissis partim metu et
violencia ad prodicionem inclinatis.
Addidit postea predicto domino suo cuius
ipse et pater eius servi fuerant
opulentissimas duas civitates
Hamam videlicet et Manbet Emi-
senam civitatem quam vulgariter Cha-
mele appellant et insuper Cesare-
am magnam. Mortuo autem predicto
Noradini filio cum in potestate
patrui eius domini Mussule iure
hereditario Halapia devenisset non
solum Halapiam verum eciam comita-
tum Edessanum totam terram usque Eu-
fratem et insuper Mesopotamie
nobiles civitates Edessam Car-
ram et universam pene regionem
predicto Mussule domino Soladinus
abstulit violenter in detrimentum
et dampnum populi christiani. Eius enim
promocio et exaltacio nostrorum erat
deiectio periculum et formido presertim
cum Saraceni qui a principio
quo primum latini terram ingressi sunt
rudes in armis erant et quasi iner-
mes cum arcubus tantum ad bella
procedebant usu et exercitio et
frequenti congressione cum nostris
regni militaris plenius adepti essent
disciplinam et more latinorum loricis et
galeis lanceis et ensibus et clipeis
uterentur. Ad cumulum autem malorum regnum
Jherusalem in manus hominis alieni deve-
nerat qui non erat de semine illorum
per quos salus facta est in Israel. Ob hanc
causam magne erant discordie et
dissensiones inter regni illius barones.

Cathologus regum Jherusalem et de preliis eorum capitulum XC ij

Primus siquidem latinorum qui
regnum Jherusalemitanum dominium
obtinuit fuit vir deo ama-
bilis dux Godefridus de Bollon
per quem deus operatus est salutem
et liberacionem terre sancte. Hic regnum
uno tantum anno strenue gubernavit
principem autem milicie Soldani Egip-
tiorum cum infinita innumera multitudine
in prelio superavit. Eo vero viam universe
carnis ingresso frater eius Baldwi-
nus comes Edessanus eidem in
regno successit. Hic primus rex latinorum
Jherusalemitanus fuit. Nam frater eius
ubi dominus spinis fuerat coronatus re-
gio diademate coronari humiliter re-
cusavit. Hic siquidem Baldwinus princi-
pem milicie Egiptii Caliphe qui
secum XI milia equitum et XXX^ta
milia peditum adduxerat cum CC
lx^ta equitibus et CC peditibus
superavit et ipsum principem cum quinque
milibus ex suis interfecit reliquis
partim captis partim fuga elapsis. In
alio vero bello maximam Ascalonitarum
et Egiptiorum multitudinem cum paucis
superavit. In tercio quoque prelio

habens secum equites quingentos i
peditum vero milia xx^ti milia Egip-
ciorum in prelio superavit / cesis quatuor mi-
libus ex eis cum preside Ascalonitarum
reliquis in fugam conversis Regnavit
autem annis xviii^o et mortuus est Cui
successit 2us latinorum rex Jerusalimitanorum
Baldwinus de burgo consanguineus eius
qui secundo regni sui anno cum septinge-
tis equitibus congressus est cum Gazi
principe turcorum potentissimo Hic de-
nique Gazi innumeram turcorum multitudi-
nem secum habens confectus est in prelio
Cesis ex suis quatuor milibus militibus
et vinculis mancipatis cum reliquis
fuge presidio vix evasit In secundo
autem prelio regem damascenum superat
habens secum c equites peditum vero
duo milia hostes autem equitum xv mi-
lia dicuntur habuisse ex quibus duobus
milibus interemptis militibus et captis
pluribus autem vulneratis Alii cum princi-
pe suo terga dederunt De nostris ante
xx^ti iiii^or ceciderunt In tercio bello
rex Ascalonitas cum Egipciis qui
ad eorum venerant subsidium in bello
prostravit In quarto conflictu Dol-
dequinum damasci rex contrivit duobus
milibus ex hostibus interemptis De
nostris autem equitibus xx^ti iiii^or ceci-
derunt de peditibus vero lxxx Reg-
navit autem annis xiii et mortuus
est Cui successit in regno gener
eius Fulco comes Andegavie et
Cenomanensium et Thuronensium
Hic cum infinita Thurcorum

multitudine que de finium partibus
ebullierat circa partes Antiochenas
congrediens tribus milibus interemptis
multis quoque captivitate detentis ceteris
fuga mortem evadentibus gloriosum
triumphum de hostibus reportavit
Regnavit autem xi annis dum in
territorio Acconensi lepore agitato
cucurrerat in preceps cum equo suo
impulso et lamentabili casu in
fata decessit relinquens duos fi-
lios Baldwinum primogenitum qui
illi successit in regno et almaricum
Hic autem Baldwinus x^o regni sui
anno quosdam nobiles Thurcorum
satrapas cum immenso exercitu suo circa
partes Tracontinas in prelio superat
interfectis ex eis quinque milibus
reliquis cum ignominia et confusione
fugientibus xv^o autem regni sui an-
no cum principe Damasci Noradino
congrediens fugiente Noradino
cum parte exercitus sui reliquis inter-
emptis rex victor campum obtinuit
Regnavit xx^ti iiii^or annis et
mortuus est sine liberis Cui suc-
cessit in regno frater eius Alma-
ricus Hic primo regni sui anno
in partibus Egipti cum Dragan
principe milicie Egipciorum congre-
diens facta magna strage hostium
de inimicis obtinuit In secundo
prelio habens secum ccc lxx^ta mili-
tes pugnam iniit cum principe
Soladini Damasci Siracisano
circa solitudines Egipti Hic at

Saracenus habebat in comitatu
suo xxvi milia turcorum arabum autem
xi milia. Eo die nocte appropinquante
a se invicem discesserunt et ex nostris
interempti de hostibus vero mille
quingentes asserunt cecidisse Regnavit
autem annis xii et mortuus est et
prefectus regno filius eius Bald-
winus hic divino iudicio lepra percussus
regnum nichilominus strenue rexit
anno siquidem regni eius tercio cum
ccclxxv equitibus circa partes As-
calone occurrens Soladino ipsum cum
xxvi milibus equitum in prelio
superavit ipse Soladinus cum parte
exercitu fugiente aliis partim tru-
cidatis partim vinculis mancipatis
de nostris autem iiii or aut quinque tantum
occubuisse dicuntur In alio autem
prelio circa tyberiadem cum ccc equi-
tibus occurrens Soladino qui xxvi
milia equitum secum ducebat hic
sicut superior mille ex hostibus inter-
emit de nostris paucissimi ceciderunt
Cum autem rex predictus propter predictam egritudi-
nem uxorem ducere noluisset duas
sorores quas habebat Sibillam
primogenitam et ysabel iuniorem
duobus viris nobilibus genere uxores
dedit Sibillam dedit willermo
de longa spata marchioni montis
ferrati ysabel vero tradidit domino
Hunfredo de thorono Mortuo autem
predicto willermo et relicto quodam
parvulo filio cui nomen Baldwi-
nus rex predictam sororem suam
tradidit cuidam adolescenti de

pictavensi comitatu Guidoni scilicet
de lesinit cui tunc eo in infirmitate
nimium gravabat totius regni admi-
nistracionem commisit deinde vero regis
indignacionem incurrens procuracionem et
administracionem amisit Rex vero con-
vocatis regni maioribus nepotem suum
Baldwinum puerum inungi fecit et
tam ipsum quam regni negocia provi-
dencie et tutele comitis tripolitani
commisit Non multo tempore post Baldwi-
no rege leproso viam universe carnis
ingresso iuniore tunc Baldwino de-
functo prefatus Guido procurante u-
xore sua Sibilla ad quam regnum
iure hereditario pertinebat sublimatus
est in regem non requisito assensu
comitis tripolitani qui totius regni
procurator tunc erat unde valde in-
dignatus presertim cum ipse ad regnum
aspiraret absque regis consensu
cum quo rancorem et inimicicias tra-
xerit cum Soladino treugas iniit
et ut maiorem in regno et contra ipsum
regem defensionem haberet et nocendi
materiam cum domino Tyberiadis et
totius galilee matrimonium contraxit
unde facta in regno periculosa valde
et perniciosa dissensio quibusdam
comiti faventibus aliis autem regi
adherentibus *Qualiter So-
ladinus contra nostros pugnavit
et bis eos superavit capitulum xxiii*

Attendens autem Soladinus
tamquam vir astutus et iure
militari exercitatus et experimen-
to sufficienter instructus quod regnum

in se divisum fuisset desolatum
et in omnibus foraminibus discordie faci-
le patet ingressus, et maxime sup-
ta occasione ex eo, quod princeps mortuo
regalis et tocius terre transiordanem
treugas quas cum Sarracenis vici-
nis habebamus maxima eorum
predam auferens confregerat ex omni-
bus sibi subiectis regionibus multitu-
dinem pugnatorum congregavit ex
egipto arabia et damasco hala-
pia et Mesopotamia tam equites
quam pedestres contra nos convocando
dicitur autem quinquaginta milia
equitum exceptis peditibus in comi-
tatu secum traxisse, premisit ante
ante faciem suam x milia equitum
electorum qui per terram comitis tripo-
litani qui tunc cum Sarracenis treu-
gas habebat per partes scilicet tybeiadis
et Nazareth usque ad suburbia.
Accon transiret ut more suo nostros
provocarent si forte incaute vel inor-
dinate persequentibus nostris possent
eos perimere vel captivos retinere nec
effectu caruit astuta machinacio
impiorum, magister enim milicie templi
cum fratribus suis plusquam lxxta
incaute egrediens cum magistro hos-
pitalis qui cum fratribus x de cas-
tello suo Belnoir revertebantur
inclusi sunt ab eis iuxta casale
roberti, licet autem non nisi c xxti
milites in comitatu suo haberent
x milibus Sarracenorum viriliter re-
sistentes, multis ex eis interfectis
ipsi tandem vero omnes interfecti sunt
vel detenti magistro autem templi
cum paucis fuga elapso magistro
vero hospitalis truncato primo
die maii cruenta de nostris victo-
riam reportarunt Ex quo facto
animosiores effecti Sarraceni
mense iulio sequenti omnibus
viribus suis in unum congregatis ul-
tima regni nostri ex parte dama-
sci civitatem tiberiadem scilicet obside-
runt Nam enim comes tripolitanus
cuius erat civitas a Sarracenis
ruptis treugis recesserat eo quod
imponeretur sibi quod contra regem
et regnum mala plurima machi-
nans Sarracenis confederatus
fuisset Munierat igitur predictam
urbem contra Sarracenos pro
posse suo in presidio delicta Dominus
autem Guido rex Ierosolimitanus
et Raymundus comes tripolitanus
cum omnibus fere tocius nostri regni
viris nobilibus cum equitibus
et peditibus quoscumque habere pote-
rant sinistris horis divini fa-
voris auxilio destituti Saladino
et suis occurrentes tentoria sua
circa fontem Zephoritanum locaverunt
de multitudine quidem sua plus
quam de divino adiutorio confidebat
a primo enim inhabitatu latinorum in terram
sanctam nunquam tot milites congregare
nequiverunt Erant enim mille ccti
milites loricati peditum cum armis
et arcubus et balistis circiter

xxx ti milia infauste expeditioni
interfuisse dicuntur. Die autem sequenti
dum noster exercitus versus obsessam
civitatem progreditur copiosa equitum
leviter armatorum multitudo de exercitu
Saladini a dextris et sinistris
nostros proterve nimis infestans sa-
gittis et spiculis tam equos quam
equites sine intermissione vulnerant-
tes in loco arido et inaquoso ex-
ercitum nostrum castra locare et tentoria
figere coegit. Quod prudenter attendens
Saladinus sequenti die postquam ad
aquas exercitus noster pervenire potuis-
sent iuxta thoronum herum ordina-
tis cum militari disciplina aciebus
nostris tam equis quam equitibus siti are-
tibus diminutis hostiliter occurrit.
Erant autem dies valde fervetes mense
enim Julio iiii° nonas eiusdem in festo
translationis sancti martini Anno
incarnationis domini m° c° lxx-
xx° vii° tradidit dominus populum christia-
norum infinitis peccatis eorum exigentibus
in manus impiorum ita quod nostri
subito terga dantes inimicis fere
omnes a maximo usque ad minimum
trucidati sunt vel detenti. Intantum
enim formidine et pusillanimitate
humiliatur eos dominus quod unus ex hosti-
bus versa vice centum persequebatur
ex nostris. et quidam arma sua pro-
icientes in manus inimicorum se ipsos
gratis tradebant. facta autem magna
strage nostrorum Guido de lisiniaco
rex ierosolimorum et magister militie tem-
pli cum multis aliis tam maioribus

quam minoris ordinis in captivitate de-
tenti abierunt absque fortitudine ante
faciem subsequentis. Ut autem certis
indiciis et evidentibus signis dominum
sibi iratum offensum agnoscerent et di-
vine protectionis clipeum ab ipsis rece-
pisse non dubitarent lignum salutifere
crucis quod die illo tenebroso secum in
prelio detulerunt lamentabili infortu-
nio amiserunt. Saladinus autem existi-
mans templariorum et hospitalariorum
ordines in partibus orientis penitus dele-
re quotquot ex ipsis capere potuit decapi-
tari precepit. **Qualiter Saladinus**
civitates et municiones nostras obtinuit. xc iiii

Qui autem de christianis casu aliquo
evadere potuerunt qui etiam in civi-
tatibus et municionibus rema-
serant longo tempore post predictum
infortunium velut mulieres meticulosi
facti sunt et emarcuit cor eorum
ita quod plures ex ipsis paucos expectare
non audebant. Unde statim post predictam
victoriam Saladino autem Accon ve-
nienti salvis personis suis resignaverunt
civitatem. Inde vero Berithum cives
absque contradictione eandem a civibus
desperatis recepit. Biblium etiam absque
ulla difficultate obtinuit. Ab Accon
autem usque ad Ascalonam de civitatibus
maximis nulla ei resistere ausa fuit.
Ascalonite vero eo quod inexpugnabilem
suam esse credebant civitatem cursum
eius pauli semper retardantes ei
responderunt quod civitatem suam
non relinquerent donec certi essent
utrum ierosolimitani civitatem suam reti-
nerent vel resignarent. Postquam
autem ante ierusalem tentoria sua

fecit hac condicione tradiderunt ei civi-
tatem quod liberi cum hiis que secum
deportare possent egrederentur et usque
in tirum securitati ab ipso deducerentur
Sic igitur de manibus inimicorum eva-
dentes postquam tripolim devenerunt in
manus deteriores prophanas et sacri-
legas inciderunt Quidquid enim secum
detulerunt comes tripolitanus raymun-
dus cum satellitibus suis filiis scilicet
qui predictis exulibus fratribus suis
compati debuerunt penitus abstulerunt
et crudeliores Saracenis se ipsos cri-
stianis exhibentes Ex quo illud mi-
serabile et a seculis inauditum ubi
refugerant refugierunt accidisse
Matrona enim quedam parvulum suum
super humeros deferens, dum ab im-
piis hostibus spoliaretur, nulli enim se-
xui vel condicioni parcebat, nec eciam
pudenda scrutari erubescerent, atten-
dens mulier illa, quod ea que Sara-
ceni pro se et filio suo nutriendo re-
liquerant, hii ad quos confugerat
rapiebant, supra modum perturbata et
spiritu tristicie et desperacionis absorta
parvum filium in mare proiecit Predictus
autem Solading Ascalone recedens
hac condicione recepit quod regem et
magistrum templi quos captivos tene-
bat restitueret libertati Inde vero
non segnis nec piger, usque tripolim
pertransiens, videns civium multitudi-
nem eis qui ad civitatem confugerant
ad resistendum parata, credens quod
de manu eius civitas non posset
evadere si tempore oportuno postquam

alias occupasset municiones reu-
terteretur versus Anthiochiam cursum
direxit Preterea cum tunc temporis circa
civitates maritimas non vellet
multum laborare, eo quod piratarum
princeps in mari potentissimus, qui
margarith nominabat, de regno
Sicilie cum lxxx galeis ad nostrum
subsidium venerat missus a strenuo
et illustri rege Sicilie willon
Hic enim postquam lamentabile casum
regni Jerusalem audierat, ab hiis
qui ad partes illas in navibus con-
fugerant, confestim eadem estate non
solum predictas galeas, sed milites
quingentos et turcopolos cccc
et victualia absque estimacione trans-
miserat ad subsidium residue terre
vir venerabilis et deo devotus
Solading autem fortuna sua impe-
tu prosperis suis non segniter urgens
infra spacium trium mensium totum
Anthiocenum obtinuit principatum
et capto castro inexpugnabili domini
Anthiocheni patriarche quod cursa-
tum appellant et civitate anthio-
cena a qua data sibi multa pe-
cunia a domino patriarcha recessit spem
certam et fiduciam habens quod aliis
undique municionibus occupatis
sola civitas domini repugnare non
posset Ipse enim iam plusquam xxv
civitates et opida in predicto princi-
patu sue subiecerat dicioni Revertens
igitur in regnum Jerusalemitanum civitatem
tyrensem que sola ex omnibus regni
civitatibus remanserat, terra et mari
cum innumerabili exercitu obsidione

vallavit. Erat autem in tempestate
illa in civitate Tyrenensi vir nobilis
et in armis strenuus Conradus mar-
chio montis Ferrati. Nam eodem die
ut dicitur quo nostri in predicto bello
corruerunt ipse de Constantinopoli
veniens illuc navigio devenit. Hic
autem civibus promisit quod defenderet civi-
tatem si eam post liberationem sibi
concederent possidendam. Cives autem
grato animo et libenti eius annue-
runt petitioni. Nam ipsi qui despera-
ti nullo modo credebant posse resistere
fortitudini Saladini qui universa-
liam occupaverat undique regionem.
Ipse tamen ex parte terre resistens vi-
riliter Saladino ex parte maris ga-
leas eius succendit. Unde Sa-
ladinus turbatus valde et iratus soluta
obsidione statim recessit. Ipse enim
atque expensis magnis et dampnis
et sine aliqua sanguinis effusione
credebat eos angustiare et ad
dicionem compellere, et revera facile
hoc fecisset nisi deus aliter providisset.
Nam castra munitissima Saphet,
Belvoir, Thoronum et Belfort
que in montanis sita erant, ipse com-
pulit ad deditionem licet a longo tempore
quia diu habuerunt victualia restitis-
sent. Quomodo enim pauci et perterriti et
impotentes homines potenti principi
resisterent, qui non solum terram Egypti
sed universam fere Siriam ipse sub-
iecerat dicioni. Que a Tigride
fluvio habens initium usque in
Egyptum protenditur et a Cilicia
usque ad mare rubrum.

Descriptio Sirie et partium eius enumeratio capitulum xc quintum

Prima siquidem pars eius que
inter Tigridem et Eufratem me-
dia intiacet Mesopotamia Si-
rie nuncupatur. Secunda pars eius
Celesiria specialiter dicitur, in qua
sita est Antiochia, cum urbibus
sibi suffraganeis, usque ad rivum
Valanie sub castro Margath. Tertia
pars Sirie Siria maritima et pro-
pria Phenicis nominatur, in qua sita est
Tripolis et Tirus et Accon, habens
initium a predicto rivo, finem vero ad la-
pidem incisum qui dicitur districtum
hodie vero castrum peregrinorum nominatur.
Quarta pars Sirie dicitur Siria liba-
nica in qua situs est Libanus, dicitur
preterea Siria damascena, nam metropolis
eius est Damascus. Quandoque tamen
simpliciter Siria appellatur nomine to-
cius parti attributo. Sit ibi caput Sirie
Damascus. Item alie partes Palestine
maioris Sirie sunt. Prima cuius pars
est Jerusalem, et hec pars Judea spe-
cialiter appellatur. Secunda cuius me-
tropolis est Cesarea maritima, et conti-
net totam terram Philistinorum. Tercia
cuius metropolis est Scitopolis que
hodie dicitur Bethsan. Sunt insuper
Sirie partes utraque Arabia. Prima cuius
metropolis est Bostrum. Secunda cuius
metropolis est Petra deserta. Sed et
Siria Sobal eiusdem Sirie maioris
est pars cuius metropolis est Sobal. No-
vissima autem pars Sirie est Ydumea
respiciens ad Egyptum. Tantum
igitur et tam potentem adversarium
tot regna sub se habentem

Item hic non est defectus

tantorum capitum belua pro peccatis
nostris tamquam divine ultionis flagel-
lum contra nos dominus suscepit

De commotione occidentalium populorum
et qualiter signati sunt ad suc-
currendum terre sancte capitulum xc vi

Interea rumores et casus lame-
tabiles universas occidentis concus-
serant regiones omnibus qui audie-
rant animo consternatis et qui vulne-
ravit dolores immensi sauciabat pre
omnibus tamen venerabilis pater Ur-
banus qui sancte Romane ecclesie
nulla tempestate periat summus an-
tistes attendens et consolabiliter
dolens quod temporibus suis orientalis e-
cclesia tam miserabilem desolationem
et tam irreparabilem incurrisset rui-
nam audiens sancta prophanari et
ab inmundis canibus conculcari pre-
tiosum salutifere crucis lignum ab im-
piis et indignis hominibus detineri
et contractam terram sanctam tanto
sanguine christianorum liberatam rursus
ab infidelibus et prophanis hominibus
occupari pre tribulatione doloris et
meroris anxietate febrem incurrens
non multum post parte febre pretium
tedio et languore vitam finivit
finivit Cui successit in pontificali
dignitate vir honestus et omni ac-
ceptione dignus Gregorius qui
peccatis nostris exigentibus post vii eb-
domadas in fata decessit postque
que ad apicem summe et apostolice
dignitatis sublimatus Clemens
tertius hic omnibus modis cum fratribus
suis cardinalibus ad succursum
christianorum liberavit qui pauci
remanserant tamquam oves inter
lupos et ad terre sancte liberationem
invitans amonens et obsecrans prin-
cipes occidentales et omnes christi fide-
les et in plena omnium peccatorum suorum
remissione iniungens quatenus christi cruce
et civitati redemptionis nostre induti
virtute ex alto succurrere non deferrent Ex
quo statim quod imperator Romanorum
Fredericus iste regnavit in anno domini
christi M. C. lxxxviii et rex Francie Philippus
et Anglorum rex Richardus et omnes
fere principes duces comites et nobiles
eisdem subiecti una cum archiepiscopis
episcopis abbatibus et aliis ecclesiasticis
personis cum populo inferiori cuique non erat
minus vivifice crucis signo humeris
suis affixo ad terre sancte succursum
voto sese solempniter astrinxerunt verbo
et exemplo invicem exhortantes et
alios invitantes adeo quod dedecus et
ignominiosum videtur si tamquam desides
et ignavi aliis pro fratribus christi do-
mi remanerent

De obsidione
et recuperatione civitatis Acconis et
de hiis in exercitu que acciderunt
capitulum nonagesimum septimum

Sequenti autem estate post am-
missionem terre sancte cum rex Gui-
do civitatem Tyrensem non posset re-
cuperare eo quod predictus marchio eam
liberaverat sibi ex pacto possessionem man-
dabat nec de toto regno suo saltem
unum casale remanserat ubi caput
reclinaret indutus verecundia et con-
fusione presertim cum tota fere sub ipsius
regimine esset amissa quasi de vita
sua non curaret cum paucis valde
quos colligere potuit Acconensem
civitatem obsedit in monte ali-
quantulum eminenti quod est iuxta

ciuitatem sua tentoria collocando
Erat autem frater eius cum eo Hal-
fridus de lisinnio vir animosus et in
armis strenuus qui gratia fratris sui
omnes alios precesserat. Peregrinos post-
quam res innotuit Soladino dicitur grates
retulisse deo suo, eo quod christianorum
reliquias cum rege suo in manu sua
conclusisset, non solum Soladino cum
innumera sui exercitus multitudine sed et
hiis qui in ciuitate erant, tam pauci
homines diu resistere non valent. Cumque
dicerent Soladino principes eius, quod
predam adeo sibi oblatam capere fes-
tinaret, fertur respondisse quod cum
isti non possent euadere, fratrem filium
quem venturum in proximo expectaret,
ut gaudium eius victorie particeps esse
vellet expectare. Ipse tamen non multis
post diebus per experientiam didicit, quam
semper nocuit differre paratis. Nam vir
nobilis et in dei seruicio probatissimus
Jacobus de Auennis cum multitudine
nauium quas [illegible] Esnesches appel-
lant adducens secum Flandrenses Bra-
bantinos et Frisones, tempore adue-
niens oportuno ante Accon sua fixit
tentoria. Multitudo insuper nobilium
et aliorum de Campania, et Burgundi-
a, necnon qui de Ytalia aduenerunt
non longo post tempore ante predictam
applicuerunt ciuitatem. Ut autem
subitas et impulsas Saracenorum
euitare possent incursiones, castra
sua fossato munierunt. Tantas
autem tribulaciones et angustias quas
predicta et detrimenta antequam veni-
rent reges Francie et Anglie per-
pessi sunt longum esset enarrare

Nam eorum machinas frequenter
Saraceni combusserunt. Multos eciam
sagittis et spiculis letaliter vulnera-
tos plurimos occiderunt. Multo tamen
plures inedia et labore et aeris
corrupcione vitam ante ciuitatem
in sabulo finierunt. Videntes itaque
nostri quod facile ciuitatem expugnare
non possent, presertim cum illi qui
erant in ciuitate acriter resiste-
rent. Soladinus vero cum exercitu
suo nostros exterius ex parte fossati
multipliciter infestaret, quadam die
contra hostes pugnaturi exierunt.
Saraceni autem licet longe plures
essent, nostros expectare non audentes
relictis castris suis fugerunt. Nostri
vero cum iam ad castra Saracenorum
absque contradictione aliqua peruenis-
sent iusto licet occulto dei iudicio
commoti et perterriti nullo insequente
fugere ceperunt. Quod videntes
Saraceni fiduciam et audaciam
resumentes reuersi ad nostros poste-
riores cedere et sagittis tam equos
quam equites vulnerare ceperunt sine
intermissione paucos autem de nobi-
libus qui turpe et ignominiosum
reputabant terga dare. Multi-
tudine sua concludentes Sara-
ceni occiderunt. Inter quos magister
milicie templi et Andreas co-
mes Brenensis cum aliis quam pluribus
die occiderunt. Hii autem qui in ciuitate
erant exeuntes et nostris occur-
rentes in reditu multos interemerunt.
Tanta vero erat gentis nostre
confusio, et perturbacio, tantus ti-
mor fugientes inuaserat quod vix

de omnibus hiis qui exierant aliquis
ut dicitur evadere posset nisi vir stren-
nuus et in armis exercitatus predictus
Galfridus de lisinio qui ad castra
remanserat reservanda cum hiis quos
secum habebat unus succurrere festina-
ret Dicitur autem casu miserabili ta-
tam unius die illo accidisse confusionem
Dum enim equus quidam domini sui ma-
nus fugiendo evasisset quibusdam
insequentibus et clamantibus credi-
derunt alii mox fugere a facie ini-
micorum et ita fere omnibus fugientibus
ad tentoria sua cum maximo dede-
core et christianitatis detrimento
redierunt Cum autem per annum et
dimidium viri qui presserant impera-
torem et reges et alios subsequen-
tes principes expectarent tanta fa-
mes et victualium penuria in exercitu
est exorta quod carnes equorum et ca-
davera mortuorum animalium compulsi
sunt manducare Modius enim frumen-
ti qui tempore pacis pro dimidio bi-
santio emebatur sexaginta bisantiis
vendebatur Ex quo factum est quod pe-
dites de exercitu tantam penuriam
amplius sustinere nequeuntes contra
mandatum maiorum usque ad xxx ta
milia contra sarracenos exissent ut
a castris eorum victualia deportarent
Postea autem astuti fugam fraude si-
mulantes incautos homines non
solum victualibus sed auro et argen-
to et variis supellectilibus oneratos
permiserunt Cum itaque sarcina-
ti et immensis oneribus pregravati
reverterentur exultantes cithara

eorum subito conversa est in luctum et
extrema gaudii luctus occupavit Sarra-
cenis enim cum impetu et clamore valido
subsequentibus non est inventus vel unus
qui resisteret inimicis Non solum autem
aurum et argentum sed etiam arma proic-
tes omnes fere vel in via prostrati sunt
vel in mari fugiendo submersi De
hiis autem qui evadere potuerunt multi pre
timore in insaniam versi sunt Sic igitur
eorum temeritatem et inobedientiam dominus pu-
nire permisit His autem diebus Sibilla
predicti Guidonis uxor in exercitu viam
universe carnis ingressa est unde regnum
ad sororem eius Ysabel uxorem viri
nobilis Henfrendi de thorono iure
hereditario devolutum est quod attendens
Marchio montis ferrati qui iam tyrum
occupaverat ut dictum est regnandi
ambitione et regni cupiditate permotus
predictam Ysabel viro suo auferens cum
ea de facto matrimonium contraxit
licet autem peregrinis tantum scelus displi-
ceret predicto viro nobili Henfredo con-
querenti satisfacere dissimulaverunt eo quod
nisi per manus marchionis a tyro vic-
tualia venalia haberent Ipse etiam
muneribus quosdam ex maioribus corru-
pit ut sibi favorem prestarent

De morte Imperatoris Frederici
et de adventu regis Francie
et Anglie et captione Accon xc viij

Dum hec in exercitu ab hiis
qui presserant varie agerentur
Imperator Romanorum Fredericus
cum virtute magna et innumera multi-
tudine pugnatorum per terram profecturus
iter arripuit Egressus autem de ulti-
mis finibus Alemanie transiens
Ungariam Bulgariam Macedoniam

et greciam per terras Saracenorum in manu
potenti et brachio extento, subiugatis
sibi Iconio Philomena et aliis pluribus
civitatibus usque in Armeniam pervenit
Unde dum estu maximo, balneandi
gratia in fluvium que Fretum appellant
incole descendisset, casu flebili sub-
mersus et suffocatus in aquis parvis
exigentibus meritis, in totius christianitatis
detrimentum, adeo enim Soladinus adven-
tum eius metuebat, quod muros Llao-
dicie et Gabelis, Tortose et Bibli
Berithi et Sidonis, eo quod per partes
illas imperatorem transiturum putabat
dirui precepit solis munitionibus oppi-
dis videlicet et turribus reservatis Sed
rex Francie Philippus et Richardus
rex Anglie postquam Brundisii poste-
riores exercitus sui expectantes hyema-
verunt, in vere subsequenti cum navibus
et galeinis, cum equis, militibus et bel-
licis instrumentis et copia victualium
portui Accon applicantes nostrorum
exercitum immenso gaudio repleverunt
Rex siquidem Francie prior cum suis ap-
plicuit, Nam Richardus rex Anglo-
rum insulam Cypri Grecis in ea commo-
rantibus devictis in adventu suo sibi
subiugavit Obsidentes igitur civitatem
et ex omni parte vallantes per
totam illam estatem continue impug
naverunt Christianis qui intus erant cum
virtute magna resistentibus, petra-
rias enim petrariis opponentes et ma-
chinas machinas confringentes igne
greco castella lignea que nostri
cum expensis magnis fabricave-
runt succendentes, multas nostris
molestias inferebant, Cum autem
quadam die novos et recentes
pugnatores cum armis et victua-
libus in navi maxima quam dromund
appellant Soladinus mitteret in civi-
tatem, rex Anglorum cum galeinis
iuxta portum ei occurrens navem
cum militibus submersit in profundo
cum magna christianorum exultatione
et maxima Saracenorum confusione
Nam preter alia quibus navis illa
fuerat onerata dicunt quod in ea fu-
issent serpentes quos in exercitum
nostrum mittere proponebant et per
hos multum nostros dampnificare
sperabant, Rex autem Francie diebus
ac noctibus sine intermissione mu-
ros civitatis turres in menia immissis
molaribus concuciens, interius ma-
chinas hostium, domos, et edificia
confringens, et subvertens ne-
gabat requiem obsessis, Sed et
rex Anglorum ex alia parte frequen-
tans, et periculosus insultus inclu-
sis acriter inferebat Cum igitur
ex continuis et violentis molarium
[illegible] et attritionibus muros
civitatis rumperent, attendentes
inclusi, quod diu resistere non possent
hac conditione resignaverunt civitatem
ut salvis personis et liberis exirent
et ob hoc sanctam crucem quam in pre-
lio perdiderant christiani se reddere
promiserunt, Sed cum eam invenire
non possent irati et indignati
rex Anglorum, omnes illos qui
in parte eius cesserant recepit
trucidari, Rex autem Francorum
captivos suos pro redemptione
virorum quos Saraceni tenebant

in vinculis reservavit. Temperatius et mitius agens pro nostris. Rex tamen Anglorum magis dampnificat debilitat inimicos multis milibus interemtis qui plurimum nocere possent in posterum christianis. Videns itaque Soladinus captam esse civitatem et magnam partem suorum interempta animo consternatus non habens spem ut alias civitates contra nos retinere valeret, muros maximarum civitatum scilicet Porphirie Cesaree Joppem et Ascalonis Gaze et Darum destruxit. Rex igitur Richardus reedificans Joppen munivit, que postea obsessa a Soladino rex cum galea per mare festinans exercitum suum per terram cum difficultate magna subsequente succurrens obsessis exercitum Sarracenorum removit. Sarraceni autem valde perterriti et confusi et a facie nostrorum principe suo fugientibus non solum regnum Jerusalemitanum sed partem magnam Sarracenorum nostri faciliter possent acquirere. Nisi humani generis inimicus tantis christiani populi successibus invidens superseminasset zizania. Immisit enim inter reges emulacionem et discordiam et facta est discordia inter principes venantes enim propriam gloriam et que sua sunt non que Jhesu Christi querentes invicem invidentes et detrahentes letificaverunt inimicos suos. Magnam autem christianorum populo confusionem induxerunt. Adeo enim ab initio rancor et invidia et discordia invaluerat inter reges quod plurimum quando rex Francorum contra civitatem assultans ex una parte faceret rex Anglorum ne civitatem impugnarent inhibebat. Quoscumque autem de principibus aut baronibus Francie muneribus vel promissionibus sibi allicere poterat latenter attrahebat et in partem suam inclinabant. Unde rex Francie perturbatus et commotus et maxime quia quadam egritudine laborabat relicto duce Burgundie cum parte exercitus loco sui statim post captionem Acconensis civitatis recessit. In hoc tamen sapienter egit quod suum propositum nimis redditu propalavit. Iterum Soladinus ut dicunt totam terram nostram nobis libentissime reddidisset si reges tantum modo simularent quod terram eius invadere nollent et inter se pacem et concordiam conservarent.

De hiis que acciderunt nostris post captionem Accon et post recessum regis Francie usque ad adventum regis Jerusalemitani Johannis qui fuerat domini Bresnensis capitulum xx nonum

Rex igitur Anglie cum exercitu suo et dux Burgundie cum Francorum exercitu residuo Jerusalem obsessuri ab Accon versus Joppen procedentes plurima incommoda in itinere procedentes pertulerunt. Soladinus enim cum militibus et turcopolis innumeris posteriores persequente a dextris et a sinistris ymbrem telorum immittentibus Sarracenis nostri cum maxima difficultate usque Arsur opidum quod inter Cesaream et Joppen situm est pervenerunt. Multis tamen ex equitibus quod ex equis graviter

vulneratus Ipo ac rege Richardo
in via illa telo quodam sauciato
Noster aut iuxta pdictu castrum Sa-
racenos ut eis vicem impenderent
acriter invaderes et ipis terga dan-
tibus insistentes ex ipis plurimos
occiderunt sz no sine dampno gravi
exercitus nri Nam die illo cecidit
miles nobilis et in armis strenuus
Jacobus de Avernis multi cu illo
ceciderunt felici martirio coronati
qui seorsum nris ignorantibus cum
multitudine Saracenorz pugnaverunt
Saladinus aut cu eis qui fuge psi-
dio evadere potuerunt in Jrlm se rece-
pit Nostri vero in quoda loco q dicit
Bethenuble int Joppen et Jrlm ca-
stra locaverunt ut inde pficiscentur
Jrlm obsessuri In eode aut loco
nunciatu e regi Richardo quod
de ptibus Egipti camelis et equis
et camelis innumeris victualibus
et bonis alijs onceratis ad exercitum
Saladini veniret maxima caravana
Ipe aut illuc festinanter occurens et
iter de nocte latent arripiens p-
dam maxima secu ad exercitu ad-
duxit In magno tame piculo re-
liquerat exercitu Nam maiore pte
militu secum tulerat paucos valde
respectu eorz q cu Saladino erant
reliquit Habito pq hoc consilio qd
tpe hiemali Jrlm no obsiderent
psertim cu nulla int Acon et
Jrlm municione haberent nisi Jop-
pen n sine gravi et manifesto p-
iculo valerent victualia ad exercitu
deportare cum multis latinis et im-
mensa copia maioris ptis exercitus
ppositu imitaverunt Nam a multis
dicebat et ab hijs maxime q sta-
tum Saracenorz plenius agnove-
rant q exercitu suorz minus Saladinus
acceptasset n poterat invenire q
in civitate ipo recedente includi
vellent vel auderent remanere
Acconensiu exemplo pteriti quibus
no potuit succurre Saladinus qui et
ipos captos ptim trucidari ptim p-
miserat captivari cu potuisset re-
demisse Rex igit Anglorz cu ex-
ercitu suo pgens ad Ascalona mu-
ros eius et turres p tota illam hye-
me licet cu labore magno et ex-
pensis repare no cessavit Opidu
etia Darum reedificans munivit
Gazam vero repata tradidit templa-
rijs ad quos ptinebat ut ipsam
custodirent Dux vero Burgundie
cu hijs quot de regno Francie secu
remanserant eo q no bene cu An-
glicis conveniebat recedens Tyrum
ibidem cu Marchione hyemavit
Ve aut subsequente cu iterum usqz
Bethenuble ambo exercitus ut obside-
rent Jrlm pvenissent Rex Richar-
dus qui in virum alterum mutatus
dixit q modis omnibus vellet repa-
triare habens occasione ptendens q
frater eius Johannes ad regnum
aspirans ptem terre eius ia occupas-
set Ex alia vero pte rege Francie
q ab ipo iratus recesserat no inmerito
suspectum habebat metuens ne du-
catu Normanie rex Philippus i
eius absentia invaderet violent
Hijs igit auditis rumoribus Sara-
ceni exultantes et q de gravi

sompno excitati corda resumpserunt
uiri autem confusione et dolore induti
recuperacionis ciuitatis sancte spem peni-
tus amiserunt gementes pariter et lugen-
tes eo quod sacrificij sui cauda sublata
labores suos inmolatos et non consuma-
tos vel perfectos quasi annichilari viderent
Si autem recessum suum aliquanto tempore
rex Anglorum abscondendo distulis-
set optimas condiciones et treugas
bonas et honorabiles aput Sarrace-
nos inuenire possemus Ipse vero in
detrimentum totius christianitatis sicut homo
impetuosus erat ad recessum aspirans
et festinans quascumque treugas Sola-
dinus offerre voluisset absque con-
tradicione et difficultate recepit Ex
quo factum est quod Ascalona et Da-
rum et Gazam nos diruere compul-
si sunt secundum treugarum condicionem
et tenorem Darum siquidem et
Ascalona gaza et tota terra usque
Joppen et aliam maritima usque
Acon nobis ex pacto reliquerunt
scientes pro certo quod munitionibus de-
structis terram plana diu contra
ipsos retinere recedente exercitu
non possemus Interim autem Mar-
chione montisferrati Conrado quos
in domo sua diu nutrierat
interfecto comes campanie Hen-
ricus ad suggestionem regis Angli-
e cum uxore ipsius Ysabel matrimo-
nium contrahens in terra remansit
Rex vero Anglorum dum recederet
in Alemania captus est et ab Im-
peratore detentus donec maxima sum-
ma pecunie redemptus vix tandem
euadens in Angliam peruenit

Comes vero Henricus licet cum regina
contraxisset Accon et terram demum
esset adeptus coronari tamen et rex fieri recu-
sauit et ipse sicut alij ad redditum
aspirabat Ex quo factum est quod cum aliquot
annis in terra remansisset et omnibus
peractis reparare vellet de fenestra
domus sue decidens super fossatum ciuitatis
Acconensis pauimento confractis cer-
vicibus expirauit Haymericus autem
rex cypri frater Gwidonis de Lisinio
iam defuncti cum regina Elisabeth
matrimonio copulatus post predictum
comitem terre dominium et amministracionem
suscepit Post recessum autem regis
Anglie et aliorum peregrinorum in quanto
periculo christianorum paucitas et residu-
um terre sancte remanserit cito nobis
Sarraceni ostendissent nisi mortuo
Soladino inter ipsos facta diuisione
multiplices exorte discordie fuissent
et inimicitie valde necessarie christianis
Nam filius Soladini patruus eorum
scilicet frater illius omnia regna excep-
to Halapie regno auferens aliorum
Sarracenorum animos contra se sibi contra
prouocauit Nostri autem contra ipsos ali-
quid attemptare non poterant vel
audebant pro magno enim reputa-
bant licet multa ab impijs frequenter
iniurias recepissent iuxta ipsos
quocumque modo viuere et terre sue re-
siduum reseruare Biblij tamen ciuitatem
et munitionem quibusdam Sarracenis
eam inuitis ignorante Soladino re-
signantibus data pecunia receperunt
illi ad quos iure hereditario pertine-
bat Sed et Birithi ciuitas cum
opido fugientibus Sarracenis qui eam
custodiebant christianorum restituta est
potestati Imperator enim romanorum

Henricus missa multitudine Alema-
norum ad terre sancte succursum treugas
solvere precepit. Ipsis autem in partibus Ty-
ri munitione que Thoronum dicitur
obsidentes cum obsessis salvis personis
castrum resignare noluissent, nocte
una munitione recepere distulerunt
Alemani. Nam et opidum et personas
evadere non posse de suis navibus e-
stimabant. Sequenti autem die in-
numera Sarracenorum multitudine ad ca-
stri succursum conveniente confusi re-
cesserunt. Cumque appropinquassent Be-
ruthi, exterriti Sarraceni qui in civitate
morabantur eius urbem et munitionem
reliquerunt. Audientes autem quod dominus
Imperator Henricus obiisset, absque
aliqua utilitate confestim ad propria
redierunt. Sed et quidam ex nostris
fiducia provocati Joppen contra Sa-
racenos munierunt, quibus in brevi
tempore et absque magna difficultate
Sarraceni munitionem auferentes ip-
sam solotenus diruerunt, illos quos
intus reperierunt captivos ducen-
tes. Ex tunc treugis reformatis
quas libenter Sarraceni concedebant
eo quod fere totum regnum Jerosolimitanum
possidebant, et inter se maximas ha-
bebant discordias et guerras intesti-
nas, non addiderunt nostri nimium afflic-
ti fractas treugas rumpere, vel ali-
quam penitus munitionem obsidere vel
diruptam reparare. Unde non multo
tempore post cum quidam nobiles de Cam-
pania precipue et aliis Francie parti-
bus transfretassent, nostris treu-
gas solvere recusantibus ipsi Anthio-
chiam pergentes sub principe

Anthiocheno militaverunt qui tunc
guerram cum quibusdam habebat
Sarracenis inter Tripolim et Anthi-
ochiam. Capti sunt et detenti et
in carcere Halapie vinculis mancipa-
ti. Duabus tamen vicibus postquam
predicti Alemani recesserunt, nostri
treugas cum Sarracenis ruperunt:
una vice advenientibus quibusdam
nobilibus de regno Francie, Simo-
ne scilicet de Monte Forti viro nobili
et religioso et in armis strenuo
et fratre eius Guidone cum quibusdam
aliis et cum comitissa Flandrie que
virum suum fuerat subsecuta. Tempore
autem iam coronatus erat Constantinopo-
litanus imperator. Alia vice quod mor-
tuo rege Haymerico et eius uxore
comes Brenensis Johannes ad regnum
Jerosolimitanum vocatus transfretavit
heredem regni filiam marchionis
Conradi et regine Ysabel ducens
in uxorem. Parum tamen aut nichil
profecerunt, nam neque munitionem
aliquam obsederunt nec diruptam re-
paraverunt. Sed tantum in terram Sara-
cenorum equitantes quibusdam
casalibus succensis predam quantulam
aliquam adduxerunt. Statim autem
postquam predictus Johannes coronatus
fuit et in regem inunctus, Sara-
ceni montem Thabor in detrimentum
et dedecus christianorum, et maxime
ut civitati Acconensi amplius
cantarent contra nos munierunt.
Nostri vero treugas iterum cum Sara-
cenis firmantes et cum multis op-
pressionibus et miseriis gemen-
tes patienter et dolentes de supinus

auxiliū invocabant a deo et
sancta romana Eclesia consola-
tone de diem diem expctantes
Et sic habet͛ finis huius libri etc

Incipiunt expositiones nomi-
ne terre sancte capitulum ultimum

Vectam ei salium sumes
inicium a chebron / q͡ ē
hebron metropolis / olim
phylistinorum / et habitaculum giga-
tum in tribu iuda civitas sacdotal
et fugitivorum / Ibi deus patrem
nostrum plasmavit Adam et inspiravit
Hebron cariatharbe dicit͛ quod
Saracenice sonat civitas Cariath
enim civitas dicit͛ / arba vero quatuor
/ eo q͡ illi reuerendi pres in spelunca
duplici consepulti fuerunt ibi Su-
mus Adam Abraham Ysaac et
Iacob / et eorum uxores quatuor Ewa
mater nostra Sara / Rebecca / et
Lija / in qua post ea monitu ab an-
gelo cognovit Ewam uxorem sua
ex qua genuit filium suum Seth
De tribu cuius cristus exit oriundus
secundo miliari ab hebron sepultus
fuit loth / nepos Abrahe in ebron
habet͛ ager quidam glebatus zu-
bea habens terram qui ab incolis
foditur et comedit͛ et per Egyptum
venalis apportat͛ / que pro specie
carissima emit͛ predictus ager
inquantum late et profunde effossus
instatim dei disposicione anno fi-
nito reintegratus repit͛ Iuxta
hebron ē mons manbre ad ra-
dice cuius ē Therebintus illa
que drips voca͛ / i / ylex l' quercus

secus quam per multi temporis spacium ma-
sit Abraham Sub qua quidem
tres angelos vidit et unum adoravit
hospicio quos suscepit pro ut dignius
potuit fovit et pavit Unde papa
credendi via dictus ē Abraham
Ylex predicta / Ex tunc usque ad tempus
Theodosii imperatoris testante Iero-
nimo simul dilatavit et ex illa hec
fuisse perhibet͛ qui in pnti ab illis
pntoibus videt͛ et cara tenetur

Explicit hystoria Jerosolimitana
per manus cuiusdam pauperis
Sit laus domino deo nostro qui
nos redemit sanguine proprio Amen

Non vult scire satur quid
ieiunus paciat͛

Non vult scire sat͛ quid
ieiunus paciat͛

Incipit prologus librorum domini
Marcipauli de veneciis de con-
dicionibus et consuetudinibus
orientalium regionum de poten-
cia grandi Kaam domini Tar-
tharorum. Sequitur capitulum

Librum prudentis hono-
rabilis ac fidelis viri
domini Marcapauli de
veneciis de condicionibus
et consuetudinibus o-
rientalium regionum
ab eo in vulgari fideliter editum et
conscriptum compellor ego frater
franciscus pipinus de Bononia
ordinis predicatorum a plerisque patribus
et dominis meis veridica et fideli trans-
latione de vulgari ad latinum reduce-
re, ut qui amplius latino quam
vulgari delectantur eloquio necnon
et hii qui vel propter lingue seu linguarum
varietatem omnimodam, aut propter diver-
sitatem ydiomatum proprietatem alterius
intelligere omnino aut faciliter neque-
unt, aut delectabilius legant seu
liberius capiant. porro ipsi per se ipsos la-
borem habent, quem me assumere
compulerunt perficere plenius poterant
sed altiori contemplationi vacantes
et infimis sublimia preferentes, sicut
terrena sapere ita terrena describere re-
cusarunt. Ego autem eorum obtemperans
iussioni libri ipsius continentiam
fideliter et integraliter ad latinum
planum et apertum transtuli, quem
stilum huiusmodi materia libri requi-
rebat. et ne labor huiusmodi inanis
aut inutilis videatur consideravi
ex libri huius inspectione fideles vi-
ros posse multiplicis gratie meritum
a domino promereri, sive quia in varie-
tate decore et magnitudine crea-
turarum mirabilia dei opera aspicientes
ipsius poterunt virtutem et sapientiam
venerabiliter admirari, aut videntes
gentiles populos tanta cecitatis tene-
brositate tantisque sordibus involu-
tos, gratias deo agent qui fideles suos
luce veritatis illustrans de tam periculo-
sis tenebris vocare dignatus est
in admirabile lumen suum. seu illorum
ignorantie condolentes pro illumina-
tione cordium ipsorum domino precabuntur
vel in devotorum christianorum desideria
confundentur qui infideles populi
promptiores sunt ad veneranda simul-
acra quam ad veri dei cultum prompti
sunt plurimi ex hiis qui christi sunt
caractere insigniti, sive etiam religio-
sorum aliquorum corda provocare poteru-
nt pro ampliatione fidei christiane
ut nomen domini nostri ihesu christi in tanta
multitudine populorum oblivioni tra-
ditum deferant spiritu sancto favente
divino ad obcecatas infidelium
nationes ubi messis quidem multa
est, operarii vero pauci. Ne autem
inaudita multa atque nobis in-
solita que in libro hoc in locis
pluribus referuntur inexperto lectori
incredibilia videantur cunctis
in eo legentibus innotescat prefatum
dominum Marcapauli horum mirabilium
relatorem virum esse prudentem
fidelem ac devotum atque honestis
moribus adornatum a cunctis sibi
domesticis testimonium bonum habentem

2

Ut multiplices virtutes eius me-
rito sit ipsius relacio fidedigna
Pater autem eius dominus Nicolaus to-
tius prudentie vir hec omnia similiter
referebat Patruus vero ipsius dominus
Matheus cuius meminit liber iste
vir utique maturus devotus et sa-
piens in mortis articulo constitutus
confessori suo et in familiari col-
loquio constanti firmitate asseruit
librum hunc veritate per omnia conti-
nere propter quod ego translator ipsius
laborem assumpsi consciencia
tuciore ad consolationem legencium
et ad laudem domini creatoris visi-
bilium et invisibilium creaturarum liber
autem iste in tres libros dividitur
qui propria capitula distinguuntur
quorum librorum principiis ad faci-
liorem contentorum in ipsis inve-
cionem sunt capitulorum tituli pre-
notati Explicit prologus etc.

Sexto

Qualiter et quare dominus Nicolaus pauli de venetijs et dominus Matheus transierunt ad partes orientales liber primus Incipit capitulum primum

Tempore quo Balduinus princeps sceptra Constantinopolitani imperii gubernabat Anno ab incarnacione domini Millesimo cc lx° duo nobiles ac honorabiles prudentes quidem germani incliti ciuitatis venetiarum incole naue propria diuersis

opibus et mercimonijs onerata
gimni concordia in portu veneto
descendentes prospero vento flante
duce deo Constantinopolim per
rexerunt. Horum maior Nicolaus
vocabatur alter vero Mattheus qui
progenies domus pauli vocabatur
Cumque in Constantinopolitana vr-
be breui in tempore fuissent fe-
liciter expediti navigantes inde
provecti amplioris gratia pervenerunt ad
portum civitatis Armenie que
dicitur Soldandia ubi preciosa io-
calia comparantes 2m sibi data vnig
magni regis Tharthar[orum] cu-
riam adierunt qui dicebatur
Barca cui cuncta que secum detulerant
iocalia offerentes benigne ab
ipso suscepti sunt a quo versa vi-
ce maxima et ampliora dona-
ria perceperunt et cum in regno
illius per annum fuissent vellet
que redire venetias Subito inter
prenominatum regem Barcam et
regem alium Tharthar[orum] nomine
Alan noua grandis que discordia
est exorta et cum circa se invi-
cem amborum exercitus concertassent
Alan victor extitit regis autem
Barca exercitus ruine non modice
patuit Ob quam causam viis dis-
criminibus circumseptis remeandi
eis ad propria per viam pristinam
aditus regressus que precclusus est
Consilio autem inito qualiter possent
Constantinopolim remeare oportuit
eos regnum Barca per opposita
circuire sicque pervenerunt ad civitatem
Ouchaca Inde progredientes trans-
ierunt fluuium tygridis qui vnus
est de quatuor fluminibus paradisi

pertransierunt que desertum per dietas
xvij neque civitatem neque oppida re-
perientes omnis donec pervenerunt ad civitatem
que dicitur Bochara in regno persidis
Cui rex quidam Barach nomine
presidebat ubi annis tribus immorati
sunt Qualiter regis maximi
Tharthar[orum] curiam adierunt
capitulum secundum vii

Eo tempore vir quidam tocius
prudencie a prenominato
rege Alan ad maximum
Tharthar[orum] regem directus appli-
cuit Bochara ibi que prefatos respi-
ciens viros qui iam plene in lingua
Tharthairca fuerant eruditi super
modum letatus est eo quod viros la-
tinos numquam alias videbat quod-
tamen videre plurimum affectabat
Et cum diebus plurimis ad eis
colloquium et consortium habuisset
eorum que gratos mores fuisset ex-
pertus persuasit eis ut cum eo simul
maximum regem Tharthairorum
adirent promittens quod ab eo ho-
norem maximum ac beneficia ma-
xima percepturi essent Qui vi-
dentes se sine difficultate diutina
non posse habere regressum ad propria
Dei se presidio committentes pariter
arripuerunt iter cum illo famili-
ares christianos habentes comites quos
secum de venecijs duxerunt spacio
autem anni unius pervenerunt ad regem
maximum omnium Tharthar[orum] qui vocabatur
Cublay qui lingua eorum
magnus Chaam dicitur quod in latino
lingua sonat magnus rex regum

Causa autem tante prolixitatis temporis
in eundo hec fuit quia propter ni-
ves et inundaciones fluminum et
torrentium eos in via expectare opor-
tuit donec nives que super excreverant
et aque inundaverant declinarent
Fuit autem via eorum anno ipso subse-
quendo ad aquilonarem ventum
qui a nautis dicitur vulgariter Tramon-
tana que autem in via viderunt suo
loco in libro hoc per ordinem descri-
bentur

Quomodo apud prefatum regem graciam invenerunt Capitulum tercium

Cum autem magni Kaam
conspectui sunt oblati ip-
se rex qui summe benignus
erat eos suscepit alacriter Inqui-
sivit vero ab eis per multas vices de
condicionibus occidentalium parcium
de Imperatore romano de regibus
et principibus christianis et qualiter
in eorum regimine servabatur iusticia et
qualiter eciam in rebus bellicis
se haberent Inquisivit eciam
diligenter de moribus latinorum
Super omnia autem interrogavit dilige-
ncius de papa christianorum et de cul-
tu fidei christiane Ipsi autem ut viri
prudentes sapienter et seriatim
ad singula responderunt propter quod
sepe eos ad se introduci iubebat
habuerunt que graciam in oculis eius

Quomodo ab ipso rege ad Romanum Pontificem missi fuerunt capitulum quartum

Quadam igitur die prefatus
Kaam consilio prius cum
Baronibus habito rogavit
prefatos viros ut amore sui redirent
ad papam cum uno de suis Baroni-
bus qui dicebatur Cogatal pro parte
ipsius summum christianorum pontificem
rogaturi quatenus ad eum centum sapi-
entes christianos dirigeret qui scirent
ostendere sapientibus suis racionabiliter
et prudenter si verum erat quod christia-
norum fides esset melior inter omnes
Et quod dij thartharorum esset demo-
nes et quod ipsi et orientales alij de-
cepti erant in suorum cultura deorum
Desiderabat enim audire racionabiliter
et aperte que fides esset racionabilius
imitanda Cumque procidissent humiliter
coram eo dicentes se ad cuncta
ipsius beneplacita paratos fecit
rex scribi litteras ad Romanum pon-
tificem in lingua thurcorum quas
illis tradidit deferendas tabulam
etiam auream testimonialem illis
tradi iussit signo regali sculptam
et insignitam iuxta consuetudinem
sedis sue quam qui defert deduci
debet de loco ad locum a cunctis
rectoribus terrarum suo Imperio subiecta-
rum cum omni sua comitiva se-
curus et quamdiu immorari voluerit
in civitate vel in oppido debet
illi de expensis et necessarijs
omnibus provideri Insuper etiam im-
posuit eis rex ut de oleo quod
pendebat ad sepulcrum domini in
Iherusalem deferrent in reditu credebat
enim christum unum esse in numero deorum
bonorum Cum igitur fuissent in
regis curia honorabiliter parati
accepta a rege licencia arripuerunt

iter litteram et auream tabulam
deferentes et cum per dietas xxti
equitassent simul Baro Legatus
que secum habebant fuit graviter
infirmatus propter quod de voluntate
ipsius et multorum consilio relicto
illo prosecuti sunt iter propter tabulam
autem auream quam habebant fu-
erant reverenter ubique suscepti Ob
inundationes vero fluminum que
in locis pluribus invenerunt retar-
dari sepe oportuit iter eorum Itaque
annis tribus in via fuerunt antequam
ad portum civitatis Armenorum
que dicitur Glaza pervenire possent
De glaza vero progredientes pervenerunt
per mare Acon de mense Aprilis
Anno domini M^o cc^o lxxij^o

Qualiter expectaverunt venecijs creationem summi pontificis capitulum quintum

Cum ingressi fuissent
igitur Acon audierunt
dominum Clementem papam
quartum nuper fuisse defunctum
super quo fuissent vehementissime
contristati Erat autem in Acon le-
gatus quidam apostolice sedis scilicet
dominus Thebaldus de vice Comi-
tibus de placentia cui cuncta
propter que missi fuerant a kaan
narraverunt Eius vero consilio fuit
ut omnio creatione summi pontificis
expectarent Ivierunt igitur vene-
cias videre suos mansuri ibi quo-
usque summus pontifex crearetur Et
quando venecias pervenerunt invenit
dominus Nicolaus uxorem suam esse
defunctam que in recessu ipsius
pregnans fuerat invenit quoque filium
Marcum nomine qui iam annis
xv habebat etatem Qui post discessum
ipsius de venecijs fuerat de uxore
prefata hic est marcus ille qui compo-
suit librum istum cui qualiter hec
nota sunt infra patebit Interim
autem electio summi pontificis adeo
dilata est quod duobus annis mansissent
venecijs ipsam cottidie prestolantes

Qualiter redierunt ad regem tharthaorum capitulum sextum

Post duos annos predicti re-
gis nuncij metuentes ne
rex ex mora ipsorum nimia
turbaretur et putaret eos nolle
amplius redire ad ipsum redierunt
Acon Marcum predictum duce-
tes secum De licentia vero legati
sepulcrum domini visitantes oleum
de lampade sepulcri ut rex postu-
laverat acceperunt Et acceptis litteris
legati ad regem in quibus eis testi-
monium quod fideliter egerant perhi-
bebat et quod romane ecclesie non dum
erat de pastore provisum ivierunt
ad Galaciam Ut autem de Acon
discesserunt legatus prenominatus
recepit Cardinalium nuncios quod
ipse in summum pontificem electus
erat Imposuit quoque sibi nomen Gre-
gorius et missis nuncijs statim re-
vocavit eos reversos quoque suscepit a-
lacriter cum quibus litteras alias tradidit
ad tharthaorum regem Duos quoque
fratres ordinis fratrum predicatorum
litteratos et probos qui in Acon e-
rant misit cum eis Quorum unus
dicebatur Nicolaus vincentinus
Alius vero frater Guilielmus tripo-
litanus Cumque pervenisset

ad Galaciam Soldanus Babilonie
cum exercitu suo maximo Armeniam
invasit. fratres vero illi propter guer-
rarum pericula et viarum discrimina
metuentes ad Tharthарorum regem
pervenire non posse cum magistro templi
in Armenia remanserunt. Nam plu-
res fuerunt in mortis articulo constituti
Nuncii autem regis se omni periculo
exponentes cum laboribus maximis
pervenerunt ad regem. quem invenerunt
in civitate que dicitur Clemensu. In-
ierunt autem in itinere de portu Ga-
lacie usque ad Clemensu annis tri-
bus cum dimidio. Nam iter ipsorum
in hieme propter nives et aquas va-
lidas et frigora maxima permodi-
cum poterant prosperari. Rex autem
Cublay audiens a remotis de
ipsorum reditu misit nuncios eis ob-
viam ad xl.ta dietas qui eos
fecerunt de speciali regis mandato
in omnibus nutriciis necessariis per
omnia nobilissime procurari

Qualiter ab ipso suscepti fuerunt capitulum septimum. Sequitur

Ut autem ad regis curiam
pervenerunt ingressi ad regem
prociderunt cum reverencia
maxima coram eo. Qui alacriter
eos suscipiens iussit ut surgerent
et que eis in via fuerant quidque
cum summo pontifice egerant
narrarent. Quibus cuncta differen-
tibus seriatim et exhibentibus
litteras pape Gregorii. Rex litteras
summi pontificis letanter suscepit
et eorum fidelem sollicitudinem
commendavit. Interrogavit vero
Rex de Marco cuius esset. et
audito quod filius erat domini Nico-
lai ipsum facie leta suscepit. Ipsos
vero tres inter familiares suos ho-
norabiles computat. propter quod ab
omnibus curialibus in multa reveren-
tia habebantur. Sequitur

Qualiter Marcus natus domini Nicolai in graciam crevit coram rege capitulum octavum

Marcus vero in brevi tempore
mores didicit Tharthаrorum
nec non et linguas quatuor
varias et diversas. ita quod in qualibet
ipsarum scribere sciebat et legere. Voluit
autem experiri rex ipsius prudenciam
direxit quod eum pro quodam regni
negocio ad regionem remotam. ad
quam autem sex menses pervenire non
potuit. Ipse vero sic se prudenter
gessit in omnibus. quod rex plurimum
cuncta que gesserat acceptavit
Et quoniam rex delectabatur audire
novitates mores et consuetudines
hominum condiciones quod terrarum Marcus
quocienscumque transiebat studebat sic
super huiusmodi novitatibus infor-
mari ut posset regis beneplacito
complacere. propter quod annis xxvij
fuit familiaris ipsius. sic illi fuit
acceptus ut ab eo continue pro
magnis regis negociis mitteretur.
Hec igitur racio quare prefatus dominus
Marcus sic didicit orientalium
partium novitates. que infra dili-
genciusque describentur. Sequitur

Qualiter post multa tempora obtinuerunt a rege graciam ad patriam remeandi capitulum nonum

Post hec desiderantes prefati domini redire venecias pro eundi licencia a rege pluries pecierunt qui pre dilectione magna qua habebat ad eos ad consensum non poterat inclinari. Intra barones tres unius regis Indorum nomine Argon ad magnum regem Cublay curiam pervenerunt quorum unus vocabatur Oulatay alter Alpusta tercius vero Coyla ex parte sui domini postulantes ut ei uxorem traderet de sua progenie, quia mortua nuper fuerat coniux eius regina Balgana. Rex autem Cublay eos summo honore suscepit et puellam unam de sua progenie illis obtulit annorum xvij nomine Cogatim. Tunc nomine domini sui gratanter ipsam suscipientes cognoscentes quod domini Nicolaus Matheus et Marcus desiderabant ad propria remeare pro gracia a rege suppliciter postularunt ut pro honore regis Argon ipsos tres ad eum transmitteret cum regina, quibus inde si vellent redire liceret ad propria. Tunc rex precum instanti peticione devictus, eorum preces nequivit abnuere, tristem tamen prebuit postulacioni consensum.

Quomodo venecias redierunt capitulum decimum

Cum debuerunt autem iter arripere fecit rex naves quatuordecim cum necessariis omnibus pro victu pro biennio parare quarum quelibet malos quatuor habebat, cum quatuor velis habebat. Et cum ultimo discessissent a rege qui multum de ipsorum recessu displicenciam habuit tradidit eis duas tabulas aureas et in omnibus regnis sue dicioni subiectis deberent eis de tutela et expensis integraliter provideri. Imposuit quoque eis ambasiatas ad summum pontificem et ad reges quosdam christianorum. Navigantes autem post menses tres ad insulam que Iava dicitur pervenerunt. Inde per indicum mare pergredientes anno uno et dimidio pervenerunt ad curiam regis Argon quem mortuum repererunt. Puellam vero quam pro rege Argon duxerant filius accepit in uxorem. Ibi quoque computatione facta de personis qui mortui in via fuerant de comitiva ipsorum viri quingenti [illegible] fuerant cum preter marinarios in universo sexcenti. Inde vero pergredientes ulterius quatuor aureas tabulas preceptorias receperunt a principe Acatu nomine qui regnum pro puero gubernabat qui nondum aptus erat ad regimine ut in universo eius imperio honorarentur deducerentur et securi, quod optime factum est. Quia multum autem temporis multosque labores gubernante deo Constantinopolim pervenerunt. Inde cum multis diviciis et comitatu magno incolumes venecias redierunt anno domini M°cc° et xcv gracias agentes deo qui eos de tantis laboribus et periculis liberavit. Hec autem omnia in huius libri principio scripta sunt ut agnoscant qui huius legerint librum unde et quomodo scire potuerit dominus Marcus pauli de veneciis ea que inferius

continet. Fuit enim praedictus dominus Marcus in orientalibus partibus annis xxvij diligenter per eum universo tempore computato. Sequitur

Descriptio orientalium regionum et primo de minori Armenia capitulum undecimum

Narratione facta in orientali itinere nunc ad ea narranda que vidimus accedamus. Primo autem minorem Armeniam breviter describamus. Armenie due sunt minor et maior. Armenie minoris regnum Thartharis tributarium est, ubi invenimus regem in iusticia suaviter regentem. Regnum vero ipsum multas civitates et multa oppida continet. Patria fertilis est et iocunda venationes bestiarum et avium ibi sunt multe. Aer autem non valde sanus est. Armenii regionis huius qui antiquitus fuerant strenui bellatores, nunc potatores et timidi sunt effecti. Ibique est super mare civitas que dicitur Glatia magnum portum habens ad quam multi mercatores conveniunt de Venetiis, de Janua et aliis regionibus pluribus. Multe mercationes aromatum diversarum specierum aliarumque preciosarum opum de terra illuc deferuntur. Qui etiam volunt orientalium ingredi terras accedunt ad Glatiam. Sequitur de provincia Turcie capitulum duodecimum

Turcia provinciarum gentium continet populos ex Grecis Armenis et Thurcis. Thurci propriam linguam habent et Machometi abhominabilis legem servant indocti homines et rudes et montibus et vallibus morantur, prout reperire possunt competencia pascua. Greges magnos habent iumentorum et pecorum, ibi equi et muli valoris magni sunt. Armeni vero et Greci qui ibi sunt in civitatibus et oppidis habitant, in sericis nobilissime operantur. Civitates habent multas inter quas precipue sunt Sonnio Cassaria et Sebasta ubi sanctus Blasius martirium pro Christo suscepit. Subiecti sunt omnes regibus Thartharorum.

De Armenia maiori capitulum xiij

Armenia maior Thartharis tributaria maxima provincia est, multas habens civitates et oppida. Civitas metropolis est seu dicitur Arcinga, ubi fit optimum buchiramus, ubi scaturiunt fluentes aque in quibus sunt pulcherrima balnea. Due principaliores civitates post Arcingam sunt Arguron et Darziriz. In estate multi habitant ibi Thartharj cum gregibus et armentis quia pascua habent uberrima. In hieme vero discedunt propter maximas nives in montibus. Huius est Archa Noe. Provincia habet versus orientem affinis est provincie Mossul, ad aquilonem vero affinis est provincie Zorzanorum. In confinio huius provincie ad aquilonem fons unus magnus est, ex quo liquor quidam scaturit oleo similis pro cibo quidem inutilis sed pro unctionibus et pro lampadibus optimus.

Omnes naciones affines hoc licore pro unctionibus et lampadibus utuntur tanta enim de fonte emanat huius liquoris copia ut de ipso naues centum una vice simul aliquando onerantur. Sequitur de provincia Sorzanie capitulum quartum decimum

Sorzanie provincia habet regem tharttharorum regi tributarium fertur quod Sorzanorum reges cum signo aquile super humerum nascebantur Sorzani pulcri homines sunt in armis strenui et sagittarii optimi christiani sunt ritum autem grecorum seruantes capillos breves deferunt ut clerici occidentis fertur quod magnus Allexander volens ad Sorzanos transire non potuit quia oportet volentes ab oriente in provinciam ingredi transire per viam arctam longitudinis leucarum quatuor que a latere uno mari concluditur ab alio montibus ita quod a paucis viris multi exercitus prohiberentur accessus. Tunc ex quo ad ipsos nequiuit accedere voluit eorum ad se prohibere accessum ibique ad viae principium turrim fortissimam eleuauit quam turrim ferream nominatur In hac provincia multe sunt ciuitates et castra serico habundant ibi quoque sunt pulcerrimi panni de serico et de auro Astures ibi optimi sunt terra fertilis est homines patrie mercatores et operarii sunt Ibi est sancti Leonardi monasterium monachorum iuxta quod est lacus magnus qui ab aquis montium congregatur in quo prima die xlme usque ad festum sabbatum capiuntur pisces habundanter Reliquo vero anni tempore omnino ibi reperiri non possunt Dicitur autem lacus illa mare Geluchelam habens in giro miliaria sexcenta distat autem ab omni mari per dietas xii In hac lacunam ingreditur fluuius Eufrates unus de quatuor fluminibus paradisi aliaque flumina multa ex quibus omnibus lacune sunt ingrediuntur illuc undique lacune hee sunt circumdate montibus in illis partibus inuenitur sericum quod vulgariter dicitur ghella Sequitur

De regno Mossul capitulum xv.

Mossul regnum est ad orientalem plagam in confinio maioris Armenie ubi habitant Arabes qui Machometum adorant Sunt tamen ibi christiani multi Nestorini et Jacobini quibus preest patriarcha magnus quem Jacolitum vocant Ibi fiunt panni pulcerrimi de auro et serico In montibus huius regni habitant homines qui dicuntur Cardi quorum quidam Nestorini quidam Jacobini sunt alii autem legis Machometi sectatores sunt et hii omnes predones maximi sunt Sequitur

De ciuitate Baldachi capitulum xvi.

In illis partibus est ciuitas Baldachi que in scripturis sacris dicitur Susis ubi habitat platus maior Saracenorum quem Calipham vocant Fiunt ibi panni de auro pulcerrimi diuersarum manerierum similiter et de serico diuersarum etiam manerierum scilicet Nassit Nac et Cremosi Baldachum nobilior est ciuitas regionis illius Anno ab incar-

nacione domini millesimo cc^mo^ l^o^ magnus rex Tartarorum Alau obsedit eam et per violenciam cepit quamquam intus essent ultra centum milia equitum. Sed exercitus regis erat permaximus. Caliphas autem qui dominabatur ibi turrim unam habebat plenam auro et argento et lapidibus preciosis aliisque preciabilibus immense valoris, sed quia avarus erat non fecit sibi de sufficienti provideri milicia, nec munera largitus est militibus quos habebat, ideo confusioni patuit. Nam Alau rex civitatem obtinuit et Caliphan cepit quem in turri thezauri illius inestimabilis precepit includi, negato ibi cibo ac potu. Cui et ait: Si thezaurum hunc non avare avide quam servasses, te ipsum et civitatem liberare poteras. Nunc autem adiuvet te thezaurus tuus quem tam avide dilexisti. Et ita quarto die periit per civitatem fame Baldachi. Fluvius transit maximus per quem usque ad mare Indicum, et distat a Baldacho per dietas xviii, navigari potest. Per hunc fluvium afferuntur et efferuntur mercaciones innumere. Terminatur autem ad civitatem que dicitur Chisi. In medio Baldachi atque Chisi est civitas Bascra que circumdata est palmarum nemoribus ubi copia maxima est dactilorum.

De civitate Thaurisii xvii

Thaurisium est in illis partibus nobilissima civitas ubi sunt mercaciones innumere. Ibi est habundancia gemmarum et omnium preciosorum lapidum. Ibi fiunt panni de auro et serico valoris permaximi. In situ optimo est, propter quod illuc confluunt negociatores undique, scilicet de India, de Baldacho, de Mossul et de Cremoso, de terris eciam Latinorum et de aliis regionibus infinitis. Ibi multi mercatores ditantur. Populus maxime terram incolit. Sunt enim ibi Nestorini et Jacobini, et per se cives Thaurisii Machometum adorant. Civitas vallata est viridariis pulcerrimis ubi fructus copiosi et optimi sunt.

Sequitur de translacione cuiusdam montis capitulum decimum octavum

In illis regionibus scilicet inter Baldachum et Thaurisium mons est qui olim de loco suo ad locum alium translatus est virtute divina. Volebant enim Saraceni Christi evangelium vanum ostendere pro eo quod dominus ait: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti transi hinc et transibit, et nichil impossibile erit vobis. Dixerunt enim Christianis qui sub eorum dominio in partibus illis habitabant: Aut in Christi nomine montem istum transferte, aut omnes ad Machometum convertimini, aut omnes peribitis gladio. Tunc devotus quidam vir christianus confortatus, oracione fusa fideliter ad dominum Ihesum Christum, montem illum multitudine

pplorum transtulit ad designatum locum
, et quod multi Saraceni ad xpm
conversi sunt Casus enim talis fuit
in Baldach fuit quidam Caliphas
qui habebat odio omnes xpianos ibi
habitantes Nam inter Saracenos
multi habitant xpiani qui Sarace-
nis obediunt excepta fide Inter
Baldach et Babiloniam xxx ti due cri-
stianorum ecclesie sunt, ubi xpiani co-
lunt fidem xpi scientibus Saracenis
Et Saraceni colunt Machometum
ad moscedas eorum iste Caliphas
cogitans die ac nocte demoliri
omnes xpianos de Baldach, et de
illis partibus, aut eos fidem xpi
facere negare frequenter habebat consi-
lium cum baronibus suis, super hoc erant
multi solliciti ad inveniendam
causam iustam ut possent ipsos
xpianos destruere et occidere, aut
negarent fidem xpi unus vero
ex sapientibus et consiliariis dicti
Caliphe dixit Ego inveni unam
viam qua quereris contra xpianos
Evangelium xpianorum dicit, quod si
quis xpianus habebit tantam fidem
in xpo sicut est unum granum sinapis
et ipse dicet uni monti Tolle te
de loco et vade ad alium locum, quod
mons ille obedit xpiano, unde
facite congregari in unum locum
omnes istos xpianos istarum partium
et dicatis eis quod isto termino faciant
movere unum ex montibus nostris
, si hoc facere non poterint, et
tunc vos dicetis eis quod non habent
tantam fidem sicut est unum granum
sinapis Et quod suum evangelium non
est bonum unde respondeant vobis, quod
velint esse Saraceni aut moriantur omnes
tam parvi quam magni, Quando Caliphas
hoc consilium intellexit, ipsum totaliter
acceptavit gaudenter, misit pro xpia-
nis illarum partium, qui multi erant, et
fecit eis legi evangelium suum predictum
, ac eos interrogavit, si hoc esset verum
Ipsi responderunt quod sic, Caliphas di-
xit eis precipiendo, aut facerent infra
decem dies quod dictus mons tolleretur
de loco suo, aut negarent, aut mor-
tem expectarent, Tunc xpiani hoc
audito valde contristati fuerunt Sed iac-
taverunt cogitatum eorum in domino nostro
ihesu xpo omnium salvatore, qui sperantes
in se non deserit qui debet eis suc-
currere in tanto periculo Et tunc Episcopi
et sancti patres illius contracte
ordinaverunt domino supplicare devote
orando et ieiunando ut eos a
tanto periculo adiuvaret, finito autem
tempore octo dierum unus angelus appa-
ruit uni sancto Episcopo in visione, et
dixit ei expresse ut diceret uni Cal-
zolario monoculo, qui oraret pro
xpianis, et mons iste tolleretur ad
mandatum dicti Caliphe, et dixit
ei nomen et domum ubi habitabat
Calzolarius, hanc visionem habuit
pluries dictus Episcopus, Et tunc termino
Caliphe appropinquante, misit pro isto
Calzolario dicens ei visiones pre-
dictas rogavit ut hanc orationem
faceret pro xpianis liberandis domino
ihesu xpo Calzolarius vero mono-
culus excusando se excusabat

Ego peccator sum et non sum dignus
hanc graciam ipse se excusabat propter
humilitatem suam. Nam ipse erat homo
sancte vite castus et honestus valde
omni die audiebat missam et elee-
mosinam erogabat iuxta posse suum ipse-
met eruerat sibi oculum caput sui
dextrum hac de causa. Nam pluri-
es audiverat dici legi et predicari
quod ewangelium xpi dicebat Si oculus tuus
scandalizat te erue eum et proice
a te ipse erat bone simplicitatis
homo et credebat quod ista verba
deberent sic intelligi et fieri sicut
scripta sunt. Contigit enim quod cui-
dam sibi casus una vice una pul-
cra iuvenis venit ad ipsum dicens
ei Domine Calzolarie facite michi
duos calceos. Respondit Calzolarius
Ostende michi pedem tuum. Ipsa vero
iuvenis excessit modum et ostendit
sibi nudum pedem. Sic tunc ex ista
ostensione et ex demonis instiga-
cione Calzolarius magna temptacionem
et delectacionem habuit in corpore
suo. Ipse vero statim licenciavit
ipsam iuvenem et ~~incepit~~ incepit
redire ad cor suum et tristari. Et do-
lere de temptacione ista et recor-
datus fuit verbi dicti ewangelii
Et statim eruit sibi oculum ipsemet
propter contricionem illius temptacionis
et ideo xpiani confidentes de
eius oracionibus rogaverunt eum ut ro-
garet deum ut eos a dicto periculo
liberaret. Et promisit hanc oracionem
facere. Adveniente autem die termini

prefixi a dicto Caliphsa omnes xpia-
ni surrexerunt tempestive iverunt
ad ecclesias fecerunt dici missas et
oraciones. Postea congregaverunt se omnes
masculi et femine parvi et magni
Et fecerunt portari ante se crucem et
iverunt ad pedem dicti montis
ipsi multi erant. Et statim Caliph-
as venit cum multitudine magna
Saracenorum armatorum et paratorum
ad occidendos xpianos predictos
non credentes ipsos posse facere quod
dictus mons tolleretur iuxta man-
datum Caliphse. Tunc autem Calzo-
larius dei amicus genuflexis de-
votissime ante crucem levans manus
ad celum rogavit dominum nostrum
ihesum xpm ut mandaret dictum
montem tolli de illo loco iuxta
mandatum Caliphse. Statim facta
ipsa oracione dictus mons elevatur
et sicut avis et ivit ad locum
predictum petitum per Caliphsam.
Quando Saraceni viderunt hoc
miraculum multum admirati sunt
et Caliphsas cum eis. Et tunc ob
hanc causam Caliphsas cum multis
Saracenis fecerunt se xpianos
et vitam xpianam servaverunt
Et quando ipse Caliphsas obiit
non fuit sepultus ut Saracenus
sed ut xpianus. Et invenerunt in
morte eius Caliphse unam crucem
ad collum. Sequitur etc.

De provincia persida ca xix

Persida maxima provincia
est que olim nobilissima
fuit. Nunc vero multum

est a thartharis dissipata In quadam autem ipsius regione ignis pro deo colitur Persidis provincia octo regna continet quorum primum dicitur Casium Secundum Cordistam Tercium Llor Quartum Cilestam Quintum Istamch Sextum Serasi Septimum Sontora Octavum quod est in finibus persarum Thymothaym Hec omnia sunt ad meridiem preter regnum Thymochaym ubi sunt equi magni et pulcri magni quoque precii Ascendit enim unius equi pulcri precium ad valorem ducentarum [illegible] librarum Thuronensium Ducuntur autem a negociatoribus ad civitates Chysi et Curmosa que sunt super Indicum mare indeque ad Indiam deferuntur Asini similiter pulcerrimi ibi sunt propter nimiam ipsorum pulcritudinem dantur pro uno marce xxx^ta argenti vel ultra Pulcre ambulant et optime currunt In hiis regionibus sunt homines pessimi rixosi predones et homicide venatores multi a predonibus occiduntur propter quod ipsos oportet ipsos muneratos et comitiva magna sociatos incedere Legem autem Machometi habent In civitatibus sunt artifices optimi qui in auro et serico opere opere pulvinalia nobilissime operantur Ibi copia est bombicis tritici ordei et milii panicii omnis quoque bladi vini et omnium fructuum Sequitur

Item de civitate Jasdi capitulum xx

Jasdi civitas est grandis in eadem regione magnarum mercacionum ubi artifices in serico pulcerrime operantur Ibi eciam adoratur Machometus Ultra Jasdi ad dietas septem versus Cierman est spacio Sunt ibi in campestribus nemora per que libere equitari potest ubi venaciones multe sunt Ibi onagri et coturnices in multitudine magna reperiuntur Postmodum venitur Cierman

De civitate Cierman capitulum xxxi

Cierman est civitas ubi turci in habundancia reperiuntur In montibus civitatis eciam mineram habent calibis et andanici Ibi eciam sunt falcones nobilissimi volatus velocissimi supra modum minores tamen sunt falconibus peregrinis In Cierma sunt armorum artifices qui operantur frena calcaria sellas spatas et arcus et faretras ac cetera armorum instrumenta et genera secundum consuetudinem patrie Mulieres eciam civitatis opere pulvinalia nobilissime operantur faciunt quoque cultras pulcerrimas et cervicalia magni decoris De Cierma igitur itur per planiciem per dietas septem ubi est contrata domestica Sunt autem ibi civitates et castra ubi inveniuntur perdices in copia maxima Post septem dietas invenitur descensus magnus ita quod per dietas duas semper itur ad declivium ubi arbores sunt multe fructifere valde non est ibi tamen habitacio nisi pastorum Est autem ibi in hyeme intollerabile frigus

De civitate Camandu et regione Reobarle capitulum xxxii

Post hec advenitur ad planiciem maximam ubi est civitas Camandu que olim civitas

magna fuit, sed nunc destructa
a tharthariis. Regio autem illa dicitur
Reobarle. Ibi sunt dactili, pistaci
et poma paradisi in copia maxima.
Multi quoque fructus alii crescunt ibi quos
aput nos non habentur. Ibi sunt aves
que dicuntur francolini coloris permixti
albi et nigri, rubei autem coloris habent
pedes et rostra. Boves ibi sunt maxi-
pilos albissimos breves et planos
habentes, cornua autem brevia et gros-
sa que acumine carent. Super hu-
meros habent gibbos ut cameli,
fortissimi sunt et onera magna portant
et cum onerari debent incurvant
se ut cameli et cum onerati fuerint
surgunt sicut docti sunt ab hominibus.
Arietes ibi sunt grandes ut asi-
ni qui caudam habent per maximam
longam et latam ponderis ut plurimum
librarum xxx^ta pingues et pulcri
valde sunt ad esum optimi. In
hac planitie multe sunt civitates
et oppida, habent muros luteos
grossos valde et fortes quia in
regione multi sunt predones Cara-
ones, et habent regem. Sunt autem
ibi incantatores et quando volunt
predari dyabolica arte faciunt aerem
obscurari de die in spatio magno
adeo ut nullus eos videre potest,
tenet quoque obscuritate huiusmodi quandoque
diebus septem. Tunc predones illi e-
gredientes ad campos, quandoque numero
x milia, et ordinant se per longas
acies unus post iuxta socium in
latitudine magna, ita ut rarus
sit inde pertransiens qui non incidat
in manus eorum. Capiunt autem
homines et iumenta, vendunt autem
iuvenes et senes occidunt. Ego
Marcus semel dum inde transirem
incidi in illam obscuritatem, sed
quia vicinus eram castro quod dicitur
Canosalmi confugi ad ipsum.
plures tamen de meis sociis inci-
derunt in illos quorum quidam ven-
diti sunt, alii vero occisi. Deq.

De campestribus formose et de civitate Cormos xxiii

Planities autem que superius
dicta est versus meridiem
protenditur ad quinque dietas.
Deinde pervenitur ad viam quandam
que est in declinio per quam des-
cenditur continue per xx^ti miliaria
et est via pessima et propter predones
via periculosissima. Post hec perve-
nitur ad campestria pulcerrima
longitudinis dietarum duarum, et
dicitur locus ille formosa. Ubi sunt
flumina et aque multe. Palme
ibi sunt in copia maxima, fran-
colini, papagalli, aves quoque alie
diversarum specierum que citra mare
non habentur. Deinde pervenitur
ad mare occeanum in cuius littore
est civitas Cormosa ad cuius por-
tum conveniunt negociatores
indorum deferentes aromata mar-
garitas lapides preciosos pan-
nos aureos sericos dentes ele-
phantorum et alia preciosa. Hec ci-
vitas regalis est habens sub se
civitates et castra. Regio hec
calida est et infirma. Si mercator
extraneus moriatur ibi rex

fit. ubi accipit omnia bona eius
primo fit ibi de dactilis et aliis
optimis speciebus quod optimum est
Si qui tamen de eo bibant qui
assueti non fuerant ventris paciuntur
fluxum postmodum confert et
impinguari facit. Incole loci pane
tritici et carnibus non utuntur quia
non possent vivere si cibis huiusmodi
vescerentur Sed comedunt dactilos
pisces salitos et cepas ut sani sint
ibi talibus utuntur communia Naves ha-
bent pisculosas pro eo quod clavis
ferreis non firmantur Configuntur
enim tabule ligneis clavis et con-
suuntur filis que fiunt de corticibus
nucum de india Conficiuntur enim cor-
tices ut corea fila autem illa bene
sustinent fortitudinem aque maris
et multo tempore conservantur. punctum
firmentum fieri melius est Navis una
non habet arborem unum velum
unum quoque temonem nec habet nisi
unitam cooperturam. pice non lini-
unt naves illi sed solum oleo pisci-
um. post quam vero in navi composu-
erint onera cooperiunt ea coriis.
super que ponuntur equi qui in In-
dia deferuntur. multe ex hiis na-
vibus pereunt quia et mare tem-
pestuosum est valde et naves ferro
firmate non sunt Incole regionis
huius nigri sunt et Machometum
adorant. Estatis tempore propter in-
tollerabilem estum in civitatibus
non morantur. habent autem extra
civitates oppida et viridaria multa
ac flumina et ad singula viridaria
per aque ductus et canalia aquas
deducunt In illis viridariis estate
habitant. Sepe autem a regione quadam
deserti ubi non est nisi sabulum sufflat
ventus validus vehemens valde et
homines occideret nisi fugerent. Quando
enim senciunt primo motum ipsius statim
omnes vadunt ad aquas in quas in-
gressi tam diu in ipsis morantur donec
pertranseat ventus et sic ab ipsius ar-
dore liberantur. In regione illa propter
estum nimium blada sua in Novembri
seminant et in marcio metunt. quo
eciam mense fructus omnes maturescunt
post mensem Marcii folia omnia et her-
be arescunt adeo ut solum omnino re-
periri non potest. In hac regione cum
quando moritur vir habens uxorem uxor
eius ad annos quatuor semel deflet
in die diebus singulis mortem eius. Con-
veniunt autem ad planctum ad domum
defuncti consanguinei et vicini fortiter
que clamant et in planctu suo de mor-
te durissime conqueruntur Sequitur

De intermedia regione inter civitatem Cormos et civitatem Ciermam Capitulum vicesimum quintum

Nunc de regionibus aliis lo-
cuturus primo redeat Cierma
ut inde progrediar ad eas
quas volo describere regiones alio
autem loco libri huius India describe-
tur. Quando redditur de Cormosa ad civi-
tatem Ciermam primo invenitur
pulcra magna quoque planicies
ubi est victualium copia. triticum enim
habent habundanter sed panis illius
patrie comedi non potest ab hiis
qui non sunt ad eum per multa tempora
assueti eo quod propter aquas amaras

amarus est, pernices ibi et datiles
et fructus alii et copia magna sunt.
Ibi sunt balnea calida optima que
valent ad scabiem ad depellendum et
ad multas egritudines alias. Sequitur

De regione que media est inter Crerman et civitatem Cobinam capitulum vicesimum quintum

Euntes autem de Crerma usque Cobinam inveniunt viam pessimam que in longitudine septem dietas habet, in quibus aqua omnino haberi non potest nisi alicubi in modica quantitate et illa salsa est et amara viridis quoque coloris ita ut potius succus herbe quam aqua esse videatur, ideo quod de ea nullus bibere potest. Si quis autem haustum de ea sumpserit statim ventris profluvium patitur et pro haustu uno vel decem vicibus provocaretur ad fluxum. Simile etiam accidit si quis modicum salis comederit, qui ex ea fit, ideo quod oportet ut viatores pro potu aquam secum deferant. Iumenta vero aquam illam invitissime bibunt, cum autem pre sitis angustia bibere coguntur similiter ventris fluxum patiuntur. Nulla in deserto illo habitatio est hominum, nec etiam ferarum agrestium nisi tantummodo agrorum (?) propter tibi potus quoque defectum

De civitate Cobinam capitulum xxvi

Cobinam est civitas grandis ubi est copia ferri et calibis et andanici. Ibi fiunt specula de calibe pulcra et magna valde. Ibi fit tutia que medetur oculis sillis (?) et spodium. Modus autem habet faciendi talis est. In mineris invenitur ibi vena terrea que ponitur in fornace ardente, fervente ita supra vapor elevatus a terra suspensa et conglutinatus ad terram (?) tem est tutia, materia grossior que in igne remanet vocatur spodium. Huius terre habitatores sectantur legem abhominabilis Machometi

De regno Thymochaym et arbore solis que a latinis dicitur arbor sicca capitulum vicesimum septimum

Post discessum de Cobina invenitur desertum habens longitudinis dietas octo. Ibi est ariditas magna, arboribus enim caret et fructibus, aque vero eius amare sunt quas iumenta invitissime bibunt. Oportet igitur ut viatores aquam secum deferant. Postea pervenitur ad regionem Tymochaym ubi sunt multe civitates et castra et est regio illa in ultimis finibus predicte Persidis versus aquilonem. Ibi est planicies magna in qua est arbor solis que vulgariter apud latinos dicitur arbor sicca. Arbor magna est et grossa valde, folia habens ex uno latere alba, ex altero vero viridia. Fructus non producit, sed fiunt ericios ut castanea, vacui (?) quos fructus nullus est, et forte glauci coloris ut bussus. Ex uno huius arboris latere usque ad decem miliaria non est arbor, ex lateribus autem aliis undique nulla penitus arbor est usque ad miliaria centum. Ibi fertur fuisse bellum inter Alexandrum et Darium, tota terra

habitabilis regni Thymochaim
fertilis et habundans est, aeris quoque
gaudet temperie viros pulcros habet
et feminas pulcriores omnes tamen
Machometum adorant. Sequitur
De tiranno qui dicebatur senex
de montanis et sicariis seu
Assassinis eius capitulum xxviii

Mulete est regio ubi dominabatur princeps quidam pessimus
qui dicebatur Senex de
montanis de quo ego Marcus
que a multis in regione illa audi-
vi refero. Princeps ille cum universo
populo cui preerat legis Machome-
ti sectator erat. Excogitavit autem
inauditam maliciam ut homines
sicarios seu gladiatores quos Assassi-
ni vulgo vocantur per quorum auda-
ciam quoscunque vellet occideret et ab
omnibus timeretur. In valle enim quadam
pulcerrima que concluditur altis-
simis montibus maximum et pulcer-
rimum viridarium fecit, ubi omnium her-
barum florum et fructuum delectabilium
erat copia. Ibi erant pallacia pul-
cerrima miro varietate depicta
et deaurata, ibi fluebant rivuli
varii et diversi aque et vini mellis
et lactis. Ibi servabantur mulieres
iuvenes supra modum decore et
docte erant saltare citharizare et
canere in omni genere musicorum
vestes varias et preciosas habebant
miro quoque apparatu ornate erant.
Harum erat officium iuvenes ibi po-
sitos in omnibus deliciis ac volup-
tatibus enutrire. Ibi erat vestium
lectorum victualium omniumque desidera-
bilium copia. De nulla re tristi ibi fie-
bat relacio, ad nichil aliud nisi iocis
obscenitatibus delectabilibus vacare. Erat
autem ad introitum viridarii castrum fortissimum
quod diligentissime custodiebatur, nec
per aliam viam ad locum illud ingressus
esse poterat vel egressus. Tenebat autem
senex ille, sic enim in illa lingua vo-
catur Alodim, in suo pallacio extra
locum illud iuvenculos multos quos aptos
videbat et fortes et eos faciebat in
Machometi lege nephanda informari.
Promittit enim infelicissimus Machometus
sectatoribus sue legis quod in vita futura
habituri ut dictum est delectaciones ha-
bebunt. Cum autem volebat aliquos
ex iuvenibus facere audacissimos
Assassinos faciebat eis pocionem dari
qua sumpta confestim gravi sopore
deprimebantur, tunc deferebantur in
viridarium, et post horam modicam so-
pore penitus soluto, videntes se tantis
interesse deliciis putabant se paradi-
si gaudiis perfrui iuxta promissionem
abhominabilis Machometi. Post
dies aliquos faciebat ex ipsis quos
volebat pocioni simili soporari, et
inde educi. Cum autem excitabantur
vehementissime tristabantur videntes
se tanta consolacione privatos. Ille
autem tirannus qui dei se prophetam
esse dicebat, asserebat illis quod si pro
eius obediencia morerentur statim
reducerentur illuc, propter quod pro ipsius
obediencia mori desiderabant. Tunc
mandabat illis quod illum aut illum
virum occiderent et quod non metuerent
mortis periculum, quod statim ducerentur

ad gloriam. Illi autem omni periculo exponentes gaudebant se pro obediencia ipsius mereri occidi, et sic quos mandabat in occasione prefati hominem conabantur. Hac arte longo delusit tempore. Qua de causa multi potentes et magni mortis periculum intuentes effecti sunt illi tributarii et subiecti.

De morte eius et destructione loci illius capitulum vicesimum nonum

Anno autem domini millesimo cc° lxxii° Alau rex Thartarorum locum illum obsedit volens tantum periculum de suis removere. Post annos tres cepit senem Aloadin cum suis omnibus quia eis victualia defecerunt. Occidit quoque illum cum omnibus Assassinis et locus ille fuit funditus dissipatus.

De civitate Sopurgam capitulum tricesimum

Post discessum de loco prefato invenitur regio pulcra colles habens et planicies et pascua optima, multosque fructus, que eciam victualibus omnibus fertilis est, nisi quod aliquando per miliaria l et aliquando lx aqua inveniri non potest. Sed oportet ut eam secum deferant viatores. Equi autem vel iumenta alia ibi multam paciuntur penuriam. Ideo quod necesse est festinant in illa ariditate transire aut aquam pro animalibus deferre. Longitudo vero regionis illius protenditur ad dietas sex extra loca sterilitatis aque. Regio ipsa civitates multas habet et oppida. Omnes autem Machometum adorant. Post hec pervenitur ad civitatem Sopurgam ubi est victualium copia, precipue vero pepones habet habundantissime quos vulgus melones vocant, quos per fila seu corrigia circumquaque scindunt sicut fit de cucurbitis, quas cum desiccate fuerint ad proximas civitates venales deferunt in copia maxima. Acceptantur autem valde in cibum a populo quia quasi mellis habent dulcedinem. In illa regione venaciones multe sunt bestiarum et avium. Sequitur et

De civitate Balach capitulum tricesimum primum

Procedentes inde invenitur civitas nomine Balach que olim nobilis fuit et maxima, multa habens pallacia marmorea. Nunc vero a Thartharis est destructa. In hac civitate ferunt Alexandrum filiam regis Darii accepisse uxorem. Ibi adoratur abhominabilis Machometus. Hic ex parte aquilonaris terminatur provincia Persidis. Deinde inter plagam aquilonarem et orientalem itur per dietas duas et nulla habitacio reperitur, quia propter predones ac latrones habitatores loci ad montana pro securitate fugiunt. Ibi sunt aque multe et venaciones maxime bestiarum. Ibi eciam sunt leones. Oportet autem ut per dietas illas duas viatores victualia secum ferant.

De castro Taycam et terminis eius capitulum xxxii

Terminatis prefatis duabus dietis invenitur castrum quod dicitur Thaycam ubi est bladi copia magna. Regio autem eius pulcra est valde. Et

montes habet optimi salis
et ad meridiem altos et maxi-
mos qui ut dicitur toti mundo sal tri-
buere habundant / Tanta autem est
illius diuicies ut non nisi cum mal-
leis ferreis de ipsis accipi possit
Post hoc itur per dietas tres inter
plagam aquilonarem et orien-
talem peruenitur ad ciuitatem Scassem
interim tamen in via inueniuntur
oppida vbi est blada fructuum co-
pia incole machometum adorant
verutamen vinum bibunt et sunt
maximi potatores / tota enim die
potacionibus vacant / habent vinum
coctum optimum / homines autem pessimi
sunt / sed optimi venatores et mul-
tas siluestres bestias capiunt In
capite nichil aliud deferunt nisi
quilibet vir quilibet cordellam vnam
defert longitudinis decem palma-
rum capiti alligatam alligatam
bestiarum quas capiunt pelles co-
ficiunt et illo corrigio vestiuntur
et calceantur nec vestes alias
habent seu caligas De ciuitate
Scassem capitulum xxx tercium

Ciuitas autem Scassem in
planicie est et castra multa
in montibus habet / fluuius
magnus transit per medium ciuitatis
In regione illa multe sues spino-
se sunt / cum venatores illas ad
canibus insequuntur / congregate in-
simul sues in furore magno sa-
gittant singuli et spinas suas quas
in dorso in lateribus habent / in
canes et homines iaciunt multos
quos sepius vulnerant / Gens ista
propriam linguam habet / Pastores
huius patrie morantur in montibus
vbi in cauernis sibi habitacula faciunt
post hec per alias tres dietas vsque ad
prouinciam Balascie et in tribus dietarum
itinere nulla habitacio est neque cibus
neque potus in via haberi potest
ideoque cibum et potum deferunt vi-
atores in transeundo De prouincia
Balascie capitulum xxx quartum

Balascia magna prouincia
est propriam habet linguam
reges habet ex vna prin-
cipa sibi iure hereditario succedentes
fertur autem eos ortum duxisse ex
progenie Alexandri ibi adoratur Ma-
chometus In montibus huius prouincie
inueniuntur lapides preciosi pulcri ma-
gni et valoris qui dicuntur Balasci
a nomine regionis Si quis huius-
lapides sine eius licencia appor-
taret alique extra regionem vita-
pariter perderet et confiscarentur omnia
bona eius Omnes enim huiusmodi la-
pides rex autem mittit lapides quos
ad reges et principes dona / aut pro
solucione tributi / Multos eciam pro
auro et argento commutat / tanta
enim ibi est ipsorum lapidum copia quod
si rex libere effodi et apportari
permitteret / ita vilesceret quod ipse nichil
aut modicum lucraretur In hac pro-
uincia in monte alio inuenitur lapis
lazuli de quo fit asurium melius
quod reperitur in mundo habentur autem
in mineriis sicut et ferrum / ibi
eciam in mineriis inuenitur argentum
Regio valde frigida est Equi enim
ibi multi sunt optimi veloces et
magni / qui ita fortes et solidos
pedes habent ut non indigeant suf-
ferrari discurrunt enim et currunt per

montes et saxa non ledunt pedes
eorum / ibi etiam herodii seu falco-
nes optimi sunt qui aput vocantur
Sacri et etiam laisnerii venato-
res bestiarum ibi sunt et avium plu-
rime habet ergo provincia Balas-
cia eciam optimum in copia valde
magna ordeo habundat / plurimum etiam
habundanciam habet milii et pannici
olivis autem carent / sed de nucibus et
sisiman oleum faciunt aliorum regno-
rum et suorum affinium gentes non
metuunt / introitus enim provincie arti
et ardui sunt / qui ab hostibus
invadi et transiri nequeunt civites
eorum et castra in montibus altissimis
Sagittarii strenui sunt et opti-
mi venatores / coreis vestiuntur ut
plurimum / nam veste lanee ibi haberi
non possunt cum aut nimium
care sunt / mulieres nobiles regio-
nis illius brachiis lineis aut bo-
bicinis vtuntur / vna queque enim in
suis femoribus habet panni bra-
chia centum aut octoginta / aut
sexaginta / inter alias autem glo-
riosior reputatur que a cingulo infra
se habet ostenderit grossiciem am-
pliorem Sequitur de provincia
Bascia capitulum tricesimum quintum

Bascia est provincia distans
per dietas x a provincia Ba-
lascia regio valde calida
est / homines habet nigros astutos
et malos / linguam habent propriam
et in aureas et argenteas defe-
runt cum margaritis margaritis
et lapidibus preciosis / hec in auri-
bus hanc enim anulis qui defertur
in quibusdam indi partibus vero aurea
fert at eque gestuam in auribus Car-
nibus vescuntur et riso / ydolatre autem
vacantes incantacionibus et invoca-
cionibus demonum De provincia
Chesimur capitulum xxx sextum

Chesimur est provincia distans
per dietas septem cuius incole
linguam propriam habent et
ydolatre sunt ydola consulunt
et responsa ab idolis dyabolica
machinatione recipiunt / faciunt arte
demonum aerem obscurari / Bruni
sunt id est non perfecte nigri / nam regio
temperata carnibus vescuntur / et riso
et tamen macilenti sunt valde / ci-
vitates ibi multe sunt / et castra mul-
ta quam oppida regem habent qui nulli
tributarius est / neminem metuunt quia
deserta circumquaque habentes / forcio-
res sunt et vndique ad eos difficilis
est accessus In hac provincia quidam
heremite sunt qui in monasteriis et
in cellis ydolis serviunt Cibi et po-
tus magnam abstinenciam faciunt
pro suorum honore deorum / multum quia ca-
vent deos quos colunt offendere
eorum transgrediendo mandata nephan-
ria / huiusmodi autem heremitis a populo
provincie magna reuerencia exhibetur
De provincia Vochan et
montibus altissimis capitulum xxxvii

Si vellem recta tramite
progredi oportet me in In-
diam ingredi / sed in libro
tercio de India prosequar / ideo per
viam aliam ibimus rursum a con-
finiis altos inchoantes provincie
Balascie post recessum Balascie
inter plagam aquilonarem

et orientalem itur per dietas duas super
crepitudinem fluminis ubi prope est fra-
ter regis Balasci Inveniuntur autem
ibi multe civitates et castra et vil-
le viri quoque locorum probi sunt et in
armis strenui bellatores et ma-
chometum adorant post dietas vero
duas invenitur provincia vocham
que linguam habet propriam et subiec-
ta est regi Balascie habens in
longitudine et latitudine tres
dietas ibi etiam habetur lex pessimi
Machometi viri autem loci illius
sunt strenui bellatores ibi sunt
venationes maxime quia regio
silvestres bestias habet innumerabiles
Deinde post discessum a regione pre-
dicta itur per dietas tres ad orien-
talem plagam semper ascendendo
per montes donec ad montem maxi-
mum pervenitur qui dicitur esse al-
cior mundi locus ubi invenitur inter
montes duos quedam pulcra
planicies ubi fluvius pulcerrimus
est sunt quoque ibi pro optima pascua
si equus aut bos macilentus vel
quodcumque aliud ponatur ibi ad pastum
in diebus decem valde pinguescit
Silvestria animalia ibi sunt multa
inveniuntur etiam ibi silvestres arie-
tes maximi habentes cornua
longa palmis aut quatuor sive
sex de quibus scutelle et vasa
alia fiunt insuper etiam pastores
de cornibus illis concludunt do-
miculas habet autem planicies
illa in longitudine dietas xij
et vocatur Pamer Sed in progressu
vie deserta nullaque est habitacio
neque herba ibi reperitur Oportet

autem ut viatores inde transitum fa-
cientes victualia secum ferant Aves
ibi nulla apparet propter frigus et alti-
tudinem nimiam et quia ibi victum
habere nequeunt Ignis quando ibi ac-
cenditur propter frigiditatem maximam re-
gionis neque ita lucidus apparet
ut est alibi neque ita efficax ad co-
quendum post hec oportet itineran-
tes inter plagam orientalem et aqui-
lonarem ambulare per montes colles
et valles xl^a dietas ubi multa
inveniuntur flumina vocatur autem
regio Belor in tota autem illarum
quadraginta dietarum habitacio nulla
est neque etiam herba crescit ibi Opor-
tet igitur ut transeuntes inde secum
victualia deferant In montibus
vero altissimis habitaciones multe
sunt hominum ydolatrarum crudelium et
pessimorum qui de venacionibus
vivunt et corio vestiuntur De pro-
vincia Caschar capitulum xxxviij

Post hec pervenitur ad provinciam
Caschar que magno Kaam
tributaria est ubi sunt vinee
pulcre valde et viridaria multa
et possessiones fructifere ubi est
bombicinis copia homines vero
regionis illius linguam propriam
habent negociatores autem et
artifices sunt multum quoque discurrunt pro
negociacionibus suis avari sunt
et pre avaricia parce vivunt Ha-
bent vero legem miserabilis Ma-
chometi Sunt nichilominus ibi
quidam christiani Nestorini qui ibi
proprias habent ecclesias quinque au-
tem dietis protenditur tota regio
Sequitur ultra Capitulum

De ciuitate Samarcham et miraculo facto in ecclia bti Johannis Baptiste capitulum tricesimum nonum

Samarcham nobilis ciuitas est et magna in regione illa que tributaria est nepoti magni kaam ubi simul habitant xpiani et qui Machometum adorant qui se Saracenos vocant In hac ciuitate tale hijs temporibus factum est xpi virtute miraculum Quidam frater magni Kaam qui dicebatur Cygathay cum haberet regionem illam ductus baptisma suscepit Tunc xpiani principis fauorem habentes edificauerunt basilicam magnam in vrbe Samarcham in honore bti Johannis Baptiste tali autem ingenio fuit per architectos ecclia fabricata ut tota testudo basilice super columpnam vnicam firmaretur que columpna in medio eius erat acceperunt autem dum fieret opus quendam Saracenorum lapidem de quo basim formauerunt sub columpna prefata Saraceni vero qui xpianos oderant de sublato eis lapide doluerunt Sed Cigathay principem metuentes ausi contradicere non fuerunt Factum est autem ut moreretur princeps cuius filius in regno sed non in fide successit Saraceni autem impetrauerunt ab ipso ut xpiani suum eis lapidem restituere cogerentur Offerentibus vero xpianis illis precium pro lapide magnum renuerunt Saraceni precium volentes ut sublato lapide destrueretur ecclesia cadente columpna Cumque xpiani nulla pro hac re adesset remedium btm Johannem baptistam lacrimosis precibus inuocare ceperunt igitur die quando lapidem de sub columpna moueri volebant et a Saracenis per consequens ruina totius tecti ecclesie sperabatur nutu diuino columpna adeo de basi subleuata ut per palmarum trium spacium eleuata absque sustentaretur in aere et sic absque humani adminiculo fulcimento vsque hodie perseuerat

De prouincia Carcam capitulum xl.

Ursus inde progressi intrauimus prouinciam Carcam que quinque dierum itinere in longum protenditur que eciam legem Machometi habet et subita est dominio nepotis magni kaam vbi eciam sunt xpiani aliqui Nestoriani omnium vero victualium rerum copia habet

De prouincia Cotam capitulum xli

Prouincia vero Cotam reperitur post Carcam inter plagam orientalem et aquilonarem que subiecta est dominio magni Kaam habens ciuitates multas et oppida principalior autem regni ciuitas dicitur Cotam protenditur autem in longum prouincia per dietas octo vbi est bombicinis et omnium victualium copia vinee multe et optime ibi sunt homines ibi imbelles sunt artifices vero sunt et negociatores et habent legem pessimam Machometi

De prouincia Peym capitulum quadragesimum secundum

Progredientes insuper per eandem plagam occurrit prouincia Peym longitudine habens dietarum

quinque. Similiter subiecta est magno
Kaam et Machometum adorant.
Multas habet civitates et castra
nobilior ex civitatibus eius dicitur
Peym, ubi est fluvius in quo preciosi
inveniuntur lapides scilicet iaspis et
calcedonius. Homines patrie artifices
et negociatores sunt, et habet bom-
bicinis et victualium copia. Est au-
tem in provincia Peym consuetudo talis
ut si quispiam habens uxorem ad
partes alias quacumque ex causa se
transferat ultra diem vicesimum
moraturus post illius discessum
uxori licitum est illo relicto viro virum
alterum nubere. Viri etiam propter discessio-
nem aliam licite ducere possunt uxorem
iuxta errorem in ea patria in ea
consuetum. De provincia Cier-
ciam capitulum quadragesimum tercium

Post hec pervenitur ad provin-
ciam Cierciam que est
sub dominio magni Ka-
am ubi sunt multe civitates
et castra, cuius principalior dicitur
urbs Cierciam, ubi sunt flu-
mina in quibus copiose habentur
preciosi lapides iaspis et calcedo-
nii valoris, qui a negociatoribus
deferuntur ad provinciam Cathay.
Hec provincia Cierciam tota est
sabulosa et aquas multas habet
amaras licet in locis multis a-
qua bona sit. Similiter inter Cotam
et Peym terra tota arenosa ac ste-
rilis. Cum exercitus aliquis transitum
facit per provinciam Cierciam omnes
regionis illius cum uxoribus
et filiis ac animalibus currentes per
dietas duas vel tres ad aliam
se transferunt regionem ubi pascua

reperiantur et aqua, ibique resident
donec exercitus transierint. Ventus autem
ita eorum vestigia in sabulo delet
quod supervenientes exercitus viam illorum
investigare nequeunt. Post discessum
exercitus ad propria redeunt. Si vero
Thartharorum exercitus quibus subditi
sunt transeat non fugiunt homines sed
animalia omnia ad locum transferunt
quia exercitus Thartharorum pro victu-
alibus que recipiunt quos transeunt
pretium dare nolunt. Post discessum
de provincia Cierciam itur diebus
quinque per sabulum ubi est aqua pessi-
ma et amara, alicubi aqua ad instar
illius tamen de bonis aliquid in-
venitur, et sic pervenitur ad civitatem
que dicitur Lop. Omnes autem pro-
vincie superius posite scilicet Casiar
Carcam Cotam Peym et Cierci-
am usque ad civitatem Lop sub mag-
ne Turcie terminis continentur.
De civitate magna Llop et
deserto maximo capitulum xl iiii

Lop est civitas magna
ad introitum deserti magni
que est inter plagam orien-
talem et aquilonarem. Homines
civitatis legem Machometi ha-
bent. In hac civitate per mercatoribus
volentibus transire desertum cuncta
necessaria preparantur, ubi mercatores
prius quam iter arripiant diebus
aliquot requiescunt ibi asinos
fortes et camelos mercatoribus
in victualibus onerant. Et sic
iter arripiunt per desertum eundo
aut asinos et camelos exonera-
verint victualibus occidunt eos
vel in deserto dimittunt quia non
possunt eis usque ad terminum de

victualibus providere. Camelos autem
ducunt libencius quia et pauca cibi
sunt et onera magna portant. In
deserto inveniunt aquas amaras
in locis ibus aut quatuor. Alibi autem
in ipso deserto locis circiter xxviii
inveniunt aquam dulcem, est tamen
ut plurimum inter unam et alteram
unius diete distancia, non autem pro
omnibus, quandoque enim l. mercatoribus
quandoque vero centum sufficere potest. In
xxx.ta autem diebus ad deserti ter-
minum pervenitur per altitudinem eius
et longitudo enim eius tanta esse
a viris patrie fertur, ut vix ab ini-
cio eius usque ad finem eius in
uno anno pervenire posset. Est autem
desertum illud montosum ut plurimum
planicies eius vero arenosa est
tota, aut communiter sterile est
omnio, animalia ibi nulla sunt propter
cibi defectum. Illusiones demonum
multe de die et nocte videntur et
audiuntur ibi. Oportet igitur ut di-
ligenter caveant inde transitum
facientes ne dividant a sociis et
ne quis in via sine sociis dormi-
at, vel post precedentes remaneat
quando si socii preteriunt adeo ut propter
montes aut colles videri nequi-
ant, difficile est remanentibus ad
socios pervenire, quoniam voces demonum
audiuntur ibi, qui ipsos vocant no-
minibus propriis et effugiant sociorum
precedentium voces quas illi seque-
tes ducuntur ad devia. Per huius-
modi enim illusiones multi in illo
transitu perierunt, quia nescierunt
ad socios pervenire. Aliquando etiam
in aere audiuntur sonitus musicorum
instrumentorum sed frequentissime sonitus
tympanorum. Sic igitur transitus
ille laboriosus valde et periculosus est.

De civitate Sachion et ritu
paganorum in combustione cor-
porum mortuorum capitulum xl quintum

Completa via deserti prefati
pervenitur ad civitatem Sachi-
on que est in introitu provin-
cie magne Tanguth ubi sunt
pauci christiani Nestorini. Alii autem
quidam habitatores urbis legem sequntur
miserabilis Machometi reliqui
vero omnes ydolatre sunt. Ydolatre
autem qui ibi sunt linguam propriam
habent. Habitatores urbis omnes
huius negociacionibus non intendunt
sed solum de fructibus terre vivunt.
In civitate Sachion multa sunt
monasteria diversis ydolis dedi-
cata, quibus magna sacrificia
fiunt, et maxima a populo reverencia
exhibetur. Quando autem omni ydola-
tre nascitur filius statim recomen-
dat eum alicui ydolo ad cuius ho-
norem anno ipso arietem in domo
propria nutrit. Anno vero comple-
to a nativitate filii in festo primo
illius ydoli quod post annum eve-
nerit, offert illo ydolo filium et
arietem cum reverencia maxima
post hec coquuntur carnes arietis
et ydolo offeruntur quas tam-
diu ante ipsum dimittunt donec
complete sunt orationes nephan-
de, quando ante eum contra consuetudi-
nem sue ceritatis effundunt.
Rogat enim pater suppliciter ydo-
lum, ut filium conservare dignetur.
Credunt vero quod interim ydolum

ius carnium comedat. Officio huius-
modi consummato immolatas carnes ad
locum aliud deferunt, et congregati
prius omnes consanguinei illius
carnes illas cum magna reverencia
comedunt, et ossa reverenter in de-
centi vasculo servant. Tenendo earum
quibus moritur hii ad quos mortuorum
corpora pertinet in quorum combu-
stione talis ordo ac solempnitas
observatur. Primo astrologos consu-
lunt quando mortuus ille ad combu-
stione sit offerendus. Illi autem in-
terrogant de mense die et hora na-
tivitatis illius, et illius hora con-
sultacione prospecta indicant quo
die comburendus sit. Aliquando autem
mortuum corpus diebus septem
retinere faciunt, quandoque per mensem,
quandoque vero mensibus sex. Interim
autem tali modo servatur in domo
capsam habet ex asseribus valde
grossis sic artificiose composita
quod nullus ex ea fetor exalare po-
test, que eciam exterius pulcre depicta
est, ibi cadaver collocant aroma-
tibus conditum, et capsam operiunt
panno pulcro. Singulis vero diebus
quibus diu corpus in domo servatur
hora prandii mensam iuxta cap-
sam, cum vino et delicatis cibar-
iis parant, que tam diu sic para-
ta tenetur, quousque vivus homo
prandere possit. Dicunt enim defunc-
ti homo de hiis que ibi nomine
sunt apposita manducare. Insuper
eciam prefati astrologi consulunt
qua ex parte extra domum defuncti
offerendum sit. Dicunt enim aliquando
hanc vel illam bonis factis in

sue constellatione caruisse, propter quod eam
indicant incongruam esse, ut per eam
mortuorum cadavera efferantur, propter quod
mandant ut per portam aliam vel per
novam parietis apperturam ad comburen-
dum efferatur corpus defuncti. Cum autem
extra civitatem vel oppidum ad com-
burendum effertur, fiunt in via domun-
cule de lignis in locis pluribus pan-
nis sericeis et aureis coopertae ad
quas cum perveniunt cum mortui cor-
pore capsam ibi deponunt ante do-
munculam, et ibi ante capsam ef-
fundunt vinum in terram et cibaria
delicata, dicentes defunctum illum
cum tali prandio in via alia re-
ceptari. Dum autem in via procedunt
capsiam, omnia instrumenta musicorum
civitatis, in quorum sonitu est iocundi-
tas maxima. Dum vero ad combu-
stionis locum perveniunt, habent in
cartis de papiro incisas imagines
virorum ac mulierum, equorum came-
lorum, atque denariorum multorum, que
omnia simul cum cadavere combu-
runt. Dicunt enim defunctum illum
tot servos et ancillas animalia atque
denarios in vita alia habiturum
quot fuerunt eorum imagines cum ipso
combuste, et sic vivet ibi in de-
liciis diviciis et honore. Hanc su-
persticiosam servant ubique in com-
bustione cadaverum humanorum in
orientis partibus cecitate, cecitas pa-
ganorum. De provincia Ca-
mul capitulum xl sextum

Camul vero provincia una
est inter provinciam Tanguth
que est subiecta magno
Kaam, ubi sunt civitates multe et
opida. Est autem Camul inter
duo deserta, scilicet inter magnum

Septimus

de quo supra dictum est et aliud quod in longitudine continet dietas tres. Victualia in hac provincia copiose habent, tam pro incolis quam pro viatoribus quibuscumque. Homines illius regionis linguam propriam habent et sunt iocundissimi, ad nichil enim aliud nisi ludis et placitis vacare videntur. Ydolatre vero sunt, et a suis ydolis ab antiquo sic dementati sunt, quod quando viator quicumque inde pertransiens declinat ad domum alicuius civis Camul, ille eum letanter suscipit, et precipit uxori, et toti familie ut quamdiu ille apud eos esse voluerit, ei in omnibus obedientes sint, quo dicto discedit dominus domus, non reversurus in domum suam, donec hospes in domo eius manere voluerit, uxor autem illius viri miserabilis hospiti in omnibus obedit ut viro suo. Mulieres autem regionis illius decore sunt valde, viri autem earum omnes a diis suis hac sunt cecitate dementati, ut sibi pro honore et utilitate computent, ut ipse sint viatoribus prostitute. Tempore autem quo regnavit Mangu Kaam magnus universalis rex omnium Tharthârorum audita tanta dementia virorum, mandavit Camul illius ne rem detestabilem amplius tollerare presumerent, sed potius uxores uxorum suarum consuetudines honorem pro viatoribus de cetero hospitio providerent ne provincie illius populus tanta illius turpitudine fedaretur. Viri vero provincie Camul audito mandato

x fedaret

regis, contristati sunt vehementer, et electos nuntios cum donariis tunc mittentes instantissime postularunt, ut hoc tam grave revocaret edictum, cum hanc traditionem a suis habent senioribus, quod diu hanc benignitatem hospitibus exhibent, deorum suorum gratiam obtinerent, et terra eorum uberes fructus produceret. Rex autem Mangu eorum acquiescens instantie mandatum revocavit dicens: Certe ad me pertinet vobis mandare eciam, sed ex quo tam vituperabile obprobrium pro honore suscipitis, habete vobis vituperium quod optatis. Nuntii vero cum revocatoriis litteris redeuntes universo populo quod tristis effectus fuerat, leticiam attulerunt. Eam igitur consuetudinem detestabilem servant usque in hodiernum diem.

De provincia Chinchitalas .xlvii.

Post hanc provinciam Camul invenitur provincia que dicitur Chinchitalas, que est affinis ad aquilonarem plagam, habens in longitudine dietas sedecim, et est sub dominio magni Kaam, ibi sunt civitates multe et castra. Sunt etiam ibi quidam Christiani Nestorini, et quidam adorantes Machometum, reliquus vero provincie populus ydola veneratur. In hac provincia mons est ubi sunt minere calibis et andanici et salamandre, de qua pannus fit, qui si proicitur in igne comburi non potest. Fit autem pannus de terra hoc modo, sicut didici a quodam socio meo Turcho viro multe prudentie, qui dicebat

zurficar, qui ex commissione ma-
gni kaam in illa provincia prefuit
ipsis mineriis, referebat enim quod in
monte illo quedam minera terre
habetur que fila quedam habet lane-
filia ipsa fila desiccantur ad solem
post ea in mortario ereo conteru-
tur deinde lavatur aqua, et a terre
adherentia grossitie separantur, terra vero
pulvis et fila ut lana fusantur
De quibus filis postea panni fiunt.
Hii autem panni ex textura non assu-
muntur, sed ponuntur in igne, et per ho-
ram unam dimittuntur in flamma
et tunc albescunt ut nix nec le-
duntur in igne quod pluries fit quo-
tiensque lavari debent Nam alia lo-
tio ad removendas maculas non
adhibetur eis De salamandra vero
serpente qui in igne vivere dicitur
nichil audivi in orientalibus par-
tibus Id autem totum quod de Sala-
mandra in qua est sudarium didi-
ci descripsi fideliter, refertur quod Ro-
me sit mappa quedam de salama-
dra in qua sudarium domini invo-
lutum, quam misit summo pontifici
quidam rex tharthararum De pro-
vincia Suctur capitulum xlviii

7 Vadam vero relicta pro-
vincia Chinchitalas, itur
ad orientem per dietas x
continuas, nulla habitatio repe-
ritur, nisi in paucis locis, quibus trans-
actis invenitur provincia Suctur
multas habens civitates et oppi-
da, cuius maior civitas dicitur
Suctur In hac provincia sunt
xpiani quidam Relique vero pro-
vincie incole ydolatre sunt

et subditi magno kaam, negociatores
non sunt sed de fructibus terre vivunt
In cunctis montibus huius provincie inve-
niuntur reubarbarum et in maxima copia
et inde per mercatores differtur ad diversas
mundi partes De civitate Campi-
cion capitulum quadragesimum nonum

Campicion est civitas per-
grandis et nobilis que est
principalior in regione Tan-
guth ubi sunt xpiani quidam et alii
tenentes Machometi legem Reliqui
vero cives ydolatre sunt Multa sunt
in civitate hac monasteria in quibus
multitudo collocatur ydolorum, ydolorum
quedam lapidea quedam lignea quedam
vero lutea sive fictilia sunt Desuper
vero deaurata sunt omnia, quedam autem
ex ipsis sunt magnitudinis passuum
decem que iacere videntur Circa que per ordinem
ydola sunt posita que videntur eis
reverentiam exhibere Sunt etiam ibi
religiosi quidam ydolatre, qui ceteris
ydolatris honestius vivunt, quorum quidam
castitatem servant, multum quidem cavent ne
deorum suorum legem preteriant:
Totum anni circulum per lunationes com-
putent nec alios menses vel ebdo-
madas habent, In quibusdam a-
vem aut bestiam non occidunt, nec
carnes comedunt, illis quinque diebus
scilicet vivunt et illis quinque diebus
honestius, quam ceteris anni diebus
In hac civitate ydolatra quilibet
potest habere uxorem vel uxores
xxxta, vel plures, si hoc eius sub-
stancia paciatur, Prima tamen uxor
magis dignior et legittima com-
putatur, Non recipit vir ab uxore
dotem, sed ipse ei in animalibus et servis

aut pecunia, iuxta status et possi-
bilitatis ipsius congruencia dotem as-
signat. Si vxor viro efficiatur odio-
sa, licitum est viro dimittere iuxta pre-
beneplacitum voluntatis. Consanguine-
as gradibus sextis vxores accipiunt
similiter et nouercas, multaque apud
nos grauia peccata sunt ipsi licite
reputant, quo ad multa bestialiter
viuunt. Pater meus dominus Nicolaus
et dominus Matheus frater eius et
ego Marcus anno vno pro quibusdam
negocijs morabamur in hac ciuitate

De ciuitate Ezina et alio deserto
magno capitulum quinquagesimum

Ulterius procedendo a ciuitate
Campicion itur per dietas xij
post modum inuenitur ciuitas
que dicitur Ezina, que est affinis
arenoso deserto versus aquilonem
vbi sunt cameli multi, et aliarum
specierum animalia. Ibi sunt herodij
seu falcones lanarij optimi et
sacres etiam in copia maxima. Homines
de Ezina ydolatre sunt, negocia-
tores non sunt, sed de fructibus terre
viuunt. In hac ciuitate parant sibi
victualia viatores et mercatores pro
xlta diebus si volunt transire desertum
quod ibi est ad aquilonem, per quod
transitur xlta diebus, nulla enim ibi
est habitatio nisi in montibus vel a-
liquibus vallibus eius vbi habitant
aliqui homines in estate. In deserto
illo raro herba inuenitur in quibusdam
tamen locis fere siluestres sunt mul-
te, et specialiter autem onagri in-
ueniuntur ibi in multitudine maxi-
ma. Sunt etiam in deserto pinus
multe. Omnes autem supradicte

prouincie et ciuitates scilicet ciuitas Sa-
chion, prouincia Chinchitalas et
prouincia Succuir, ciuitas Campi-
cion et ciuitas Ezina pertinent ad
magnam prouinciam Thanguth

De ciuitate Cororam et de
inicio dominij tharthar[orum] l primum

Transmissa via prenominati deserti peruenitur ad ciui-
tatem Cororaram que est
ad aquilonarem plagam, vbi o-
riginem habuit dominium thartha-
rorum. Habitabant enim primitus in cam-
pestribus magnis regionis illius
vbi non erant ciuitates vel oppida sed
pascua solida et flumina multa, non
habebant dominum de gente ipsorum, sed
tributarij erant magni regis qui
dicebatur Vnecham, quem latini pres-
biterum Johannem nominant, de quo
totus loquitur orbis. Post tempora at-
creuit populus thartharorum et aug-
mentatus est nimis. Timuit rex
ille ne ab illa multitudine offe-
di posset, si forte vellet esse re-
belles. Cogitauit igitur eos ab
inuicem separari in partes et ad diuer-
sas regiones transferre ut ex hoc
eorum potencia minor esset. Ipsi autem
nolentes ab inuicem separari omnes
simul transierunt desertum ad aqui-
lonarem plagam, et peruenerunt ad
locum vbi prenominatum regem ti-
mere non poterant, cui postea tribu-
tum reddere noluerunt. Sequitur

De primo thartharorum rege
Chinchis et discordia eius
cum rege suo capitulum
quinquagesimum secundum

Post annos paucos de communi consensu virorum quemdam de suis probum et sapientem qui dicebatur Chinchis regem super se constituunt. Quod factum est anno domini M°c°lxxxvij°. Post coronationem autem eius cuncti Tharthari qui in regionibus aliis dispersi erant venientes ad eum omnes se dominio libero animo subdiderunt. Ipse autem subditum sibi populum prudentissime gubernavit. Cum brevi vero termino in tempore provincias octo cepit. Cum autem per violenciam civitatem caperet aut castrum, neminem occidi vel spoliari sinebat, si imperio eius sponte subiugare volebat secumque progredi ad civitates alias capiendas. Propter quod miro modo amabatur. Videns autem se ad tantam gloriam sublimatum, nuncios ad regem quemdam suum direxit petens eius filiam in uxorem. Fuit autem hoc anno domini millesimo cc°. Ille autem hoc supra modum indigne tulit dureque respondit. Dixit enim quod filiam suam potius in igne proiceret quam in uxorem eam traderet servo suo. Nuncios autem Chinchis a conspectu suo eiecit dicens: Dicite domino vestro quod quia ad tantam superbiam elevari presumpsit ut filiam domini sui in uxorem peteret, amara eum morte faciam interire.

De conflictu Tharthararum cum rege illo et victoria ipsorum liij

Quod cum audisset Chinchis iratus est valde et congregato exercitu magno processit in terram regis Vnchan qui presbiter Johannes dicitur et castra metatus est in planicie maxima que dicitur Tandur. Misit quoque ad regem ut defenderet se. Tunc ille cum exercitu magno descendit ad campestria ad miliaria xx^ti iuxta exercitum Tharthararum. Tunc Chinchis Tharthararum rex precepit incantatoribus et astrologis suis ut predicerent qualem eventum futurum prelium haberet. Tunc astrologi in partes duas per longum scindentes arundinem divisiones ipsas in terra posuerunt, unam vocaverunt Chinchis et alteram Vnchan. Dixeruntque regi: nobis legentibus invocaciones deorum, due iste partes arundinis pugnabant ad invicem. Ille autem rex victoriam obtinebit in prelio cuius pars super alterius partem ascendit. Multitudine vero ad spectaculum conveniente dum astrologi in libro suarum incantacionum legerent, partes arundinis sunt commote et una contra aliam insurgere videbatur. Tandem pars Chinchis ascendit super partem Vnchan. Quo viso Tharthari de futura certificata victoria confortati sunt valde. Tercia igitur die commisso prelio de utriusque regis exercitu perierunt multi. Chinchis tamen victor extitit. In Vnchan rex occisus fuit. Tharthari autem regnum eius totaliter subiugarunt. Regnavit vero Chinchis post Vnchan annos sex, in quibus multas provincias acquisivit. Post annos sex dum per suos quoddam castrum sagitta in genu percussus est. Sepultusque est in monte Altaij ubi deinde sepeliuntur omnes reges

magni Thartharorum, et qui de progenie sunt eorum. Si magnus Kaam moreretur in loco qui per dietas c. distaret a monte Altay corpus eius tamen ad montem deferretur sepeliendum.

Cathologus regum Thartharorum et qualiter regum illorum corpora sepeliuntur in monte Altay. l iiij

Primus igitur Thartharorum rex fuit Chinchis, Secundus Cui, Tercius Batui, Quartus Esu, Quintus Mangu, Sextus Cublay qui nunc regnat, cuius potencia maior quam fuerat omnium prenominatorum quinque predecessorum eius. Maius est solius ipsius dominium quam fuit simul in unum cuncta regna et dominia xpianorum regum et omnium Sarracenorum, sicut in libro hoc suo loco manifeste patebit. Quando vero corpus magni Kaam tumulandum deferetur ad montem Altay, hii qui eum ad sepulturam comitantur homines cunctos quos in via obvios habent gladio puniunt dicentes Ite et domino vestro regi servite in alia vita. Tanta enim insania a Sathana decepti sunt ut credant occisos tali occasione predicta in vita alia eius fore obsequio mancipandos. Similiter etiam equos omnes obvios necant et defuncti regis equos et electos occidunt, ut ipsos in vita alia vivos recipiat. Quando autem corpus magni Kaam delatum fuit ad montem milites qui deducebant corpus in occasione predicta ultra xx.ti hominum milia occiderunt. Sequitur

De generalibus consuetudinibus et moribus Thartharorum. ca. l v.

Tharthari communiter nutriunt greges multos boum iumentorum et ovium. propter quod cum gregibus suis morantur in pascuis. estate in montibus habitant et in locis frigidis, ubi pascua et ligna sunt. hyeme vero ad calidas se transferunt regiones, ubi invenire possunt pro animalibus pabulum. Domunculas ad modum Thartharorum habent filtro optime clausas quas secum deferunt quocunque divertunt, que sic sunt artificiose composite, ut de facili plicari et extendi levari et poni et portari valeant. Quarum ostia semper ad meridiem situant. Quidam domunculas erigunt. Quadrigas insuper habent, que a camelis trahuntur, filtro similiter sic artificiose opertas ut si die tota super eas plueret nichil sub eis valeat madidari. Super eas autem uxores ac filios et utensibilia necessaria deferunt. Mulieres autem Thartharorum viris suis fidelissime sunt. apud eos absurdum est valde et intollerabile penitus ut vir quispiam ad uxorem proximi sui presumat accedere diligentissime cavet. ne in hac re sibi invicem iniuriam inferant. Quilibet autem iuxta eorum consuetudinem habere potest uxores tot quot nutrire valeat. prima tamen uxor principalior et honorabilior ceteris reputatur. preter sorores et consanguineas in transversalibus

lineis vxores accipiunt Mortuo
patre filius nouercam suam accipe
potest vxorem / frater etiam mortuo
cognatam accipit fratris nuptias
solempnes faciunt quando traducunt
vxores viri / ab vxoribus non recipi-
unt dotes sed econtrario ipsi eis et
earum matribus dotem assignant
propterea autem multitudine habent
tharthari innumeros filios thartha-
rorum vxores in expensis parum
sunt onerose maritis suis / eo quod
de suis laboribus prouide et ad ci-
borum preparacionem sollicite sunt / re-
liqua autem domus officia studiose
perficiunt / emunt et vendunt / quia
optime emenda vel vendenda
sunt / viri earum curam domus vxo-
ribus relinquentes venacioni · au-
cupiis armorum / bellorum que ex-
ercitiu sunt intenti

De armis et vestibus tharthar orum capitulum quinquagesimum sextum

Arma quibus tarthari in-
duuntur / de forti et solido co-
rio cocta sunt siue bubal-
lorum / aut aliorum animalium haben-
cium corium solidum / clauas et gla-
dios deferunt / papue autem vtuntur
arcubus et sagittis / sunt enim sa-
gittarij optimi a puericia docti
/ et ad arcuum exercitium assueti di-
uites homines sericeis et aureis
vestibus induuntur / deferunt que sub
vestibus superioribus pelles delicatas
vulpium vaiarum / aut armellinorum
vtuntur eciam pellibus animalium / que
gebelline dicuntur / que delicate
nimium aut speciose sunt

De cibis communibus tharthar orum capitulum . l . septimum

Communia tharthar orum cibaria
sunt carnes et lac carnes
animalium que in venacionibus
capiunt comedunt / similiter etiam aliorum
animalium mundorum et immundorum nam equos
et canes edunt / similiter et capticha q-
dam que vulgo dicuntur Tarchyta
raonis que in planiciebus illis in-
veniuntur in copia maxima / bibunt
etiam lac equorum quod totaliter pare-
nonunt / vt vinum album esse videatur
/ quod est valde sapidum / vocatur
autem in eorum lingua Chemius

De ydolatria et erroribus eorum capitulum quinquagesimum octauum

Tharthari pro deo colunt v-
num quem vocant Nanthigay
quem deum terre esse putant
qui curam gerat ipsorum fructuum
terre filiorum ac gregum ipsorum / Istud
falsum deum maxime reuenter
/ quilibet tharthar in propria domo
illius dei ydolum habet de filtro et
panno alio / Ipsum autem ydolum in loco
honorabili collocat Credunt autem
ipsum habere vxorem et filium quibus
ydola similiter de filtro faciunt ydolum
vxoris Nanthigan a sinistris ponitur
/ filij vero ydolum coram ipso / Hec y-
dola multum etiam venerantur / Cum
ad prandium vel ad cenam vadunt
primus cum pinguedine carnes cocte
pingunt ora deorum / partem autem
brodij vel aqua in qua cocte sunt
carnes ad ipsorum honorem extra
domum effunduntur / ut dij predicti
recipiant partem suam / quo facto ad
mensam accedunt Si alicuius thar-
thari moriatur filius qui vxorem non
habuit / et alterius filia inuenta

que virum non habuit moriatur
pater defuncti pueri puellam defunc-
tam uxorem recipit defuncto filio
puellam patre consensum prebente
De hoc autem conscribi faciunt instru-
mentum pingunt quoque in carta puerum
et puellam vestes denarios et v-
tensibilia multa et suppellectilem
variam Deinde instrumentum et pic-
turas igni comburunt Credunt quoque
dyabolica cecitate seducti quod defuncti
illi in vita alia adinvicem coniungantur
quando combustarum ascendit in aera
faciunt etiam pro hac re solempnes
nuptias de quibus partes hinc illuc
diffundunt ut sponsus et sponsa
porcionem suam illarum comedunt
nupciarum Et extunc vero paren-
tes et consanguinei defunctorum se
sic reputant affines effectos ac si
mathematice ille nuptie celebra-
tate in veritate fuissent De
strenuitate industria et forti-
tudine capitulum l nonum

Sunt tharthari in armis
strenui valde imbelles
victoriosi non enim sunt homines
delicati sed laboriosi valde quando
propter bella aut pro aliqua necessitate
exercitus expedit ad incommoda tol-
leranda ceteris hominibus mundi promp-
tiores et forciores sunt pro mensa
integram si opus fuerit nichil a-
liud comedunt nisi iumentorum lac
et carnes animalium quas in venacio-
ne capiunt Equi similiter eorum herba
simplici contentantur quam in pas-
cuis habent nec expedit in casu
tali ut eis pabula seu blada illa
parantur Tota nocte quandoque thar-
thari armati super equo insident

Et equi nichilominus pascuntur
vbicumque inventa fuerit herba homines
laboriosissimi sunt et contenti mo-
dico et optime sciunt cuiuscumque fortili-
cia capere quando eos occasione bellorum
viam magnam facere oportet nichil
secum de suis rebus preter arma de-
ferunt nisi thabernaculum parvulum
sub quo lateat quando pluit Qui-
libet etiam duos secum flascones de
corio portat in quibus deferunt
lac quod bibant et vnam ollam
parvulam pro coquendis carnibus qua
vulgariter dicimus pinguastellam
Si etiam opus fuerit celeriter ad lo-
cum aliquem pervenire valde remotum
per dietas x ab omni cibo cocto ab-
stinebunt si propter cibi coctionem re-
tardari contingat iter eorum
habent etiam lac siccum ad modum
solide paste quod in aqua mit-
tunt in vasculo et tam diu cum
baculo miscent donec liquefiat et
postea bibunt Sepe etiam pro vini
defectu uel aque equos fleu-
botomant proprios et sanguinem
bibunt De ordine exercitus thar-
thariorum et sagacitate belladi l x

Ordo autem eorum in guber-
nacione exercitus et modus
preliandi talis est quando dux
aliquis preficitur exercitui centum
milium militum elegit quos vult
Chiliarcha sive tribunos qui singuli
mille equitibus presint Centu-
riones et decuriones sicut enim
communiter exercitus consiliarii sunt
hoc modo nam ille decem quorum
quilibet decem milibus preest
Centuriones vero consiliarii sunt

centurionis ita dumtaxat ut nullus
preter consiliarios habet ultra x
Hunc modum servat in magno et
parvo exercitu. Tendo aut hiis [?] ita
qui centum milibus preest et precipit ut
mille de suis eligat. Ille vero
mandat tribuno ut eligat centum
et quilibet centurio eligit decem
quibus vero decurio dat unum et sic
mille de decem milibus eliguntur
Hoc autem tanto servatur ordine ut per
equales vices mittantur singuli
sciat unusquisque quid de iure ad
hoc eligendus sit et quilibet autem
dum eligitur statim obedit. Non
enim in universo orbe reperiuntur homines
tante obedientie ad dominos suos
sicut sunt tharthari. Cum autem de
loco ad locum procedit exercitus semper
a quatuor lateribus eius ducenti
vel amplius custodes sunt in di-
stancia longa ne occurrere possint
hostibus improvise. Nisi enim aut in campo
cum hostibus preliantur sepe arte
simulant post se nichilominus sa-
gittantes donec insequentes ho-
stes quo volunt deducant, tunc
se unanimiter convertentes ad ipsos
de ipsis sepissime victoriam ob-
tinent. Sepe enim hostes eorum
ex hoc confusioni [illegible] patent
dum vicisse se reputant. Equi autem
ipsorum sic assueti sunt ut ad vo-
luntatem sessorum facillime huc
illucque vertantur. De iudiciis
et iusticia ipsorum capitulum lxi [?]

De malefactoribus autem
faciunt huiusmodi iusticiam.
Si quis furatus fuerit
rem parvi valoris propter quam non meretur
occidi septem ictibus fuste ceditur
aut decem et septem aut xxvii aut
xxxvii aut xlvii et sic mensura enim per-
cussionum est unus usque ad centum
semper addendo x. tamen quamplures ex
huiusmodi percussionibus moriuntur.
Si quis vero furatur equum vel rem
aliquam alienam pro qua mereatur
occidi per transversum in ventre mu-
crone percutitur et occiditur. Si autem
fur potest et vult ultra valorem
furti nonies plus, liberatur a morte.
Tartari equos boves camelos habent
signa sua illis in pilis imprimunt
et sine custode emittuntur ad pas-
cua, cum autem redeunt si inter sua
animalia reperitur quis alterius animal
dominum illius studet inquirere ut re-
cipiat confestim quod suum est.
Minutis vero animalibus pastorum
custodia deputatur. Et habent animalia
animalia pulcerrima super modum.
Hec sunt igitur communes consuetudi-
nes thartharorum, sed quia modo
inter diversos populos sunt commixti
multas de suis consuetudinibus
dimittentes in provinciis pluribus
aliorum moribus se conformant. De
De campestribus Bargui et de
extremis insulis aquilonis lxii

Recitatis in partibus moribus
thartharorum nunc ad descri-
bendum regiones aliquas
accedamus. Post discessum a civitate
Corocoram et a monte Alchay
proceditur per aquilonarem plagam
per campestria Bargui, que habent
in longitudine xl dietas [insole?]

ibi vocant^r Metrith qui subiti
sunt magno kaam et habent thar-
tharorum mores Sunt autem silvestres
homines carnibus vescuntur animalium que
in venacionibus capiunt et specialiter
cervorum de quibus copiam habent
quos eciam domesticant et factos dome-
sticos equitant Blado carent et
vino In estate venacionem habent
maximam avium et silvestrium ani-
malium hyeme vero animalia et volati-
lia cuncta inde descendunt propter
maximum frigus illius regionis
Post finem illarum xl^ta dietarum
pervenitur ad mare occeanum iuxta
sunt montes in quibus herodii seu
falcones peregrini nidos habent
qui inde ad magni kaam curiam
deferuntur In montibus illis nulle
alie aves reperiuntur nisi herodii pre-
dicti et avium species altera que
dicitur bargelat quibus pascuntur
herodii Aves ille grandes sunt ut
perdices et habent pedes similes
papagallis caudam habent ut
herodii et sunt veloces magni
que volatus In insulis autem maris
illius zurfalchi nascuntur in multi-
tudine maxima qui ad curiam
magni kaam deferuntur Zirfal-
chi autem qui de christianorum terris de-
feruntur ad tharthatos non porta-
tur ad magnum kaam qui eis
supermodum habundat sed deferuntur
ad tharthatos alios qui Arme-
nis et Comanis sunt affines In
illis partibus insule sunt que tantum
ad Aquilonem sunt posite quod
polus articus stella scilicet que vulgariter
dicitur Tramotana a est eis ad
plagam meridionalem Sequitur

De regno Erginul et civitate Sigui capitulum lxiiii^m

Oportet hic nos iterum re-
dire ad civitatem Campicion
de qua superius mencio
facta est ut alias affines eius
provincias describamus Post re-
cessum a civitate Campicion ver-
sus oriente itur ad quinque dietas
et in via in locis pluribus de
nocte voces demonum audiuntur
Post dietas quinque invenitur regnum
Erginul quod est in provincia
magna Thanguth quod regnum
magno kaam subitum est ibi sunt
christiani Nestorini et ydolatre
et alii sectatores legis Macho-
meti multe civitates et castra
ibi sunt Inde versus Sirochum
id est inter orientale et meridionalem
plagam itur ad provinciam Cathay
prius tamen invenitur civitas Si-
gui Sigui magno kaam tribu-
taria ubi similiter sunt christiani Ne-
storini et ydolatre et hii qui
Machometum adorant Ibi sunt
boves silvestres grandes velut
elephantes pilos habent per
corpus undique preter dorsum albos
et nigros longitudinis pal-
marum trium Multi quoque ex hiis
bobus domestici sunt et do-
miti et ad ferendum onera ma-
gna assueti Alii autem ligantur
ad aratra qui pre mirabili for-
titudine multum operis in-

creatura bre in breui psequemur tpe
In hac patria muscum melius est
quod habetur in mundo ab animali
quodam habetur. Est enim animal quoddam
pulcerrimum valde magnitudine
habens catte pilos grossos ut cer-
vus et pedes ut gatta dentes
quatuor habet duos superius et
duos inferius longitudinis digit-
torum trium. Hoc animal iuxta iuxta
umbilicum inter cutem et carnem ve-
sicam habet sanguine plenam
Ille sanguis est muscum de quo tantus
odor exalat de hiis animalibus ibi
maxima est multitudo. Incole re-
gionis ydolatre et libidinis sec-
tatores sunt pingues communiter
sunt nasum parvum et nigros
capillos habentes viri imberbes
sed pilos circa labia habent mulieres
pulcre sunt et albe viri uxores
querunt magis pulcras quam nobi-
les aut divites. Nam nobilis et
magnus vir uxorem accipit mu-
lierem pauperem si pulcra est et
matri illius dotem dat. Habet
aut provincia in longitudine die-
tas xxv et est fertilis valde
Ibi sunt fasian in duplo ma-
iores quam in italia sunt et sunt
caudas longitudinis x vel ix
palmarum aut octo sive septem
ad minus. Habent etiam fasianes qui
in magnitudine nostris sunt si-
miles multas alias aves pulc-
rimas habent diversis ac pulcer-
rimis coloribus De provincia
Egregaria capitulum lxiiii

De inde transitis octo dietis
ultra provincia Erigimul ad
oriente occurit provincia Egre-
garia. In qua sunt civitates multe
et oppida. Est aut de provincia ma-
gna Thanguth. Cuius principalior
civitas dicitur Calacia. Incole ydo-
latre sunt preter aliquos xpianos
Nestorinos qui tres basilicas ibi
habent. Sunt aut subiecti omnes
magno Kaam. In civitate Cala-
cia sunt panni qui dicuntur zem-
belloti de lana alba et camelorum
pilis pulcriores qui in mundo fiant
qui per provincias alias a nego-
ciatoribus deferuntur De provincia
Tanduch et gog et magog
et civitate Chamgamor lxv

Rursum relicta Egregaria
pervenit ad orientale pla-
gam ad provincia Thenduch
ibi sunt civitates multe et castra
ubi consueverat rex ille magnus
in orbe nominatissimus qui dicebatur
presbiter Johannes. Nunc est provincia
magni kaam tributaria. Et tamen
ibi rex unus de progenie illius qui
adhuc presbiter Johannes dicitur
Cuius nomen est Georgius suus
magni kaam post mortem illius
qui a Chinchis occisus in prelio
fuit suas filias illius regibus tra-
diderunt uxores. Et licet ibi sunt
quidam ydolatre et aliqui qui vivunt
iuxta legem abhominabilis Macho-
meti, maior tamen pars ipsius pro-
vincie fidem xpianam tenet. et hii
xpiani in tota patria dominantur
Sunt illos aut gens quedam est

que dicitur Argon que habet ho-
mines pulchriores et in negociacionibus
sagaciores quam in tota provincia a-
libi valeant inveniri In illis partibus
sunt regiones que dicuntur Gog et
Magog in lingua sua Ung et Ma-
gog vero Mongul in istis locis re-
peritur lapis lazuli de quo fit azuri-
um optimum Ibi fiunt zambelloti op-
timi de camelorum pilis In hac pro-
vincia fiunt panni de auro et de
serico diversarum maneriarum pulcher-
rimi valde Est ibi civitas Sinda-
cin ibi fiunt arma pulcherrima et
optima omni genere pro exercitibus
necessaria In montibus provincie huius
sunt magne argenti minere Ibi
etiam fiunt venaciones magne propter
multitudinem silvestrium bestiarum
vocatur autem regio Inciu Idifu Ul-
tra vero hanc civitatem ad tres
dietas invenitur civitas Cyngia-
mor in qua est pallacium maximum
in quo magnus Kaam habitat
quando ad illam civitatem accedit
Sepe enim vadit illuc quia et
iuxta civitatem lacune sunt in quibus
cigni et grues faxiani et perdices
sunt Aves quoque alie copiose valde
habentur Ipse autem rex Girfalchis
et herodys seu falconibus suis in
captura avium delectabiliter recreatur
Sunt ibi grues maneriarum quinque
prima maneries grues habent
nigras et magnos ut sunt corvi
Secunda habet grues ceteris maio-
res et albos et pulcros penne
alarum suarum plene sunt oculis ro-
tundis que sunt aurei coloris
atque fulgorum ut sunt apud
nos pavonum caude oculos habent
coloris varii Tercia maneries
habet nostris de ytalia similes
Quarta vero habet grues parvas
pennas longas pulcherrimas ru-
beo nigro colore quoque permixtas Quinta
vero maneries habet grues grisei
que oculos rubeos et nigros ha-
bent et magne valde sunt Iuxta
civitatem hanc vallis quedam est
in qua in diversis domunculis perdices
servantur in copia maxima que ab
hominibus custodiuntur ad hoc ministe-
rium deputatis ut earum habeant
copiam Rex quando ad supra dic-
tam venerit civitatem

De civitate Cyandu et nemore regali quod est iuxta eam et de quibusdam solempnitatibus Tharthatorum et magorum illusionibus

lxvi Post recessum a civitate
Cyangomor ad tres die-
tas ad aquilonem reperitur
civitas Cyandu quam edificavit
magnus Kaam Cublay in qua
est marmoreum pallacium ma-
ximum ac pulcherrimum cuius aule et
camere auro ornate sunt et mira
varietate depicte Iuxta pallacium
est nemus regale muris undique
cinctum habens in giro miliaria
quindecim in quo nemore sunt fontes
et flumina et prata multa Ibi
sunt cervi damule et capriole
ut sint Girfalchis et falconi-
bus regis in cibum quando ibi in
sua mutacione servantur Quandoque
enim sunt ibi in mutacione illa si-
mul Girfalchi ducenti et amplius

et rex singulis septimanis eas personalit' visitat Sepe aut' venatur alibi ibi rex et sup equum suum in quo sedet post se defert domesticum leopardum que ad cervum vel ad damulam portat captam q3 ab eo bestiam girfalchis tradit atq3 in talem modum sepe in tali solatio delectat' In medio aut nemoris habet rex magnam domum pulcerrimam de arundinibus compositam intus et foris totalit' deauratam et de picturis variis adornatam que picture sic sunt diligent' superlinite cum vernice ut nullatenus delei possunt a pluvia Est aut' domus tota composita tanta art' industria ut levari deponi componi valeat et dissolvi sine aliquo detrimento Cum aut' erigi' et componi' ad modum tentorium ducetis et amplius funibus sericeis sustenta' Arundines vero ex quibus fiet domus sic in longitudine habet passus quindecim et in grossitie ultra palmas tres de quibus fiunt columpne trabecule et clausure desup' et quibus arundinibus tegit' tota domus Dividunt' enim arundines iuxta nodum et post illa per medium scindit' et de scissura qualibet tegule due fiunt que sup domum composite domum a pluvia protegunt et aqua tunc emittunt inferius Magnus aut' Kaam tribus anni mensibus locum illum inhabitat sc3 iunio iulio et Augusto quia ibi est aeris temperies magna estus q3

caret ardoribus Quibus igit' mensibus domus erecta manet ceteris vero composita et convoluta servat' Die aut' xxviii Augusti magnus Kaam de civitate Ciandu discedens ad locum illum proficisc' ut diis suis solempne sacrificium impleat putans ex hoc obtinere ab ipsis ut ipse ux(or)es filii animalia cuncta et cetera que possident conservat' Habet aut' rex armenta magna equorum ipsorum in quibus habet equos ultra x milia Ipsa aut' festivitat' die equarum lac in copia magna aut maxima in vasis honorabilibus parat' Et rex propriis manibus multum lactis hinc illincq3 diffundit pro suorum honore deorum Dicunt q3 magi quod dii lac bibunt effusum et post huiusmodi sacrificium nephandum bibit rex de lacte equarum nulli q3 alteri illa die de lacte illo permittit' bibere nisi his qui de progenie eius sunt et cuidam regioni illius populo qui dicit' Heriach cui fuit hoc privilegium a Chinchis Kaam magno concessum in honore victorie cuiusdam magni prelii que populus ille obtinuit pro honore Chinchis Sic igit' ritus die xxviii Augusti solempnit' in perpetuum observat' Equi aut' illi albi cum equabus albis in tanta reverentia habentur a populo ut quando per campestria transeunt ubi eorum sunt pascua nullus iter inde faciens transire presumat donec omnia armenta transierint In hac provincia

comedunt hominum carnes qui sunt
a iusticia publica interfecti Corpora autem
qui ex infirmitate decedunt car-
nes eorum nolunt Habet magnus
chaam magos qui dyabolica ar-
te faciunt in aere tenebras apparere
super palacium aut regis lux est
faciunt aut sepe dum rex sedet
ad mensam ut ciphi eius auri
arte demonum de mensa que in medio
aule est eleuantur et nullo cooperan-
te homine ante ipsum in eius mensa
ponantur Dicunt autem hec facere ex
virtute sanctitatis eorum Quando vero
hii magi festis suis ydolis faciunt
recipiunt arietes habentes capita
nigra ligna que et thus ut diis
suis odoriferum sacrificium afferant
et coctas carnes afferunt ydolis
cum cantu et leticia maxima Ali-
qua vasa decoctionis carnium ante
ipsa diffundunt sic que asserunt
deorum suorum clemencia inclinari ut
terris fertilitate prebere dignarentur

De monachis quibusdam ydo-
latris capitulum ultimum

In regione illa multi sunt mo-
nachi ydolorum cultui deputati
Est autem ibi monasterium magnum
valde quod pre sui magnitudine
videtur esse ciuitas quedam parua
In quo sunt circiter duo milia Mo-
nachorum seruiencium ydolis qui
preter layicorum consuetudinem capi-
ta barbas que radunt et religi-
osioribus vestibus induuntur Hii in
suorum festiuitatibus ydolorum can-
tus maximos et accendunt
in templo suo ysphano luminaria
multa Sunt et alibi in regione
ipsa monachi alii preter illos multi
et varii ydolatre quorum quidam
aut caste viuunt pro honore suorum
deorum vitam asperam seruant nec
comedunt nisi furfur aqua mixtum
multum quod ieiunant vestiuntur autem
pannis rudissimis et asperrimis
coloris nigri et super durissima stra-
mina dormiunt Alii vocati monachi
ydolatre quia quilibet omnes ob-
seruanciam tenent illos monachos
ydolatras sicut duos viuentes hereticos
reputant dicentes eos secundum
formam debitam non colere suos deos

Explicit hic liber primus pro
quo deus gloriosus sit et be-
nedictus in secula seculorum

Incipit registrum secundi libri

Incipit liber secundus De
potencia et magnificencia Cu-
blay regis maximi thartha-
rorum capitulum primum

IN libri huius secundi contine-
cia monstrabo mirabilem magni-
ficenciam Cublay regis ma-
ximi thartharorum qui vsque
ad tempora compilacionis libri
huius regnare dinoscitur Cuius
potencia maior esse apparet in
diuiciis dominacione terrarum et prouiden-
cia multitudinis populorum quam
cuiuscumque regis vel principis retro-
acto temporibus referatur sicut
manifeste in capitulis sequentibus
apparebit Est autem hic Cublay
kaam id est dominancium dominus de
progenie Cinchis regis et est
sextus kaam ut ex supradictis
apparet Cepit autem regnare
Anno domini M[o] cc[o] lvj[o] et sa-
piencia ac probitate regnat.

sua obtinuit. Nam quidam ex
fratribus et consanguineis eius
ipsum ne regnaret conati sunt im-
pedire, sibi tamen de iure regni
successio debebatur. Est autem max-
imus strenuus virtute robustus
consilio pollens et in exercitu
ipsi gubernatione providus et
discretus. Nam antequam regni co-
ronam acciperet sepe egrediebatur
ad bella et in omnibus probiter
se gerebat. Ex quo autem regnum ob-
tinuit non nisi semel processit ad
pugnam. Sed filios suos ad ta-
lia dirigit vel barones. Se-

**Qualiter Naiym contra Cu-
blay regem presumpsit in-
surgere capitulum secundum**

Causa autem hec est propter quam
semel ex quo regnavit
est egressus ad pugnam.
Anno domini mº ccº lxxxvi
patruus quidam nomine Naiym
etatis annorum xxx qui multis
regionibus et provinciis preerat cogitatione
iuvenili vanitate commotus con-
tra dominum suum Cublay insurgere subito
cum exercitu magno seu maximo.
Ad hoc autem regem quidam nomine
Caydu qui nepos erat Cublay
regis sed ipsum exosum habebat
qui rebellioni consensu adsti-
bens promisit personaliter iturum cum
illo cum centum milibus militum et
conduxerunt invicem in quadam pla-
nitie cum suis exercitibus convenire
ut simul pariter modo per omnem modum
subito terras regis invaderent.
Naiym autem congregatis quadrin-
gentis milibus militum ad de-
signatum locum pervenit et ibi
Caydu regis prestolabatur adventum.

**Qualiter Cublay rex se ad obvi-
andum illi preparavit capitulum tertium**

Interea Cublay rex cuncta didicit
que per illos fuerunt ordinata
in nullo super hiis quidem conspiratione
perterritus iuravit nunquam coronam regiam
se laturum nisi de illorum proditione
in audacia se vindicaret. Infra xx^ti
autem et duobus diebus congregavit
ccc^ta et xl^ta milia equitum et
peditum c milia de hiis qui vicini
erant Cambalu civitati. Causa autem
fuit quare maiorem non congregavit
exercitum quia subito voluit in hostes
ex improviso irruere ne si diutius fu-
isset in congregatione amplioris exer-
citus moratus ad Naiym noticiam
pervenisset et exercitus autem retrocessisset
omnis autem ad tuciora loca suum exer-
citum transtulisset. Ideo quod noluit
exercitus suos quos ad expugnandas
diversas provincias miserat revocare.
Nam tantum posset militum et equi-
tum peditum quod multitudine in paucis
mensibus congregare quod pre stupore
audienti immense quasi incredibile
videtur. Interim autem mandavit rex
vias omnes tanta diligentia cu-
stodiri ut Naiym preparationem et
adventum ipsius omnino presentire
non posset. Cuncti enim euntes
et redeuntes a regis custodibus
tenebantur propter Naiym de eius
occursu prius esse non potuit. Con-
suluit autem rex Cublay astrolo-
gos suos super exitu vie sue et
omnes communi iudicio responderunt
quod honorabiliter de hostibus suis
triumpharet. Sequitur

Qualiter pugnaverunt simul et quomodo devictus est Nayam capitulum quartum

Hic congregato Cublay exercitu suo castra movit et in diebus xx^ti pervenit ad planitiem ubi Nayam Candu regis exercitum expectabat. Nocte autem iuxta collem quendam quievit exercitus, populus vero Nayam diffusus per planitiem in armis solaciis vacabat et nequaquam sibi vicinum prelium providebat. Mane facto Cublay rex ascendit in collem, cunctos quoque sui exercitus milites distincte distinxit in partes xii ita ut quelibet acies xxx^ta milia militum contineret, pedites vero iuxta milites tali ordine collocavit ut in quibusdam aciebus duo pedites tenentes lanceas hinc inde ad unum militem late ponerentur donec peditum numerus compleretur. Erat in mirabili castro ligneo erat quod ab elephantibus portabatur seu portabat ubi erat suum regale vexillum. Cum autem vidisset exercitus Nayam insignia et exercitum Cublay vehementer expavit. Non dum etiam venerat exercitus Candu. Nayam quoque sub tentorio cum concubina quam secum adduxerat dormiebat, exercitusque a suis non modicum timuit. Nichilominus tamen quam cito potuit dum descenderet illi ipse suas acies ordinavit. Rex autem Cublay in circuitu exercitus Nayam disposuit acies. Est autem consuetudo omnium Tharttarorum tubis primitus clangere et tangere cuncta exercitus instrumenta, ac alta voce cantare et postmodum ad sonitum Naccarum principis inchoare bellum. Terminatis utriusque exercitus cantilenis Cublay regis Naccare sonuerunt, et tunc partes contra se invicem irruentes plurimum commiserunt. Erat autem in aere sagittarum tam inestimabilis multitudo, ut imbres potius quam sagittas descendere viderentur, quibus effusis cum gladiis et lanceis et clavis pugnare ceperunt. Erat autem Nayam professione quidam christianus, sed non erat operum fidei imitator et in suo principali vexillo crucis deferebat signum, multosque christianos secum habebat. A mane autem usque ad meridiem commissum est plurimum et multi ex utroque exercitu perierunt. Tandem deficiente et terga vertente populo Nayam, Cublay rex victor extitit, et in fuga ipsa multitudo innumerabilis est occisa. Nayam vero captus est et regi oblatus

De morte et occisione Nayam capitulum quintum

Rex autem Cublay precepit ut confestim occideret Nayam, sicut sui domini proditor et rebellis. Sed quia de progenie eius erat noluit ut sanguis stirpis sue regie funderetur, ne terra sanguinem regiam biberet, aut sol aut aer quicquid de regali de regali prosapia videret occidi. fecitque eum in tapeto involui involutum quam ligari, ligatum tamdiu sicut illuc quam deduci et agitari donec se clauso penitus anhelitu necaret. Mortuo autem Nayam cuncti barones eius et populi qui potuit

tradere inter quos etiam fuerunt christiani
ipsi qui regis Cublay dominio
se totaliter subdiderunt Quatuor
igitur provincias tunc obtinuit quarum
iste nomina sunt Ffurciorcia Cauli
Borstol et Sichintingin Sequitur

Qualiter Cublay rex silencium
iudeis et Saracenis imposuit
qui salutifere crucis vexillo
exprobrare presumpserunt
capitulum sextum

Iudei vero et Saraceni qui in
exercitu Cublay fuerant ceperunt
christianis qui cum Naiam venerant
exprobrare quod Christus cuius crucem Naiam
habuerat in vexillo ei et suis au-
xiliari non potuit et sic cottidie
Christi non verentes irridere potentiam
christianis tedium inferebant christiani
vero qui ad regis Cublay obedi-
entiam venerant ei super hac moles-
tia querimoniam attulerunt Qui
iudeos et Saracenos cum christianis
advocans christianis ait Si deus
vester et eius crux noluit Naiam
ferre subsidium nolite erubescere quia
deus bonus iniusticie et iniquitati
patrocinari non debet Naiam domini
sui proditor extitit et iniuste rebel-
lis et dei vestri in sua malicia au-
xilium implorabat Deus autem vester
quia bonus est noluit eius fave-
re Cumque propter quod iudeis et Sara-
cenis et ceteris omnibus mandavit
ut nullus propter hac re deum vestrum
vel crucem eius amplius blasphe-
mare presumat Sic quod factum est
ut illi deinceps ab huiusmodi expro-
bracione cessarent Cublay autem
ad civitatem suam Cambalu cum
gaudio est reversus Non amplius
tamen exercitu egressus est contra hostes
Sed filios vel barones quoscumque
necesse est cum exercitibus mittit

Qualiter remunerat magnus
Kaam milites suos quando victo-
riam obtinet capitulum septimum

Prefectus autem suorum ex-
ercituum qui victoriam ob-
tinet in bellis honorat
hoc modo Cum enim qui ante
preerat cum militibus mille militi-
bus prefuit et sic reliquos gra-
datim promovet donat quoque illis au-
rea et argentea vasa atque tabulas
privilegiorum et gratiarum aureas vel
argenteas Quod illis per eas gratie
concedantur in sculptura impressa ta-
bule continentes Nam ex uno late-
re huiusmodi tenoris sunt ipse magni
virtute et ipse gratiam magnam quam
nostro imperatori contulit magni Kaa-
am benedictum sit Ex alio vero latere
in sculptura est imago leonis cum
sole et luna vel imago Gerfal-
chi vel alicuius diversorum Quicumque
igitur habet tabulam cum leone et
sole et luna quando procedit in pu-
blicum defertur palium super eum in
argumentum auctoritatis magne
Qui autem Gerfalchi habent i-
maginem sic secum de loco ad locum
ducere universa cuiuscumque principis
miliciam Sic quoque optimo ordine
cuncta distincta sunt in quibus
huiusmodi tabulas habeat obediri
Si quis autem non ad omnia secundum
voluntatem habentis tabulam obe-
diret per ut eius requirit auctoritas
tamquam rebellis magni Kaa-
am morte moveretur Sequitur

De forma Cublay regis et de
uxoribus et filiis et ancillis capitulum viii

De forma

Rex magnus Cublay pulcer
est valde statura mediocris
nec pinguis nimium nec
macilentus faciem habet rubicundam
et candidam oculos nigros nasum
pulcerrimum atque per singula sui cor-
poris membra proporcionis est optime
Habet autem uxores quatuor quas legit-
timas reputat primogenitus eius
ex prima uxore ei debet in regno
succedere Quelibet harum quatuor
curiam per se regalem habet in palla-
cio proprio habet enim unaqueque e-
arum ancillas circiter trecentas electas multos
eunuchos alios que familiares in-
numeros adeo ut in quali bet earum fa-
milia sint viri et mulieres circiter
decem milia Insuper habet rex concu-
binas multas est enim inter Thartha-
ros nacio quedam que dicitur Vngrach
mulieres habens valde decoras et
moribus optimis adornatas de quibus
tenet electas in pallacio uno numero
centum que sunt sub cura nobilium
matronarum que circa uxorum custodi-
am curam adhibet diligentem Opor-
tet ut diligentissime videat si in-
firmitatem aut maculam habent
que aut corporis cuiusque defectum
et erunt per rege serventur Sex autem
ex ipsis tribus diebus diebus ac noc-
tibus regalis camere custodiam habent
et dum ingreditur rex ad quietem
et quando consurgit ei assistunt
et in eius cubiculo dormiunt
Quarta vero die sex alie primis
succedunt et tribus diebus ac noc-
tibus occupant sibi ministeria et
sic alternatim de tercio in tercium
diem sex aliis precedentibus sex
succedunt donec centenarius earum
numerus compleatur De quatuor vero
prefatis uxoribus habet rex filios
xxii prime autem primogenitus voca-
tus Chimchis qui succedere patri
in imperio debuerat sed quia pre-
mortuus est patri filio eius
Themor nomine debetur successio
quia filius primogeniti est Est
autem Themor probus strenuus et
prudens valde plures que iam victo-
rias in bellis obtinuit De an-
cillis vero habet Cublay rex fi-
lios xx probos valde qui omnes
magni barones sunt Item
de mirabili pallacio quod est
Cambalu et mira loci illius
amenitate capitulum nonum

Tribus anni mensibus scilicet
decembri Ianuario et
februario Cublay rex
in regali civitate Cambalu con-
tinue moratur In qua est eius
regale pallacium primo tocius
pallacii ambitus continetur mi-
liaria quatuor ut quadratura
qualibet unum miliare contineat
est autem murus pallacii grossus
valde altitudinis passus decem
cuius exterior tota facies undique
colore albo et rubeo est depicta
In uno quoque autem muri angulo
pallacium unum pulcrum et magnum
est et similiter in medio cuiuslibet
faciei murorum principalium palla-
cium est unum Sunt que in circuitu
in hunc modum pallacia octo

In hiis servant vasa et arma belli-
ca scilicet arcus, sagitte, pharetre
selle, frena, lancee, clave, funicle
arcuum et cetera optima pro bellis
In uno autem pallatio solummodo unius
maneriei arma servantur. Facies vero
pallacii que meridiem respicit habet
portas quinque, quarum media maior
est omnibus, que numquam aperitur nisi
pro regis introitu vel exitu aperitur
patet nulli enim per eam nisi regi post in-
gressus. Habet autem duas minores
collaterales portas, per quas qui
ad regem sunt transeunt. Tribus
autem reliquarum faciarum murus unica
in medio porta habet per quam
cunctis licite patet ingressus. Sunt et
pallacia vero predicta que in faciebus
muri prioris sunt in distancia con-
grua. Alius murus est ad modum
alterius in quibus servantur utensilia
preciosa et iocalia magni regis.
In spacio autem medio interioris est
rex regale pallacium in quo moratur
rex. Hoc pallacium solario caret,
pavimentum vero eius exterioris fun-
do preeminet palmis x. Tectum est
altum valde et optime pictum.
Parietes aularum et camerarum
omnes auro et argento supertecti
sunt. Ibi eciam sunt picture pulcer-
rime hystorie bellorum depicte. Pro-
pter hec quidem autem ornamenta et
picturas pallacium splendidum
valde est. In aula autem maiori se-
dent ad mensam qui ad mensas sunt
et semel comedit rex milia hominum.
Intra muros vero prefatos, et inter
predicta pallacia sunt viridaria
pulcerrima in quibus prata sunt

et ligna pomifera varia et optima.
In hiis viridariis sunt animalia silvestria
multa, scilicet cervi albi, animalia alia in
quibus muscum invenitur ut in primo libro
dictum est, capre, damule varie
et alia animalia multa valde. Ex parte
autem aquilonari iuxta pallacium
ipsum lacuna est in qua pisces mittuntur
multi et optimi qui aliunde feruntur
illuc, de quibus piscibus copiam habet
rex pro libitu voluntatis. In la-
cunam autem ingreditur fluvius in cuius
introitu et exitu posita sunt ferra-
ria ne pisces egredi valeant.
Extra pallacium ad leucam unam
monticulus quidam est centum passuum
altitudinis, in circuitu suo unum
continens miliare, arboribus consitus
que folia semper habent viridia
aut virencia. Sicubi enim rex
audit arborem pulcram esse, facit
eam illuc super elephantes cum ra-
dicibus deferri eciam a remotis ibi-
que plantari iubet, ideo eciam ibi sunt
arbores pulcerrime super modum.
Totus autem mons amenus est et co-
opertus herba virenti, et quia omnia
ibi virencia sunt, ideo eciam viridis
mons vocatur. In cacumine eius pal-
lacium quoddam est pictum totum colore
viridi. In hoc monticulo magnus
Kaam sepe delectabiliter recreatur.
Iuxta pallacium fecit rex Cublay
aliud pallacium illi per omnia simile,
in quo habitat Chemor, qui post
eum regnaturus est, qui curiam regalem
tenet magnificam valde, habet eciam
bullas imperiales et imperiale si-
gillum, non tamen integraliter
ut Kaam. Sequitur

Descriptio civitatis Cambalu capitulum decimum

Civitas Cambaulu super
flumine magnum e in provin-
cia Cathaij que olim nobi-
lis fuerat et regalis Cambalu enim
sonat in lingua nra civitas domini
hanc magnus kaam ad aliam ptem
fluminis transtulit quia ab astrologis
didicerat quod impio ipius futura
rebellis erat. Civitas haec quadrata
est p que miliaria xxiiij^or in giro
ptendit ut quilibet quadrature
facies sex miliaria longitudinis
habeat. Murus de tra habet de-
alatis exterius altitudinis passuum
xx^ti quorum inferius habens latitu-
dinis decem passuum vel passus sed
quanto amplius ad superiora ascen-
dit subtiliores sunt adeo ut su-
mitas solum passus tres longitu-
dinis habeat. Habet tres portas
principales xij sed in qualibet qua-
dratura tres. Super singulas portas
singula pallacia sunt in quibus
sunt aule plurime ubi servantur
arma custodum illius civitatis. Ha-
bet insuper vicos latos civitas et
rectos adeo ut ab una porta
alia sibi p directum opposita vi-
deatur. Intra urbem vero multa
et pulcra pallacia sunt et alie
domus pulcre multe sunt valde.
In medio autem civitatis pallacium
magnum e pregrandis campana
in qua tria signa cum sero fi-
unt post que nulli licet domum
egredi usque ad diem nisi ppter
infirmi vel parientis mulieris
necessitatem. Oportet autem de nocte
p civitatem euntes lumen deferre
In quelibet vero porta civitatis noc-
tibus singulis a mille hominibus
custodiuntur non quidam ppter timorem
hostium sed latronum. Summum enim
studium adhibet rex ut arceantur
fures.

De suburbijs et mercationibus maximis civitatis Cambalu capitulum undecimum

Extra civitatem Cambalu
sunt suburbia duodecim
magna valde ante singu-
las portas in quibus mercatores
et viatores quodque recipiuntur. Mul-
tus enim populus continue ad civitatem
confluit ppter curiam regis et merca-
tiones innumeras que deferuntur
illuc. In suburbijs illis habitat
multitudo magna populorum. Sunt
ibi pallacia tam pulcra et ma-
gna ut interiora sunt excepto
regali pallacio. In hac civitate
nullus mortuus sepelitur. Omnes
enim ijdolatre extra suburbia co-
buruntur. Horum autem corpora que
comburi non debent sepeliuntur extra
suburbia ppter multitudinem autem
extraneorum qui ad civitatem conveni-
unt. Sunt ibi meretrices circiter
xx^ti milia que in suburbijs co-
morantur. Nam intra muros ci-
vitatis nulla eorum permittitur habi-
tare. Ad hanc urbem mercationes
tam multe et tam maxime de-
feruntur ut qualibet totius orbis
civitatem in quantitate excedat.
Deferuntur autem preciosi lapides
margarite sericum et aromata
in copia maxima de Yndia

Mangi et Cathagi et aliis regi-
onibus infinitis. Est enim civitas
in situ optimo posita et ad ipsam
de facili concursum habet infinite
regiones. Est enim in medio pro-
vinciarum multarum. diligenti habita
estimatione per negociatores terre
Non est in anno dies in qua post
mille carretas de serico negotia-
tores extranei illuc non deferunt.
Fiunt enim ibi de auro et serico o-
pera infinita. Qualiter per-
sona magni Kaam custodiatur
capitulum duodecimum

Magnus autem Kaam habet
in sua curia stipendariorum
equitum xii milia. qui dicuntur
quesitan id est fideles milites domini.
Istis militibus duces quatuor sunt
prefecti. quorum quilibet tribus milibus
preest. Horum est officium personam
magni Kaam custodire nocte ac
die. et a curia regis impensas
recipiunt. Custodias autem suas
ita tali condividunt ordine. Dux
unus cum suis tribus milibus tribus
diebus ac noctibus infra pallacium
habitat ad regis custodiam. Alii
qui quiescunt post tres dies. suc-
cedunt aliis tribus diebus suas custo-
dias servaturi. et sic alternatim
toto anno custodiunt. Fit autem
hec custodia propter regalis magnifi-
centie honorem. Non autem quia
rex aliquem metuat. Sequitur

De magnificentia conviviorum
eius capitulum tredecimum

Solempnitas que servatur
in conviviis regis talis est.
Cum vero rex magnus propter
festum aut causam aliam vult in
aula magna tenere convivium curia
tali ordine sedet ad mensam. Primo
namque regis mensa ceteris eminentior
sic locatur. ut rex in septemtrionali
parte aule sedens faciem ad meridiem
tenet. Ad sinistram autem eius iuxta
eum sedet regina maior scilicet prima
eius uxor. ad dexteram vero sedent
filii et nepotes. et qui de imperiali
eius prosapia sunt. Sed eorum mense
tantum sunt inferius posite a rega-
li mensa ut eorum capita ad magni
regis pedes attingunt. Reliqui vero
barones et milites similiter in mensis
ad hoc inferioribus collocantur. Eodem
etiam ordine a sinistris sedent re-
gine relique et uxores nobilium
et baronum. quilibet enim princeps et
baro sui gradus ordine tenent
similiter et uxores eorum. Omnes enim
nobiles qui in curia comedunt
solempnitatibus regis. uxores suas
ad convivium secum ducunt. Omnes
autem mense taliter sunt disposite
ut magnus Kaam de loco suo
cunctos simul videat recumbentes.
Semper autem in solempnitatibus
huiusmodi ad convivia convenit ma-
xima multitudo. extra aulam vero
regiam alie aule collaterales
sunt. in quibus solempnitatibus
regis comedunt quandoque xl.ta mi-
lia hominum preter eos qui de curia
regis sunt. Multi ex hiis qui
feuda tenent ab eo civitatum et re-
giminum. et ioculatores innumeri
et hii etiam qui iocalia deferunt
et res varias et diversi veniunt
ad regis curiam in huiusmodi

festis In medio vero aule regie
vas quoddam aureum ponitur vino
plenum vel preciosa alia pocione vnius
vrgeis seu dolij vel cuius ad men-
suram capiens Iuxta quod sunt
hincinde quatuor dolia magna de
auro purissimo minora aliquantulum
vase illo in qua vinum defluit de
vase maiori de quibus vasis hauritur
vinum in vrceos aureos qui inter
duos ponuntur in mensis tuctorum dis-
cubencium in regali convivio quorum
quilibet est tante magnitudinis
vt vinum pro octo vel decem homines ca-
piatur quilibet eciam in magno aureo
cipho bibit habente pedem et sti-
pitem aureum Sunt vniuersa va-
sa hec valoris maximi Est autem
tanta innumerabilis et inestimabilis
multitudo vasorum aureorum et argen-
teorum que in curia regis sunt
ut cuncti videntes stupeant et qui
non viderunt vix possunt narrantibus
credere Servitores vero qui regi mi-
nistrant dum comedunt barones
magni sunt quorum quilibet os suum
copertum habet delicatissimo serico
ne servientis flatus cibum vel potum
regis contingere possit Cum autem
rex ciphum tenet ut bibat cuncti
qui tenent instrumenta musica assi-
stentes regi omnia instrumenta tan-
gunt Omnes que barones et mi-
nistri qui in aula serviunt genuflec-
tunt De cibis autem qui deferuntur
ad mensas explicare non expedit
quoniam vnusquisque per se cogitare potest
quod tam in magnifica curia late
et tam magnifice parantur Ter-
minato prandio surgunt cithare-
dj

omnes et suaves faciunt melodias
et preterea ioculatores ac mimos ac ni-
gromaticos ioci et solacia qui in
eius curia comedunt Sequitur

De festo magno natalis regis
et de magnificencia vestium
militum curie eius capitulum xiiij

Mos est enim thartharorum
diem nativitatis sue so-
lempniter celebrare Festum
autem magni Chaam nativitatis
Cublaij est xxviij dies septem-
bris quo die maiore solempnitate
agitur quam alio die anni excepta
festivitate kalendarum februarij
qua diem tamquam anni colunt
inicium enim mensis februarij primus
aput eos est in mensibus anni In
festo igitur nativitatis sue rex magnus
induitur veste aurea que est preciosa
super modum Habet in sua curia ba-
rones et milites in numero xij milia
qui dicuntur proximi fideles domini
hos omnes simili veste secum induit
quocienscumque festa celebrat que
sunt in anno xiij quos eciam donat
singulos vestibus predictis zonas
aureas magni valoris et calcia-
menta de camuto filo consuta
argenteo valde subtiliter ita quod
quilibet eorum in hoc regio appa-
ratu rex magnus esse videtur
Quamvis autem vestis regis preciosior
sit tamen vestes militum illorum
sic preciose sunt quod ex eis multe
excedunt valorem decem milium
bisancium aureorum Hoc igitur modo
dat annuatim suis baronibus et
militibus in vniversas vestes pre-
ciosas ornatas auro et margaritis

et lapidibus preciosis ad zonas et
calciamenta prefatis. Nam C. lxxx mi-
lia sunt aut vestes militum predic-
torum eiusdem coloris cum veste
magni Kaam. In festo autem
natiuitatis magni Kaam omnes
reges principes et barones qui eius
iurisdictioni sunt subiecti donaria
regi mittunt. Qui autem volunt
gratias uel officia petere peticiones
suas xij baronibus porrigunt qui
sunt ad hoc officium constituti per
quos omnia respondentur. Oportet
etiam ut omnes populi cuiuscumque sunt
fidei siue xpiani siue iudei Sa-
raceni tarthari ceteri quoque paga-
ni deos suos solempniter inuocent
et in columitate pro vita et
prosperitate magni Kaam.

De festo alio maximo quod fit
kalendis februarij quod est in dicto mense

In die vero kalendarum februa-
rij die scilicet primo anni secundum
tharthar[os] et computacionem
magnus Kaam et omnes thar-
thari vbicumque sunt magnum fe-
stum faciunt. Rex autem et baro-
nes ac milites eius necnon et
reliqui tharthari mares et fe-
mine die illo si possunt albis ve-
stibus induuntur, vocant quoque illius
diei solempnitate festiuitatem
albam, dicunt quoque vestem albam
bonum habere factum, et qui ex hoc
ipso anno fortuna bona habi-
turi ac die offerunt illi munera
auri et argenti margaritas et
gemmas uel pannos pulcerrimos
albi coloris aut equos albos. Re-

cundoque enim oblati sunt regi equi
albi numero centum milia in hoc festo.
Similiter et ceteri tharthari in hac
die sibi inuicem donaria transmittunt
et multum leta[ntur] [ad] inuicem ut ex
hoc ipso anno [i]sto modo leti viuant.
Hoc est festo omnes elephantes
regis ducuntur ad curiam qui sunt numero
circiter quinque milia, qui omnes super-
positi sunt cum coopertura pulcerrima
et varia super quos consute sunt y-
magines bestiarum de panno et
auium. Defert autem quilibet elephas
duas maximas capsas in quibus sunt
vasa aurea et argentea regis
alia quoque multa pro festo albo necessa-
ria. Multi enim cameli coopertis
pannis ducuntur illuc ut qui multa pro
festo necessaria deferunt. Omnia autem
animalia oneata coram rege ducuntur
que videre hec omnia est admirabile
et iocundum. Mane autem scilicet die fe-
sti albi ante quam mense parantur omnes
reges duces et barones milites
medici astrologi prefecti quoque circuitum
et exercituum alij quoque reges magni
officiales ad magnam regis aulam
conueniunt et qui in ea locari pre
multitudine nequeunt in aulis col-
lateralibus congregantur, ubi a rege qui
in throno residet videri optime
possunt sedent quoque singuli ordine de-
bito iuxta sui gradus et officij
dignitatem. Tunc rex surgens in
medium clamat voce altissima: In-
clinate et adorate. Facta hac
voce consurgunt omnes celeriter
et genua flectunt et fronte in terram
demisso regem quasi deum adorant
et hoc quatuor vicibus faciunt

Secclinet

adoratione completa vadunt omnes suo ordine ad altare quod in aula positum est super quo tabula una colore depicta [illegible] in qua scriptum est nomen magni [illegible] et thuribulum ibi [illegible] in quo redolentia thuri sunt et ad honorem magni kaam multa reverentia thurificant tabulam et ad sua redeunt loca. Hac necessaria thurificatione completa quilibet in conspectu regis exenia offert de quibus dictum est supra. Post hec mense parantur et fit solempnissimum prandium cum leticia magna. Post prandium autem per ioculatores solacia magna fiunt. In huiusmodi etiam festis leo unus domesticus ante regem adducitur qui ad pedes ipsius mansuetus iacet ut catulus quasi eum pro domino recognoscit.

De animalibus silvestribus que a venatoribus certo anni tempore mittuntur ad curiam magni regis capitulum sedecimum

Mensibus tribus quibus magnus kaam moratur in Cambalu scilicet decembri ianuario et februario ex statuto regis per sexaginta dietas undique iuxta provinciam Cathay debent venatores venationi intendere et omnes bestias grandes scilicet cervos ursos capreas apros et damulas et cetera huiusmodi silvestres debent domino presentare. Qui tenentur si a curia regis iuxta xxx^ta dietis distant aut infra absistis interioribus bestiarum mittere. Qui autem ultra magno Kaam remoti sunt a curia solummodo mittunt coria preparata que pro armis necessaria sunt.

Sequitur de leonibus leopardis linceis et aquilis ad venandum cum hominibus assuetis capitulum xvii

Habet magnus kaam pro sue venationis solacio leopardos multos domesticos qui ad venationem cum hominibus assueti sunt et pro eo huiusmodi venatione optimi sunt multasque bestias capiunt. Linces plures habet ad venandum industrias. Habet etiam leones maximos et pulcherrimos maiores illis qui in Babilonia sunt qui in pilo pellium virgulas habent per longum coloris varii nigri scilicet et albi ac rubri. Qui similiter docti sunt cum hominibus venari et apros ursos cervos capreas magnos boves que silvestres cum hominibus capere. Cum vero volunt venatores regis leones secum ad venationem ducere duos ex eis in caruca deferunt quorum quilibet comitem habet canem parvulum. Similiter modo aquilas habet rex domesticas que adeo veloces sunt ut lepores capreas damulas et vulpes capiant. Inter quas plurime tante audacie sunt ut impetu magno in lupos insiliant nec ab earum se possint virtute lupi defendere quin capiantur ab eis.

De magistris venationis regis ad bestias capitulum xviii

Duo barones magni kaam qui germani sunt quorum unus dicitur Bayam alter Mingam venationi regis

sunt hoc modo prefecti . Quilibet
enim ipsorum x milibus preest . Canes
magnos nutriunt quos mastinos
dicimus . ypt' quod vocantur lingua
tharthartica Ciniti hic est tamquam ma
giore prefecti . Cum autem magnus
kaam volt in venacione solemp
niter delectari duo prefecti barones
ducunt secum xx^ti milia venato
rum cum suis canibus . Cum do autem cum
rege ad campestria pervenerint
ubi fieri debet venacio rex ma
gnus cum suis baronibus se ponit
in medio . Unus autem illorum prefec
torum procedit ad regis dexteram
cum suis x milibus . alius vero cum
suis x milibus ad sinistram . Omnes
vero venatores sic ab aliis dis
cernuntur quia x milia induti sunt
vestibus rubeis . alii autem vestibus
coloris aerei . que vulgariter dicimus
colorem celeste . faciunt autem
aciem longam et unus iuxta vero
in parva distancia per temporis
se latitudine situat . Terra vero
hincinde capiunt in planicie ad
unius vel diete mensuram . canes
vero suos secum habent . Cum vero
in predicto sint locati et sic ve
nando procedunt canes quos tenent
laxant ad bestias silvestres
quarum ibi maxima multitudo . pau
ce igitur bestie manus eius pos
sunt evadere propter multitudinem canum
et industria venatorum hoc videre
iocundum valde . hiis et venatoribus
huiusmodi De aucupio eius seu
de venacione ipsius ad aves xix

Mense Marcio kaam ma-
gnus de civitate Cambalu
procedit ad campestria usque
ad mare occeanum cum falconariis
suis . Talis enim solempnitas in huius
huiusmodi cum delectacione servatur . Egre
diuntur cum illo falconarii decem
milia viri qui falcones et pegri-
nos et sagros habent innumeros . Au
stures vero multos et girfalcos circi
ter quingentos . Hii omnes per regio
ne hic et illuc diffundunt . et cum
aves viderint quarum ibi multitudo est
maxima . laxant girfalcos au
stures et falcones in capturam avium
autem que capiuntur pro maiori parte de
feruntur ad regem . Rex enim personaliter
procedit cum illis sedens in pulcerrima
camera ex [illegible] lignis optime fa
bricata que super quatuor elephantes
est artificiose posita . foris quidem
leonis pellibus cooperta . intus autem
totaliter deaurata . Ibi tenet pro so
lacio barones aliquos secum . et
xii girfalcos electos . Est autem ca
mera panis sericeis et aureis co
operta . iuxta elephantes qui cameram
deferunt . multi barones et milites
equitant qui non descendunt a rege
qui cum fasianos vident . vel gru
es aut aves alias inde circa
falconariis qui cum rege sunt indicant
qui statim regi notificant . ipse at
discooperi faciens cameram girfal
cos quos vult dimitti iubet ad
aves . et ipse in loco residens
ludum avium intuetur . Insuper hic habet
rex alia x milia hominum qui in
huiusmodi venacione bini et

bini hinc et illinc per campestria dif-
fundunt quorum est officium falcones
et austures et girfalcos quo vo-
lant considerare et eis si fuerit
opus succurre vocant aut lingua
tharthaica Chastaor i. custodes
habet aut quilibet eorum pro avibus
reclinatorium et capellum ut aves
vocare et tenere valeat nec expedit
ut ille qui avem dimisit sequatur
illam quia hii intenti et solliciti
sunt ne ledantur aves aut perdantur
qui enim aves proximiores sunt ei
tamen si necesse fuerit subvenire
tenentur Cuilibet aut avium huiusmodi
cingitur sit tabula parvula argen-
tea in qua ad pedes cum signo domi-
ni aut falconarii ut si amissa
fuerit domino suo restitui vale-
at Cum autem signum non fuerit
cognitum differtur ad baronem que-
dam ad officium constitutum qui dicitur
Bolarguti i. custos perditarum rerum
Omnes enim aves sibi oblatas ser-
vat fideliter donec a suo domino
fuerint repetita quod similiter
equis fit Cuicumque igitur avem
aut rem aliam vel equum in hac
venatione perdiderit recurrit ad
illum et sic nichil potest ibi
amitti quamdiu aut ille rem
tenuerit curam optimam de ea ha-
beri facit Si quis vero inventam
rem non statim restituit domino suo
aut officiali predicto habetur ut
fur Ille aut locum eminenciorem
sibi ad manendum eligit suum
que vexillum in eminenti ponit
ut invenire facile possit ab hiis
qui rem perditam aut assignare
aut repetere volunt **De mira-
bilibus tentoriis eius talium xx**

Post hec in avibus ludendo
pervenitur ad magnam pla-
niciem que dicitur Cacamor-
dium ubi sunt regis et sue
tentoria parata Sunt autem
tentoria hec ultra x miliaria
pulcra valde Tentoria aut magni
Caam huiusmodi sunt Primo est ten-
torium unum magnum sub quo manere
possint milites circa mille et
portam ad meridiem habet sub
qua sedent milites et barones
iuxta ipsum ad occidentalem pla-
gam est tentorium aliud in quo
aula regis magna est ubi con-
sistorium eius est quando vult cum
aliquibus loqui Camera autem
huic aule adiuncta est in parte
altera ubi dormit Cuilibet con-
tigue aule alie sunt et camere
due vero aule predicte scilicet aule
militum et consistorium regis ac
camera magna eius huiusmodi
sunt Sustentantur quelibet ipsarum
cum columpnis tribus de lignis
aromaticis que sculpte sunt pul-
cerrimis celaturis optime
figurate exterius coopte sunt
pellibus leonum varii coloris
scilicet albi nigri et rubri qui
colores naturales sunt multi
enim leones sic colorati essent
in regionibus illis vento aut
aut pluvia ledi non possunt

tentoria pro eo quod sunt tam
solido corio cooperta. Intus vero
pannis aureis et camere opertus
est pellibus armellinorum et za-
bellinorum que sunt nobilissime
pelles. Tanta enim quantitas pel-
lium zambellinorum quanta pro
integra militis veste sufficeret
ascendit ad valorem duorum milium
bisantiorum aureorum si de pelle per-
fecta est. Si autem de communi as-
cendit ad valorem mille bisan-
tiorum. Animalia illa a quibus hee
pelles habentur dicuntur rondes
et sunt magnitudinis vulpis
fagine. Sunt autem pelles ille
sic artificiose composite et diver-
sis divisionibus coordinate ut
valde mirabile et delectabile sit
videri. Funes quibus hec tria
tentoria sustentantur de serico sunt.
Iuxta predicta tentoria sunt ten-
toria uxorum et filiorum et ancil-
larum regis pulcra valde. Tanta
est tentoriorum huiusmodi multitudo
ut civitas ibi maxima videatur.
Undique enim ad hoc solacium ma-
xima confluit multitudo. Sunt
et ibi regis medici astrologi
falconarii ceteri quoque officiales
ita dispositi locati et ordinati
sicut in magna civitate Camba-
lu. In hac planicie moratur rex
per totum Marcii mensem, per con-
tinuando predicta solacia. Multa
enim animalia in huiusmodi venationibus
capiuntur et infinite aves. Quia
ex statuto regni in omnibus

provinciis et provincia Cathay ad
viginti dietas mercatori nulli arti-
fici scolari civi aut rustico venaticos
canes aut aves venaticas licitum
est tenere. Insuper nulli magno aut parvo
venari licet a principio Marcii usque
ad mensem octobris neque modo aliquo
vel ingenio licet eis capreas da-
mulas cervos lepores vel huiusmodi
animalia silvestria. Si quis autem contra-
rium presumeret, puniretur. Propter quod sepe
lepores damule et alia animalia huiusmodi
iuxta homines transeunt et nullus
ea capere audet. Post hec revertitur
rex cum omni suo comitatu in
civitatem Cambalu per viam unde per
planiciem incedat aves et alia a-
nimalia capiendo. Et cum ad civitatem
pervenit curiam maximam et iocundis-
simam tenet tribus diebus in suo rega-
li pallacio. Deinde qui ad hec vocati
fuerant ad propria revertuntur.

De moneta magni Kaam et inestimabili copia divitiarum eius capitulum vicesimum primum

Moneta regalis magni
Kaam hoc modo fit. De libris
corticibus arboris mori ac-
cipiunt corticem medianum quam con-
ficiunt et solidant et folia de papiro.
Deinde per particulas magnas et par-
vas ad denariorum similitudinem
sciduntur atque regali signo cudun-
tur et imprimuntur eius signa varia
iuxta que huiusmodi valida est. Va-
let autem parvus denarius ad va-
lorem unius parvuli turonensis.
Alius maior ad valorem dimi-
dii veneti grossi. Tercius as-
cendit ad venetos duos. Alius

ad quinque, alius ad x, alius aut ad
valorem bisantij aurei ascendit, alius
facit rex fieri in copia maxima in
civitate Cambalu ad valorem duorum
bisantiorum aut trium aut quinque vel decem
Nulli quoque sub pena mortis in omnibus
sue regionis sive iurisdictioni sub-
ditis moneta alia facere aut expe-
dere licitum est, aut hanc recusare.
Nullus etiam de aliis regionibus in ter-
ris magni kaam alia potest ex-
pendere. Soli aut officiales regis
monetam hanc faciunt de regis man-
dato. Sepissime vero negociatores
de diversis regionibus venientes Cam-
balu deferunt aurum et argentum
margaritas et lapides preciosos
que omnia rex per officiales suos
emi facit et de moneta sua so-
lutio fit. Si negociatores sunt
de exterioribus partibus aut nationi-
bus quibus non currit moneta ipsa, eam
commutant in alias mercationes et
ad suas deferunt nationes. propterea quod
ipsa moneta a nullis negociatoribus
recusatur. Insuper etiam et sepe mandat
rex in civitate Cambalu ut quicumque
aurum vel argentum habet, aut
lapides preciosos suis officialibus
quam cicius exhibere studeant, et eis
de moneta illa secundum estimatio-
ne debita providetur, absque dila-
tione sine eorum detrimento fit.
Sic quoque eorum indempnitate cavetur
et rex potest per hunc modum tezau-
ros infinitos et innumerabiles congre-
gare. De hac pecunia suis exercitibus
et officialibus stipendia tribuit
et quidquid pro curia necesse est
emit, immensam igitur pecuniam pro
nichilo habet. Et in hunc modum
manifeste apparet, quod magnus
kaam in expensis divitiis et
thezauris universos mundi principes
superare potest, nam oportet omnes
a curia moneta emere quod ita con-
tinue accidit, ut indeficientes ad
omnes qui eam volunt habundan-
tissime diffundatur.

De duodecim prefectis provinciarum et officio ac pallatio eorum capitulum xxiii

Habet magnus kaam
Barones xii qui xxx-
quatuor provinciis sunt
prefecti, quorum officium est eligere
duces et rectores et officiales
in provinciis memoratis, et eorum
civitatibus habent etiam regis de
locis ubi habitare annuatim de-
beant providere omnia que dispo-
suit regi insinuant et ipse sua
auctoritate confirmat, quod illi
dixerint statuenda ponantur, aut
Sieng .i. officiales curie maio-
ris hii multas gratias, multa quoque
beneficia multis conferre possunt
propter quod in magno honore
habentur a populis. Horum habitatio
in quodam pallatio magno est
in civitate Cambalu, eorum
officio deputato ubi sunt pro
eis officialibus ac ministris eorum
aule et camere, et cetera pro eorum
commodo officio quoque habent ac as-
sessores et iudices et notarios
qui in consulendo et scribendo eorum
mandatis et officio suffragantur

De cursoribus magni Kaam
et multitudine et ordine ma-
sionum pro eorum receptione ca. xxiij

In exitu civitatis Cambalu
sunt undique vie multe per
quas itur ad provincias con-
vicinas. In unaquaque autem
via regia ad xxv miliaria
invenitur una masio in qua pal-
lacia et pulcra sunt, ubi recep-
tantur nuncii magni Kaam in
transitu facientes. Vocant autem
masiones Jamb id est masiones
postarum equorum. In illis hospitiis
lecti sunt et cuncta que pro recep-
tatione viatorum oportuna sunt.
Sunt etiam ibi equi regis electi
qui pro regis nunciis sunt parati.
Sic igitur inveniuntur per omnes vias
regias usque in fines ultimos
provinciarum affinium, ita quod in omni-
bus sunt pallatia huiusmodi
circa xxv milia. Equi autem qui sunt
hiis masionibus deputati ultra
cc milia sunt. In multis etiam
locis silvestribus ubi non est habita-
tio hominum sunt masiones huiusmodi
quarum una ibi aliqua proxima
est ad miliaria xxxv aut xl.
Omnibus autem equis et custodibus
ad hoc deputatis de annona et
expensis omnibus per civitates et
castra in quorum sunt confinio
integraliter providetur. Hiis autem
qui sunt in masionibus cunctisque
deserti per regis curia providetur.
Igitur nuncii qui in equis currunt
ad regis imperium de nova aliqua
deferenda currunt velociter in die per mi-
liaria cc aut ccc. Hoc modo duo
simul in equis currunt qui fortiter sibi
ventres et capita ligant cursum
quam continuant quantum equi perdurare
possunt, et cum pervenerint ad
aliquam de masionibus supradictis
equos alios ibi recipiunt fessos quam
dimittunt, statimque cum equis a-
liis velociter currunt et sic equos
alternant in omni custodia et tota
die cursum continuant et sic nova
ad magnum Kaam de remotis partibus
velociter deferuntur. Ad mandata eius
ad remota loca cum magna festi-
natione portant. Sunt masiones
aut pedites sunt habitationes alie
spacio miliariorum trium distans ab
invicem ubi sunt domus parve, in
quibus cursores pediti immorantur,
quorum quilibet habet cinctorium gros-
sis bullis id est sonaliis sonantibus circum-
quaque repletum, que bullas sonagi-
os dicimus. Cum igitur rex vult litteras
mittere per cursorem dantur littere uni
ex hiis cursoribus qui velociter currit
usque ad masionem proximam ubi sunt
cursores alii parati. Cum autem hii
qui in vicina custodia veniente
cursoris sonitum audiunt unus eorum
se sine mora preparat de manu
venientis litteras accipit et a nota-
rio loci testimoniale signum in
cartula et currit ut prius ad alteram
masionem. Sic quam cursores alter-
nantur per loca singula usque ad locum
quo sunt littere regis deferende.
In hunc igitur modum in brevi tempore
magnum itineris spatium expeditur.

Unde quod cum recipit rex inter diem et noctem noua et recentes fructus de spatio dietarum x omnes autem pnotum cursores exempti sunt per regem ab omni solutione tributi et insuper a regis curia sui laboris magnam mercedem accipiunt

De prouidentia regis ad obuiandum sterilitati caristie temporibus et de pietate eius capitulum xxiiij

Singulis annis magnus Kaam suos mittit per prouinciam sibi subditos dirigit ut inquirant si qua regio occasione locustarum aut vermium seu cuiuscumque sterilitatis aut pestis illo anno perdidit blada sua Cum autem detrimento huiusmodi de prouincia uel ciuitate aliqua sibi fuerit intimatum illi regioni anni illius tributa remittit facit etiam illuc de suis horreis blada deferri tam pro uictualibus et semente temporibus cum ubertatis magna emit copiosissime blada multa que in suis horreis per annos tres aut quatuor seruantur prouide ne putrescant Sic quod de omni blado sollicite prouidetur et semper horrea regis plena sunt ut possit indigentibus sterilitatis tempore prouideri Cum autem blada regis in hoc casu venduntur tantum pretium de quatuor mensuris ab ementibus recipit quantum ab aliis vendentibus de vnica mensura recipitur Similiter etiam quando epidimia fuerit animalium remittit huiusmodi dampna facta patientibus ipsius anni tributum magis tamen aut minus recepta quod fuerit corporum detrimentum quibus etiam vendi facit de suis gregibus et armentis In principalioribus viis per prouinciam Cathay et per prouincias adiacentes facit rex plantari arbores in distantia modica ab inuicem ne viatores a via recta oberrare contingat nam per metas huiusmodi diriguntur Facit etiam aliud opus laude non modica dignum notari sibi fecit numerum familiarum et nomina in ciuitate Cambalu que blada non colligunt nec sibi emere possunt que multe valde sunt quibus omnibus blada per totum annum necessaria de suis horreis annis singulis dari facit panis etiam nulli petenti in sua curia denegatur neque in toto anno dies est in qua ad petendum panem mares et femine pauperes ultra xxx ta milia non accedant Et quia nulli pauperi negatur panis magnus Kaam quasi deus a pauperibus reputatur

De potione que loco vini fit in prouincia Cathay xxv

In prouincia Cathay vini fit potio optima de riso et diuersis aliis aromatibus que clara est valde et vini suauitatem excedit Facit quoque bibentes ex ea facilius inebriari quam vinum xx

De lapidibus qui ardent ut ligna capitulum vicesimum sextum

Per totam prouinciam Cathay inueniuntur lapides nigri qui de montibus extrahuntur

et missi in ignem ardent ut ligna diu quod ignem servat cum accensi fuerint Nam si attendatur sero per totam noctem ignem servabunt et quamvis in provincia ligna multa sint multi tamen illis utuntur lapidibus ut plurimum quia ligna cariora sunt

De flumine magno pulinsanchiz et pulcrimo ponte eius capitulum xx septimum

Expeditis hiis que de provincia Cathay et civitate Cambalu atque magni Kaam magnificentia ad presens curavi describere / nunc ad describendas regiones finitimas breviter attendam Quodam tempore magnus Kaam me Marcum ad remotas partes per quoddam suum proprium destinavit Ego autem de civitate Cambalu recedens mensibus quatuor in itineribus fui pes quod in via illa eundo et redeundo que reperi declarabo post recessum a civitate Cambalu per miliaria x quoddam magnum flumen invenitur qui dicitur pulinsinchinz qui ad mare occeanum extenditur per hunc fluvium naves multe cum mercationibus deducuntur Ibi autem pons marmoreus pulcerrimus est habens longitudinem passa ccc^ta et latitudinis viii / per quem milites collaterales insimul ire possunt per latitudinem pontis Habet vero pons arcus xxiiii^or et in aqua totidem palos marmoreos pulcerrimus est Cortina vero pontis seu murus in latere talis est In pontis capite ex latere columpna una est marmorea habens pro vase leonem unum marmoreum et pro capitello leonem aliud marmoreum / ultra quam columpnam ad spacium passus unius est columpna alia duos sunt leones marmoreos habens ut prima per totum columpnas vero duas cortina marmorea coloris grisei et procedit ex ambobus lateribus pontis a principio usque ad finem eius ita ut per hunc modum sint ibi leones marmorei bis mille etc. Propter quod opus ille sumptuosus et pulcer est Et

Brevis quedam descriptio provincie unius Cathay et de aliis capitulum vicesimum octavum

Cum vero ultra proceditur per miliaria xxx^ta inveniuntur continue pallacia pulcra multa et alie domus pulcre et agri fertiles / terminatis xxx^ta miliaribus invenitur civitas Giorgin magna et pulcra ubi multa sunt monasteria ydolorum ubi etiam panni fiunt optimi aurei et serici et sindones optimi Sunt etiam ibi pro viatoribus hospicia communia multa cives quamvis artifices sunt et negociatores ultra civitatem hanc ad miliare unum vie due sunt quarum una transit per provinciam Cathay / altera vero ad Sizothum sita ducat ad mare regiones Mangi / per provinciam autem Cathagii / itur ad plagam illam per dietas x / continue quod reperiuntur civitates et castra ubi multi agri optimi sunt et vidaria pulcra valde / multi quoque negociatores

ibi sunt et artifices homines autem regionis illius domestici sunt valde et affabiles. Sequitur De regno Tijanfu capitulum vicesimum nonum

Post dietas x a civitate Siogin invenitur regnum Tijanfu magnum et pulcherrimum ubi vinee multe sunt per totam enim provinciam Cathaij vinum non crescit sed de hac regione defertur illuc ibi sunt morarii multi propter sericum de qua copia magna est. ibi mercationes multe fiunt multi quoque artifices ibi sunt fiunt quoque arma multa pro exercitibus magni kaan. Inde progredientes per dietas septem ad occidentalem plagam inveniunt continue regionem pulcherrimam et castra multa et plurime civitates ubi negotiationes sunt maxime. Ultra vii dietas predictas invenitur civitas Pyamfu ubi est serici copia maxima. De castro Caytin et qualiter rex eius captus proditorie fuit et oblatus hosti suo regi magno qui dicitur presbiter Johannes capitulum tricesimum

Ultra vero Pyamfu ad dietas duas est castrum pulcherrimum Caytin quod edificaverat rex quidam Darius nomine hostis fuit regis magni qui dicebatur presbiter Johannes propter loci enim fortitudinem a rege illo parum dampnificari poterat. Darius ille rex super quo presbiter Johannes vehementissime tristabatur quia prorsus illum regem superare non poterat. Arz

curia autem ipsius inventi sunt iuvenes septem qui ex condicto promiserunt ei ducturos se ad eum captivum regem Darium supradictum quibus ipse magna promisit si promissa deducerent ad effectum. Qui simulata causa discedentes ab eo ad Darii curiam accesserunt eius se obsequiis offerentes. Qui eorum calliditatem advertere nesciens in suum eos suscepit obsequium per duos autem annos cordis sui maliciam perficere nequiverunt. Cum igitur de ipsis iam valde confideret quadam die illis assumptis cum paucis aliis extra castrum per miliare unum solacii gratia exivit. Tunc proditores illi horam advenisse cernentes excogitate malitie evaginatis super ipsum gladiis eum ceperunt et captivum duxerunt ad presbiterum Johannem ut ei fraudulenta fide promiserant. Qui letatus est valde et in sue magnificentie signum fecit ad animalium custodiam deputari et optime custodiri. post duos annos quibus cum pastoribus fuerat misit eum rex coram se adduci in regio apparatu dixitque illi. Nunc de experimento cognoscere potuisti quia tua potentia nichil est quando te in tuo regno capere feci et per annos duos cum pastoribus deputavi possem quoque te si vellem occidere. Nullus quoque mortalium de manu mea posset eripere. Ille autem omnia esse humiliter confessus et professus. Tunc rex Johannes ait Ex quo receptu

mei te michil esse ore proprio con-
fiteris nunc volo te amicum habere
et pro victoria michi sufficiat quod
occidere potuissem. tradidit quoque illi
equos et socios qui eum ad suum
castrum cum honore duxerunt. Ille
autem quamdiu vixit presbitero Johanni
honorem exhibuit et in quibuscumque
cumque voluit. De fluvio ma-
gno Caromoram et circumiacen-
te regione capitulum xxxi

In progressu vie ultra castrum
Caytin ad miliaria xx^ti inve-
nitur fluvius Caromoran super
quem pons est nullus propter nimiam
altitudinem eius est solide etiam pro-
fundus. extenditur vero usque ad occe-
anum. Super flumine hoc sunt multe
civitates et castra in quibus mercacio-
nes sunt maxime. In regione
illa circa flumine undique crescit zin-
ziberis copia maxima. Sericum
ibi invenitur habundantissime. tanta
etiam ibi est avium multitudo quod
est admirabile valde. Ibi enim tres
fasiani dantur pro nummo uno ar-
genteo qui ad unum veneti valo-
rem ascendit. post dietas duas
ultra fluvium invenitur nobilis
civitas Cachiampfu. ubi est
sericum in copia maxima. fiunt quoque
ibi panni pulcerrimi de auro et
serico. Omnes autem incole loci
et etiam tocius provincie Ca-
thay ydolatre sunt. De civita-
te Quengiamfu et de aliis
capitulum tricesimum secundum

Deinde autem per dietas viii
invenitur civitas oppidi:
agri pulcerrimi et vidaria multa
et propter sericum infinita moraria. Homines
autem ydolatre sunt. venaciones
ibi sunt magne bestiarum [illegible]
post dietas octo invenitur civitas
Quengiamfu caput quondam regni
olim fuerat opulentum et nobile
ibi rex est filius magni Kaam no-
mine Mangala ibi est serici copia
maxima et omnia que pro vita hominum
necessaria sunt. fiunt quoque mercaciones
maxime. populus autem terre ydolatre
sunt. Extra civitatem Mangala
est regale pallacium in planicie ha-
bens muros in latum in giro quod per
circuitum protenditur ad quinque miliaria. Intra
murum illum fluvius lacus et fon-
tes sunt. In platea media civitatis
pallacium pulcerrimum est totum interius
deauratum circa murum perfectum regis
exercitus immoratur. qui circa vena-
ciones et captura avium in regi-
one illa plurimum delectatur. De pro-
vincia Chinchin capitulum xxxiii

Inde vero scilicet a predicto pallacio
discedentes vadunt per pulcram
planiciem diebus tribus ubi sunt
plures civitates et castra et merca-
ciones magne. Sericum autem
habundantissime habent. tribus vero
predictis diebus itineris terminatis in-
venitur regio montosa et inter
montes et valles magne ibi sunt
civitates et castra multa. similiter
et in montibus civitates et castra
sunt. et sunt de provincia Chinchin
Homines regionis illius ydola-
tre sunt. et terre cultores sunt etiam
venatores magni. pro eo quod in
regione illa multa silvestria

animalia sunt scilicet leones ursi cer-
vi damule capreoli et alie diver-
se species bestiarum. Protenditur regio
prefata ad xx^ti dietas et viatores
per montes et valles et nemora transe-
unt multas autem civitates et ha-
bitationes reperiunt et hospicia opti-
ma. **Sequitur de provincia
Achalech Mangi capitulum xxxiiij**

Post xx^ti dietas predictas in-
venitur provincia Achalech
Mangi que est ad occidentalem
plagam ubi sunt multe civitates
et castra. Principalior autem civitas
regionis dicitur Achalech Mangi.
Hec provincia in primis tribus dietis
planitiem habet ultra quas sunt ea
maxime et valles et montes ma-
gni sunt ac nemora multa. Protenditur
provincia hec ad dietas xx^ti multas
civitates et oppida habens. Inco-
le regionis illius ydolatre negoci-
atores et artifices sunt cultores
terre et optimi venatores ubi enim
sunt leones ursi cervi damule
capreoli et linces bestiole ille
de quibus muscum habetur ut superius
dictum est. In hac provincia crescit
maxima zinziberis copia quod
defertur per provinciam Cathay. Triticum
etiam et risum copiosissime habet ibi.

**Sequitur de provincia Sin-
disfa capitulum tricesimum quintum**

Terminata via dietarum
xx^ti predictarum invenitur in
planitie provincia Sindin-
pha que est prope affinis Mangi
cuius principalior civitas dicitur
Sindinpha. Hec civitas olim
magna et opulenta fuit cuius
circuitus xx^ti miliaria continebat.
Habet autem regem quendam ditissimum
et potentem cuius erant filii tres
qui patri succedentes in regno
ipsum tripharie diviserunt et civi-
tatem in partes tres divisam per se in
singulam vallaverunt muris que
tamen omnes intra priorem contine-
bantur murum. Magnus vero Kaam
civitatem conquesivit et regnum.
Per civitatis medium tran-
sit flumen qui dicitur Quiamfu
qui latus est per dimidium miliare
profundus autem est valde et multi in
eo capiuntur pisces. Super flumen illud
multe civitates et oppida sunt.
Nam usque ad occeanum protenditur
per lxxx^ta dietas navium autem
et mercatorum transit per eum
immensa multitudo adeo ut credi
vix narrantibus queat nisi ea
homo cernat proprio intuitu. In
civitate Sindinpha super ipsum
flumen pons est lapideus cuius
longitudo est per medium miliare
latitudo vero in pluribus passuum viij.
Est autem tectum desuper coopertura
lignea nobilissime picta que
columpnis marmoreis sustentatur.
Super ponte sunt domuncule seu
stationes lignee multe pro opa-
riis artium diversarum que eriguntur
mane de sero autem deponuntur et
complicantur. Est autem ibi domus
alia maior ubi manent regis
officiales qui pedagia et ve-

stigalia pro rege in ponte reci-
piunt que ascendunt singulis die-
bus ut fertur ad valorem mille
bisanciorum aureorum. Huius regionis
omnes ydolatre sunt. Ulterius
autem procedentes per dietas quinque
per quandam planiciem inveniuntur
castra et multe ville. Ibi fiunt
sindones in copia maxima. Ibi
eciam sunt animalia silvestria multa.

De provincia Tebeth xxxvi

Pertransitis autem prefatis v
dietis invenitur provincia
Tebeth quam magnus Kaam
preliando devastavit. Multe
enim civitates ibi destructe sunt
et castra dirupta. Protenditur autem
in longum provincia per dietas xx^ti
et quia sic in solitudine est re-
dacta oportet ut per xx^ti dietas
viatores omnes victualia secum
deferant. Insuper eciam quia habita-
toribus caret silvestres fere supra
modum multiplicate sunt ibi propter
quod valde periculosum est transitum
inde facere et maxime nocte.
Habent tamen mercatores et via-
tores tale remedium. Regio illa
maximas habet arundines
quarum una quandoque habet longi-
tudinis xv passus. Grossicies
vero eius tribus palmis mensuratur.
In giro inter duos autem collate-
rales medios nodus arundinis
trium palmarum distancia est.
Cum igitur nocte volunt quiescere
viatores de arundinibus illis vi-
ridibus fasces magnos compo-
nunt quibus ut ardeat tota
nocte ignem subiciunt et cum aliquantulum
fuerint calefacte sic illud quod tor-
quetur atque scinduntur et fortissime
crepitat ut earum fragor et stre-
pitus eminus ad plura miliaria
audiatur. Cum autem silvestres fere
audiunt illum terribilem sonitum tanto
stupore et tremore pavescunt et con-
festim fugam arripiunt quousque ad
locum perveniant ubi sonitus ille terribilis
audiri non possit. Sic ergo igitur nocte
evadunt mercatores a bestiis. Nisi enim
sibi de tali remedio providerent nullus
ibi posset evadere noctibus pro multitu-
dine bestiarum agrestium. Homines
autem quando primo huiusmodi strepitum
audiunt magno terrentur horrore.
Equi vero et animalia cetera viatorum
antequam adsuescant strepitui assuef-
tat sic vehementissime timent quod
statim fugam arripiunt. Et per huiusmodi
modum multi mercatores minus providi
multa animalia iam perdiderunt. Opor-
tet igitur ut equi prius per pedes
singulos caute diligenterque com-
pedibus alligentur quoniam multa vin-
cula rumpunt et fugiunt audito fra-
gore arundinum nisi fuerint prius
cum multa diligentia alligati.

De regione alia et provincia Tebeth et quadam turpi consue-
tudine eius capitulum xxx septimum

Post terminum xx^ti die-
tarum provincie Tebeth in-
veniuntur castra multa et
ville ubi est absurda et valde
detestabilis abusio proveniens
ex ydolatria excecatione. In re-
gione illa nullus vult uxorem

virginem capere, sed requirit quilibet in ea
quam vult accipere coniugem ut sit prius
a viris pluribus cognita. Dicunt enim
mulierem aliter non esse aptam coniugio.
Cum igitur mercatores vel quicunque alii
viatores per regionem illam transitum fa-
cientes iuxta oppida predicta aut
villas sua thabernacula posue-
rint, mulieres illius loci que filias
habent matrimonio copulandas
ducunt eas ad illas numero xx^ti aut
xxx^ta aut xl^ta, iuxta paucitatem
vel multitudinem mercatorum roga-
tes ut quilibet eorum unam de illis sibi
accipiat et in suo consortio tene-
at quamdiu ibi habuerint immo-
rari. Illi autem quas volunt eligunt
et secum continue retinent quousque
ibi mansuri sunt. Cum vero disce-
dunt nullam earum secum ducere permit-
tunt, sed oportet ut parentibus suis
eas restituant. Quilibet autem puelle
quam tenuit iocale aliquod donare
tenetur, ut habeat puella per huius-
modi iocalia sibi a viatoribus data evi-
dens argumentum quod a viris pluribus
cognita extiterit, ut sic possit fa-
cilius et nobilius maritari. Cum
autem puelle predicte in ornato habi-
tu apparere volunt, omnia huiusmodi
iocalia a viatoribus data ad collum
deferunt ut omnibus ostendant quod via-
toribus fuerint graciose. Et que plura
huiusmodi signa ad collum habet iudi-
catur melior et facilius maritatur.
Igitur cum nupte fuerint viris suis
grate sunt valde, nec permittuntur
ulterius viris aliis florensibus

seu domesticis adherere. Multum quoque
cavent viri regionis illius ne in
hac re alterutrum se offendant. Huius
regionis habitatores ydolatre sunt
crudeles, nec peccatum reputant predari
et latrocinia exercere. Regione multa
in hac sunt animalia que muscum
faciunt et dicuntur Gugzidei. Habent
autem incole loci canes venaticos
multos qui ipsa animalia capiunt, propter
quod de musco copiam habent. In-
duuntur corio ac pellibus bestiarum
aut bucherano vel canabino
rudi. Linguam propriam habent, [illegible]
moneta et ad provinciam Thebeth
pertinent et sunt affines magne
provincie Mangi. Hec enim provincia
Thebeth latissima est et in octo
regna dividitur, multas habet ci-
vitates et oppida. Montosa est
valde et lacus habet ac flumina
in quibus invenitur aurum quod dicitur
de pagliola. Ibi etiam quod coralium mo-
neta habetur, caro precio emitur
eo quod omnes femine regionis co-
ralium appendunt ad colla. Hoc
enim magnam gloriam reputant. In
hac regione Thebeth sunt canes
maximi velut asini, qui silvestres
capiunt bestias, alios quoque canes
habent venaticos diversarum mane-
rierum. Falcones lainarii sive he-
rodii multi et optimi sunt. In hac
provincia crescit in magna copia
cinamomum, et alie aromatice
species multe habentur ibidem que
non deferuntur ad nos nec in nostris
partibus vise sunt. Ibi fiunt zam-

bellote multi aliique panni de auro
et serico. Tota autem provincia hec
magno Kaam est subiecta. Capitulum de
provincia Caydu capitulum tricesimum viii

Post provinciam Tebeth inve-
nitur provincia Caydu ad oc-
cidentem que regem habet et
est subiecta magno Kaam. Ibi
sunt civitates multe et castra. Ibi
est lacus in qua margarite sunt
in copia tanta quod si magnus Ka-
am eas libere capi et apportari
permitteret valde care vilesce-
rent pro multitudine nimia. Sed
magnus Kaam non permittit ut li-
bere capiantur. Si quis autem sine regis
licencia ad margaritas piscari
presumeret occideretur. Est et hec in provin-
cia sunt in multitudine magna
Budei ex quibus ministerium habent.
Ibi etiam pisces in copia maxima
et in lacu scilicet ubi sunt margarite.
Ibi etiam leones multi sunt, ursi, cervi,
damule, lincei, capreoli in mul-
titudine magna valde. Ibi sunt
volucres multarum specierum habunda-
tissime. Ibi vinum non crescit nec
vinee. Ibi sed de tritico riso et
diversis speciebus vinum optimum faci-
unt. Ibi sunt cariofoli in copia
maxima qui colliguntur ex arbo-
ribus parvulis habentibus ramuscu-
los parvulos. Florem album faciunt
et parvum sicut est cariofoli gimui.
Ibi est zinziber habundanter valde.
Similiter cinamomum aliaeque aro-
matice species multe ibi sunt, que
ad regiones nostras non deferuntur.
In hac quidem provincia in montibus
inveniuntur lapides qui turchisi di-
cuntur pulcri valde et in copia maxima
quos sine licencia magni Kaam nulli
licitum est excavare. Incole provincie
huius ydolatre sunt, viri a suis ydolis sic
taliter dementati ut credant se eorum
gratiam promereri si uxores proprias et fili-
as viatoribus tradant. Nam quando via-
tor quicumque per eos ad domum cu-
iuscumque divertit, confestim dominus cooperans
uxorem filias et mulieres ceteras quas
in domo habet mandat illis ut
hospiti et sociis per omnia pareant.
Hoc facto mandato discedit et pere-
grino illi cum sociis in domo dimittit
propria ut domum nequaquam redire presumit donec
ibi ille voluerit immorari. Peregrinus
igitur ille pileum suum aut signum
aliud ante foras domus appendit.
Cumque dominus domus redire vult putans
forsitan illum discessisse, si signum
eius ante ianuam viderit retroce-
dit statim unde peregrinus ille duo-
bus vel tribus diebus ibi immorari
potest. Hec autem et cetera detesta-
da abusio per tota provincia Caydu
observatur ab omnibus nec ullus sibi
hoc ad vituperium computat eo quod
faciunt pro suorum honore deorum. Credunt
quod ob hanc benignitatem quam
viatoribus exhibent a diis suis ter-
renorum fructuum obtinere habundantiam
mereantur. Monetam vero in hunc
modum cudunt quia pro pecunia ex-
pendunt et iuxta pondus virgule
precium est eius. Et hec est moneta
maior. Minor vero talis. Sal in
caldaria coquunt quod postea in
formellas ponunt ubi solidatur
et talem monetam minuta

expedivit octuaginta enim de istis
denariis percussis saggium unum aure-
um valeant post iter per dietas x
et invenitur in via illa castra et vi-
lle multi ubi sunt per omnia consuetudines
provincie Caydu, ubi sunt etiam vena-
tiones maxime bestiarum et volucrum
terminatis x dietis invenitur flumen
quod dicitur Brius ubi terminatur pro-
vincia Caydu. In hoc flumine inve-
nitur copia magna de auro, quod
dicitur de paiola super crepitudinem
vero fluminis cinamomum crescit flu-
men vero ad mare occeanum terminatur

De provincia Caraiam capitulum
tricesimum nonum

Post transitum predicti fluminis
statim intratur in provinciam
Caraiam, que continet
regna septem est autem domino
magno Kaam subdita, ubi rex
est filius eiusdem Kaam nomine
Esentemur, vir prudens et et stre-
nuus potens et ditissimus qui optime
in regno suo servat iusticiam, habitatores
patrie ydolatre sunt, procedendo vero
ultra flumen per dietas quinque inve-
niuntur civitates multe et castra. In
ipsa autem regione nascuntur equi op-
timi, ibi est lingua optima propria
gravis et difficilis valde. post
quinque dietas prefatas invenitur
principalior regni civitas nomine
Iacimangua ac nobilis ubi nego-
tiationes multe sunt et fiunt. Ibi ha-
bitant christiani quidam Nestorini sed
pauci, multi vero de istis qui Ma-
chometum adorant. Triticum et o-
rizum magna copia habetur ibi
sed triticeum panem non comedunt

quia sanum ibi non est huiusmodi
panis. De riso autem pane faciunt
faciunt etiam de diversis speciebus potio-
ne que facilius inebriat faciunt que
vinum loco monete expendunt por-
cellanas albas que reperiuntur in mari
lxxx autem de ipsis dantur pro uno
saggio argenti quot ascendunt ad
valorem duorum venetorum, octo vero
saggia argenti ascendunt ad va-
lorem unius saggii aurei. In hac
civitate fit de aqua puteorum
sal in copia maxima, de quo rex
magnus habet introitus. In hac re-
gione viri sic stolidi sunt, ut nullus
eorum pro displicentia habeat si alter
ad uxorem eius accedat dummodo
illa consensum prebeat. In hac re-
gione est lacus habens miliaria
.c. in giro in quo pisces magni
et optimi capiuntur. Homines re-
gionis huius carnes crudas hoc
modo manducant primo eis minu-
tatim terunt, postea in saporem
optimum confectum ex aliis et plu-
ribus optimis speciebus ponunt postea
comedunt sicut apud nos cocte
comeduntur

Sequitur de
regione quadam provincie
Caraiam in qua serpentes
nigri sunt capitulum quadragesimum

Post discessum a civitate
Iacimangua per x dietas
proceditur per provinciam Carri-
am, ubi rex est Cogatim fi-
lius Cublaii regis ubi in-
venitur multum auri, quod dicitur
paiola, quod in fluminibus habetur
in aliis autem lacunis et in mon-
tibus invenitur aurum grossius quam
sit aurum de paiola. Dat enim

de ipo vnu auri sagiu p sex
sagijs de argento Moneta tn
de porcellinis habent de quib
supius dictu e que de India de-
ferunt Homines regionis illius
ydolatre sunt In hac regione
sunt serpetes magni valde Mul-
ti eni ex eis x passiu longi-
tudinis et grossitie x palmarum
in circuitu mensuram continet et
isti maiores sut Habent aute
iuxta caput quida illorum magno-
rum serpentu duo crura carentia
pedib s loco pedu habet vn-
gula ad modu leonis vngle
vel falconis caput valde magnu
habet occli eius pgrandes vel-
uti duo panes magni hos tate
magnitudinis habet q vnu ho-
minem defacili transglutiret De-
tes maximos habent et quia
ita terribilis e ille serpes nullus
homo e qui no paueat appin-
quare illi s et aialia queq a-
grestia timent ipm Modus
quo capit a venatoribus talis
e Serpens dictus e de die in ca-
vernis subterraneis latitans ppt
estum noctib vero egrediens
circuit querens bestias ad devo-
randu vadit ad earum cubiclos
et cavernas vbi leones vrsi
seu aialia huiusmodi habitat et
comedit bestias magnas et
paruas Nam nulla bestia in-
sultu eius et fortitudine susti-
nere potest Post comestione at
eius ad caverna revertit ppria
Est aut ibi territoriu sabulosu
et cum ille p sabulu reptat for-
tissime se iactat in sabulu et quia
sit ponderosus e et grossus in sa-
bulo foveas adeo magnas cum
pectore et ventre facit ut videat
veges magna vino plena p sabu-
lu voluntata Venatores igr de die
sub sabulo palos multos et fortes
figut et illuc p planitie infigunt
quorum in sumitatib sunt gladij
de calibe firmiter infixi acuti valde
quos pq modu operiunt sabulo ut
a serpete videri no possint Cu igr
nocte inde transitu facit sup sabulu
solito more reptando se iactat et
in ferru absconditu et acutu pec-
tore pphens et impinges aut
statim morit aut gravissime
vulneat Tunc venatores superve-
nientes ipm si adhuc vivit occi-
dut et primo fel ipius extrahunt
quod precio magno vendut eo q
medicinale e valde Si quis eni
morsu patit canis rabidi modi-
cu de ipo bibens ad pondus scz
vnius denarij parvuli statim plene
liberat Mulier etiam in partu do-
lorib constituta modicu sumes
ex eo confestim expedit a partu
Cui etiam apostema aliquod pa-
tit si infirmitatis locu hoc felle
pungit in paucis dieb perfecte
curat Carnes aut illius ser-
pentis vendut quia in cibo op-
time sut et libent ab hominib
comedunt In hac provincia mul-
ti et optimi equi nascunt qui
a negociatorib ducunt Indiam
Omnib aut equis nodos duos
aut tres de osse caude extrahunt

ne equs tenens equitem cauda feriat et ne caudam super illud quiz contorqueat dum vadit quod hoc turpissimum in equo reputatur. Equites huius provintie strepis vtuntur longis ad sellas ut aput nos gallici faciunt. In bellicis vtuntur thoracibus de corio bubalorum vtuntur etiam scutis lanceis et ballistis et omnes sagittas quas iaciunt toxicant. Antequam Cublay magnus kaam hanc provinciam obtineret viri huius provincie huiusmodi rem detestabilem faciebant. Quando enim vir aliquis transiebat per eos vlterius provincie decentis apparentie et honoris mori qui prudens in verbis et actibus videbatur si aput eos hospitabatur ipsum nocte occidebat dicentes quod prudentia mores et gratia et anima eius in domo illa postmodum remanebat. Ob quam causam ibi multi occisi sunt. Sed magnus kaam postquam regnum prefatum suo dominio subiugavit hanc impietatem et stultitiam de illa patria penitus extirpavit.

Sequitur de provintia Caraiam ca xl primum

Cum vero receditur a provincia Carraiam ad dietas quinque invenitur provincia Ardandam que subiecta est magno kaam. Cuius nobilior vrbs dicitur Vinciam. In hac provincia pro moneta datur aurum ad pondus. Unciam enim auri commutat pro quinque vnciis seu sagiis argenti. non enim inveniunt in regionibus illis argentum usque ad dietas multas. ideo quod conveniunt illuc negotiatores qui cum eis argentum aurum pro argento commutant multa quod lucra faciunt. Porcellanos etiam expendunt que de yndia deferunt. Riso et carnibus vescuntur ut plurimum. Potionem optimam faciunt de riso et aromatibus delicatis. Viri et mulieres regionis huius dentes coopertos deferunt subtilibus laminis aureis que ita disposite sunt ut dentibus optime coaptentur. Viri omnes militares sunt armis tantum et milicie vacantes et venationes bestiarum et volucrum. Mulieres autem curam rei familiaris in omnibus gerunt. habent quod servos emptitios qui eorum obsequiis mancipantur. In hac provincia consuetudo est ut quum mulier peperit lectum quam cito potest dimittit et surgens gubernatione domus intendat. Vir autem eius diebus xl(ta) decumbit in lecto et nati sibi filii curam gerit. Mater pueri nullam de illo sollicitudinem habet nisi quod lac illi prebet. Interim vero amici et consanguinei virum visitant decumbentem. Aiunt autem quod hoc ideo faciunt quia mulier filium portans et pariens longo tempore et [illegible] laborat. propter quod conveniens iudicant ut diebus xl a filii cura quiescat. ipsa tamen victum cibum defert ad lectum. In hac provincia non sunt ydola nisi quod familia primogenitorem adorat. scilicet a quo alii de familia nati sunt. In locis valde silvestribus habitant. vbi sunt

montes maximi et nemora ma-
gna valde, tecmontes illos non acce-
dunt homines de regionibus aliis
quia vivere ibi non possunt extinei
propter corruptionem nimiam aeris, litteris
carent sed contractus suos et obliga-
tiones ad invicem in tasseis faciunt
quarum medietatem fiat unus alia
alius, que postmodum inveniunt
composite in minutis signis co-
veniunt. In hac provincia et in du-
abus provinciis Caydu et Caraiy-
am medici non sunt, sed quando quis
infirmatur convocat sui magos
qui ydola colunt quibus infirmus
sua infirmitatem exponit, tunc
magi coream ordinant et instru-
menta pulsant et ad ydolorum
suorum honorem magnas faciunt
cantilenas, hoc autem tam diu fa-
ciunt donec arripiatur a demone
unus ex ludentibus in corea. Tunc
corea dimissa arreptitium
consulunt, qua de causa hec ille
patiatur et quid pro ipsius liberatione
agendum sit. Demon autem per arrep-
titium dat responsa dicens, illum
ideo infirmatum quia illud aut
illum deum offendit. Magi autem
orant ut deus ille culpam illi re-
mittat, promittentes quod ipse ei de
sanguine suo sacrificium offerret
si indicat demon ex suis egritu-
dinis ut ille liberari non possit
dicit, iste tam graviter offendit de-
um quod per nulla sacrificia placari
potest, si autem indicat ut possit
evadere dicit, oportet ut tot a-
rietes nigra habentes capita illi
offerat et tot et tales faciat
potiones et convocet ad se tot
magos et magas totidem per quorum
manus sacrificium offerat et sic placa-
bitur ei deus. Tunc consanguinei e-
groti illius omnia perficiunt que demon
fieri iussit, occidunt quod arietes et san-
guinem ipsorum in celum iactant. Con-
venientes vero magi cum mulieribus suis
faciunt luminaria magna et totam
domum thurificant et fumum de ligno
aloe faciunt, et aquam decoctionis
carnium in aera fundunt, et partes
etiam potionum que de aromatibus
sunt confecte, et in terra sursum
saltant et cantant ad illius reverentiam
ydoli, post hec inquirunt rursus ab
arreptitio an per hoc ydolo sit sa-
tisfactum. Si iubet demon ut aliud
fiat confestim mandatum eius implent.
Cum autem dicit satisfactum sibi esse
phanatici et incantatores illi sedent
ad mensam, carnes quod comedunt immo-
latas cum leticia magna, et
bibunt potiones que ydolo in sacri-
ficium sunt oblate. Terminato prandio
dio ad propria remeant, si contingat
autem divina providentia ut curetur
eger curationes ipsius attribuunt de-
moni, cui sacrificia sunt oblata.
Hac arte per demones eorum illu-
ditur cecitas. Sequitur de
prelio magno quod fuit inter
Tharthareos et regem Mien et de
victoria Tharthareorum ca xl secundum

Occasione regni Caraiyam
superius memorati et regni
vocitura, fuit prelium magnum
in regione immediate predicta. An-
no domini millesimo ducentesimo
lxxii Magnus Kaam misit

vnus de principibus nomine Nastardin
cum xij milibus equitum ad custodiam
provincie Caraiam Erat autem predictus
Nastardin vir prudens et strenuus/ et
hij qui cum illo erant milites probi
et fortissimi bellatores Reges autem
Mien et Bangala audito eorum
adventu perterriti metuentes ne forte
terras eorum venisset invadere Congre-
gantes igitur suos exercitus habuerunt
equites et pedites circiter lx milia
Elephantes autem cum singulis castris
bellicis circa duo milia et in quolibet
castro erant viri bellatores muniti
xij vel xv vel xvi venit autem rex
Mien cum predicto exercitu versus civi-
tatem Vocina ubi erat prenominatus ex-
ercitus tharttarorum/ quievit que cum
suo exercitu in campestribus ad dietas
tres versus vocina/ Audiens hec Na-
stardin timuit/ quia paucum habebat
populum ponderat tamen se nichil animo
timere/ quia secum habebat viros for-
tes et strenuos bellatores/ et egres-
sus est obviam illis ad planiciem
Vocina/ et ibi castra metatus est
iuxta nemus quoddam magnum in
quo erant arbores maxime/ quia
sciebat quod Elephantes in nemus illud
nullatenus ingredi poterant/ Rex
autem Mien venit ut exercitum illius
invaderet/ tharthari vero audacter
occurrerunt illis Cum igitur equi thar-
thariorum viderunt Elephantes cum
castris qui erant in prima acie con-
stituti tanto erant pavore perterriti
quod sessores eorum nulla vi ingenii
potuerunt illis proximos facere
Sunt descendentes omnes de
equis ligaverunt eos ad arbores ne-
moris/ et pedestres ad Elephantium
aciem redierunt/ ceperunt que in eos
sagittas indeficienter iacere/ hij autem
qui in castris elephantium erant
pugnabant contra eos/ Sed tharthari
peritiores eis erant et magis assue-
ti ad pugnam/ vulneraverunt igitur
tharthari cum sagittis multi-
tudinem Elephantium propter quod E-
lephantes sagittarum metu fugam
arripuerunt/ ingressi que sunt omnes
cursu rabido in nemus proximum
nec poterant ab ingressu nemoris
a suis rectoribus prohiberi/ Divisi-
autem sunt a nemore ab alterutrum
sunt pellitur/ et ad arbores nemoris
omnia castra lignea confracta fuerunt
Nam arbores magne et dense
erant/ videntes hec tharthari cu-
currerunt ad equos quibus ascensis
dimissis que Elephantibus in regis
acies irruerunt/ quos non modicus
invaserat timor/ eo quod videbat
Elephantium aciem dissipatam
fuit autem prelium durum valde.
Cum vero utrique exercitus sagittas
omnes quas habebant eiecerunt/ arri-
puerunt omnes gladios cum quibus
durissime pugnaverunt/ multi un-
dique occisi sunt/ Tandem autem rex
Mien cum suis fugam arripuit/ quos
insequentes tharthari multos ex
fugientibus occiderunt/ cunctis omnino
mortuis vel fugatis/ redierunt
ad nemus ut caperent elephantes
sed non poterant quemquam ex eis
capere/ nisi iuvissent eos quidam
ex hostibus quos ceperunt quorum

auxilio rerat et tā elephantes habuerunt. Ab hoc prelio in anno cepit magnus kaam elephantes hinc per exercitibus suis, quos prius in exercitu non habebat. Post hoc devicit magnus kaam terras regis Mien et eas suo dominio subiugavit

De regione quadam silvestri et provincia Mijen capitulum xliii

Post recessum provincie a civitate Caraiam invenitur descensus quidam maximus per quem descenditur continue per dietas duas et dimidiam ubi nulla est habitatio, sed est ibi una spaciosa et lata planities in qua tribus diebus in ebdomada multi conveniunt ad nundinas et mercata. Descendunt enim multi de montibus magnis regionis illius et deferunt aurum pro argento commutandum, dant enim unam auri unciam pro quinque argenti. Multi enim negociatores de regionibus aliis illuc conveniunt cum argento ad montes alios fortissimos ubi illi pro securitate sua habitant, nullus accedit extraneus quia loca valde devia sunt, neque extranei sciunt ab aliis ubi illorum habitatio sit. Post hec invenitur provincia Mien que affinis est Yndie ad meridiem per quam itur diebus xv. per loca silvestria et nemorosa, ubi eciam multi sunt elephantes unicornes aliaeque fere agrestes innumere et nulla ibi est habitatio [illegible]

De civitate Mijen et sepulcro pulcerrimo regis eius capitulum xl quartum

Terminatis illis xv dietis invenitur civitas Mien grandis et nobilis que caput est regni et est magno kaam subdita. Habet habitatores eius linguam propriam, et ydolatre sunt. In hac civitate fuit rex quidam predives, qui moriens mandavit sibi sepulcrum fieri in hunc modum. In quolibet capite monumenti fieri iussit turrim unam marmoream altitudinis x. passuum, cuius grossicies erat prout altitudinis proporcio requirebat, in cacumine rotunda erat. Una ipsarum turrium auro erat undique cooperta cuius auri grossicies erat ad mensuram altitudinis unius digiti. Super cacumine vero turris erant multe campanelle auree, que ad venti flatum reddebant sonitum. Alia vero turris eodem modo et forma argento cooperta erat habens similiter argenteas campanellas. Hoc autem sepulcrum fieri iussit pro honore anime sue et ut eius memoria perpetuetur. Quadam igitur die inventi sunt in curia magni kaam ioculatores et mimi in multitudine maxima, quos ad se convocans rex ait illis: Volo ut vos cum duce quem preferam vobis et cum alio exercitu, quem vobis adiungam, conquiratis michi provinciam Mien; qui se mandato regis voluntarios exhibentes iverunt ut iussit et Mien provinciam debellantes eius dominio subdiderunt. Et cum pervenissent ad memoratum sepulcrum, non eum destruere presumpserunt, nisi prius magni kaam requisito consensu. Cui audiens cum rex ille pro sua anima hoc fecisset, mandavit ut sepulcrum

illud nullatenus violaciunt Hos enim
tharthari non devastant ea que
pertinet ad defunctos In hac provincia
multi Elephantes sunt et boues silue-
stres magni et pulcri Cerui dammule
aliarumque diversarum specierum silvestria a-
nimalia in multitudine maxima De

De provincia Bangalia xlv

Bangala provincia est ad me-
ridiem in confinio Indie
quam magnus kaam non dum
subiugauit tempore quo ego Marcus
in curia eius eram sed ad debellandum
eam suos exercitus miserat Ibi autem
est rex proprius et propria lingua
ydolatre sunt omnibus de provincia
carnibus vescuntur riso et lacte Bo-
bicinis autem ibi copia magna est
de quo mercationes ibi maxime
fiunt Habundat etiam spico galanga
zinzibere zuccaro et multis aroma-
tibus aliis Ibi sunt leones maxi-
magni valde qui in altitudine sed
non in grossitie Elephantibus coequantur
In hac provincia multi homines ven-
duntur a negociatoribus quorum plurimi
eunuchi fiunt qui post modum
emuntur a baronibus per diversas pro-
vincias

De provincia Cangigu capitulum xl sextum

Post modum reperitur provincia
Cangigu ad orientalem
plagam que regem proprium
et linguam propriam habent populus
eius ydolatra est et magno
kaam tributarius est Huius
provincie rex habet uxores circiter
CCC^ta In hac provincia invenitur
aurum in maxima copia et
aromata multa sed parum de eis
mercationes fiunt quia a mari ipsa
regio nimium est remota Ibi sunt
multi Elephantes et maxime ve-
nationes bestiarum Homines provincie
carnibus lacte et riso vescuntur vi-
neis carent sed de riso et aroma-
tibus delicatas faciunt potiones
Viri et mulieres huius provincie pin-
gunt acubus facies suas col-
la manus et ventres ac crura
faciunt quasi ymagines leonum dra-
conum et avium subtiliter valde que
etiam firmatur in pelle ut numquam
discedat Qui autem de huiusmodi
ymaginibus habent pulchrior re-
putatur

De provincia Anni capitulum quadragesimum vii

Anni vero provincia est ad
orientem plagam que magno
kaam subiecta est homines
ydolatre sunt linguam propriam
habent animalium greges habent
magnos et victualium copia
Equos multos habent optimos
quos negociatores in Indiam
ducunt Bubali ibi multi sunt
boues et vacce in copia magna
quia ibi sunt pascua delicata
Viri et mulieres deferunt ad bra-
chia monilia seu brachia aurea
et argentea magni valoris

De provincia Tholoman xlviii

Post Anni ad orientalem
plagam ad dietas octo ha-
betur provincia Tholoman
que subiecta est dominio ma-
gni kaam et linguam habent
propriam et adorant ydola Ibi sunt

viri pulcri et pulcre mulieres colo-
ris tamen brunni. Civitates ibi multe
sunt et castra multa. Montes ma-
gni et fortes viri in armis stre-
nui et probi. Mortuorum suorum
corpora comburuntur et ossa in lig-
nea capsa reponuntur et in caver-
nis montium abscondunt ne ab ho-
mine vel a bestia tangi possint.
Aurum ibi est in copia magna.
porcellanas [illegible] de quibus pre-
dictum est supra loco monete expendunt

De provincia Cingui capitulum xlix

Post recessum a provincia Tho-
loman invenitur provincia
Cingui ad orientem et itur super
flumen quoddam per dietas xii in quibus
sunt multe civitates et castra. post
hec invenitur civitas Sinnulgu.
grandis et nobilis regio hec ma-
gno kaam subiecta est et homines
regionis ydolatre sunt. In hac
regione sunt panni pulcri valde
de corticibus arborum quibus induuntur
estate. viri strenui sunt in armis
et fortes. In hac provincia tanta
est multitudo leonum quod nullus presu-
mit extra domos dormire quia
leones omnes quos inveniunt de-
vorant. Naves etiam que super flu-
vium transeunt propter leonum metum non
ligantur ad rippam sed in medio flu-
minis stant quia leones noctibus
ingrediuntur in naves inherentes
rippe et quoscumque ibi reperiunt de-
vorant. licet autem huius regionis
magni leones et feroces sunt
valde canes tamen ibi adeo sunt
audaces et fortes ut leones
presumant invadere. Oportet tamen
ut duo canes simul cum homine
sint. Cum enim vir [illegible]
[illegible] invenit leonem accedit ut
[illegible] secum habuerit
[illegible] canes
[illegible] vir
in equo et arcu subsequitur. Canes
enim leonem mordent ut [illegible]
coxis aut cauda. Leo vero [illegible]
revertit ad eos qui ita se [illegible]
illo sciunt quod eos ledere nequit. Cum
leo prosequitur viam suam rursus canes
latrando et mordendo in[illegible]
leo igitur propter latratum [illegible]
forte canes alii vel [illegible]
tentur ad eum ideo quod [illegible]
cursu canum. Cum autem [illegible]
rem grossam posteaquam [illegible]
tem arboris appodiat ne ibi [illegible]
possit a canibus et faciem suam ad canes
dirigit. vir autem in equo cum arcu
suo sagittare non cessat propter quod
pe contingit quod leo graviter vulneratur.
Intantum enim intendit ad canes quod
vix potest libere sagittare. sic igitur
potest occidi. Provincia hec habundat
in serico et deferuntur mercationes ma-
xime per fluvium memoratum.

De civitatibus Cathansu Ci-
anglu et Ciangli capitulum l

Post discessum a provincia
Cingui per dietas quatuor
inveniuntur civitates plures et
multa castra. post dietas illas
quatuor est nobilis civitas Cathansu
que pertinet ad provinciam Cathay et
est ad meridiem. ubi est serici copia
ubi panni multi de serico et auro fi-
unt et sindones de serico in copia
maxima. Ab hac civitate itur ad
meridiem dietis tribus invenitur
Civitas Ciangli grandis valde

que est de provincia Cathaye ubi fit sal in copia magna [illegible] calidissima de qua incole faciunt [illegible] collegunt aqua que erumpit de sub pede montis qua in magna ponentes caldaria ad igne dum bullire faciunt postea congelatur in sal minutum et album ultra vero [illegible] Ciangli per unius esse medium [illegible] flumen magnum per quod naves multe cum magnis mercationibus deducuntur.

De civitate Candinphu et Singuimatu capitulum l. primum

Ultra civitatem Cianglu per dietas sex versus meridiem est civitas magna Candimphu que regnabat antiquitus consueverat nunc autem subiacet magno Kaam. Habet autem sub suo iure civitates xi in quibus omnibus victualia multa sunt. Sericum est ibi fructuum et serici copia. Versus ad meridiem ad dietas tres est civitas nobilis Singuimatu ad quam descendit a meridie fluvius magnus qui ab incolis in duas partes divisus est quarum una ad orientem vadit versus Mangi alia vero ad occidentem versus Cathay. Per hos fluvios naves mediocres innumere transeunt cum mercationibus infinitis. De Singuimatu vero progredientes ad meridiem per dietas xvi continue reperiuntur civitates et oppida in quibus mercationes multe fiunt. Omnes autem habitatores patrie ydolatre sunt et tota regio est subiecta magno Kaam. Sequitur

De flumine magno Caromoram et civitatibus Congam et Caiungiu capitulum l. secundum

Pertransitis igitur dietis xvi prenominatis invenitur flumen magnum Caromoram quod de terris regis illius qui dicitur presbiter Johannes fluit. Habet autem unius miliaris spatium in latitudine sua, profunditas vero eius tanta est ut naves magne per eum cum suis oneribus libere transeant. Pisces vero in eo in copia magna aut maxima capiuntur. In hoc flumine iuxta mare occeanum ad dietam unam sunt naves circiter xv milia quas tenet ibi magnus Kaam ut parate sint cum necesse fuerit suos exercitus deferre ad insulas maris. Sunt autem adeo magne ut quelibet earum portet equos xv ad regionem remotam cum equitibus et necessario victu pro equitibus equis et nautis qui sunt in navi quolibet uno xx ti. Ubi autem servantur naves ille in flumine due civitates sunt quarum una est magna et posita est super crepitudines fluminis alia vero parva ex parte alia fluminis est. Una earum dicitur Caiugandui alia Cyangiu. Et flumine predicto transito statim ingressus patet in nobilissima provincia Mangi cuius magnificentia admirabilis in sequentibus capitulis describitur.

De nobilissima provincia Mangi et primo de pietate et iusticia regis eius capitulum l. iii

In provincia Mangi fuit rex quidam nomine Facfur potens et dives valde nec inveniebatur tempore eius princeps

aliquis eo maior, preter magnum kaam. Regnum autem eius fortissimum
erat et inexpugnabile putabatur
nec quisquam eum invadere presumeret.
Ideoque rex et populus regni armorum
atque bellorum exercitium non habebat.
Bona quoque enim regni ci-
vitas profundis foveis et aqua
plenis vallata erat, quarum lati-
tudo erat quantum iacere potest arcus.
Carebant equis, quia neminem
metuebant. Ad nichil igitur va-
cabat rex, nisi ut deliciose viveret.
In curia sua domicellas et do-
micellos habebat circiter mille, et
honorabiliter vivebat. Pacem, iusticiam
et misericordiam diligebat. Nam
in toto regno eius maxima
pax erat, nullusque proximum offen-
dere presumebat, quia rex omnibus
iusticiam servabat. Sepe artificum
stationes noctibus dimittebantur
~~apte~~ aperte, nec erat qui in eas
presumeret ingredi, aut dampnum
inferre. Viatores omnes nocte ac
die per totum regnum secure et in-
offensi libere ambulabant. Erat
autem rex pius et misericors ad pau-
peres quoslibet, necessitatem aut
paupertatem sive penuriam pati-
entes. Singulis annis recolligi
pueros faciebat, abiectos a ma-
tribus circa xx^ti milia, quos suis
sumptibus nutriri optime faciebat.
In regione enim illa mulieres pau-
peres proprios natos abiciunt, ut ab
aliis colligantur, si eos ipse non
possunt nutriri. Illos autem
pueros abiectos a matribus

quos rex colligi faciebat divitibus
regni condividebat, qui carebant
filiis, ut eos sibi filios adoptarent,
aut postquam creverant, pueros cum
abiectis puellis coniugio sociabat
et eis sufficienter de necessariis
providebat. Sequitur qualiter
Bayam princeps exercitus
magni kaam devicit provin-
ciam Mangi et eam suo domi-
nio subiugavit. Capitulum quartum

Anno domini millesimo
cc^o lxviii Magnus kaam Cublay regnum Man-
gi hoc modo suo subiugavit imperio.
Misit enim illuc unum ex principibus
suis nomine Bayam Chinsam, quod
in nostra lingua sonat Bayam centum
oculi, qui Bayam centum oculos habens,
cui maximum exercitum equitum depu-
tavit et peditum ac multitudinem
navium ut Mangi provinciam debel-
laret. Qui cum ad prefatam provinciam per-
venisset, primo habitatores civitatis
prime que dicitur Coygangui ad
sui regis obedienciam requisivit.
Quibus recusantibus obedire illi nullo
ivit ad insulam tertiam, deinde ad
quartam, post hoc ad quintam, simile
responsum accepit. Non timebat
enim post se civitates dimittere ho-
stium et ad ulteriora procedere, quia
exercitus eius magnus erat et optimus,
habebat quoque secum viros strenuissi-
mos bellatores. Et magnus
kaam exercitum alium grande mit-
tebat post illum. Sextam igitur
civitatem aggressus est cum fortitu-
dine magna, et vi obtinuit

eam et sic progrediens civitates
xij in brevi tempore debellavit debel-
lavit tunc contremuerunt corda vi-
rorum Mangi Baijam ad regalem
et maximam civitatem Quinsaij
accessit et ibi iuxta eam exercitum
suum ordinavit Rex autem Mangi
qui ibi suam tenebat curiam auditis
prosperitatibus et fortitudine tharttarorum
vehementer expavit et ascendens
in navem cum comitatu maximo ad
quasdam inexpugnabiles se transtu-
lit insulas habens secum naves
circiter mille Civitatem autem Quin-
saij regine custodie dereliquit
cum exercitu maximo Regina vero
se prudenter regens in omnibus ad
defensionem terre cum suis baronibus
intendebat sollicite Cum audivit
autem quod princeps exercitus tharttarorum
vocatus vocabatur Baijam Chinsa
.i. centum oculi defecit per omnia virtus
eius quia a suis astrologis audierat
quod civitas Quinsaij a nullo umquam
expugnari videtur nisi ab eo qui
centum oculos haberet et quia impossi-
bile videbatur ut quisquam homo es-
set umquam centum oculos habiturus
Adeo neminem formidabat principe
igitur exercitus tharttarorum Baijam
advocans eius cognomine cognito
regnum et civitatem illi libere obtulit
Quo audito civitates omnes regni
Mangi ad magni Kaam man-
data pervenerunt excepta civitate que
dicitur Sciampfur que per triennium
obedire contempsit Regina vero
venit ad curiam magni Kaam a
quo fuit maximo cum honore

suscepta Rex autem Fagfur vir eius
qui ad insulas fugerat inde in
omni vita sua discedere noluit i-
bique mortuus est Item de
civitate Congangui ca. l. quinte

Civitas prima que occurrit
introeuntibus in provinciam
Mangi dicitur Congangui
que magna et nobilis est et ma-
gnarum opum ibi sunt naves in
multitudine maxima Est enim super
flumen Caromoran fit autem ibi
sal in tanta copia ut civitatibus xl
sufficiat de quo rex magnus Kaa-
am magnos proventus accipit Si-
militer etiam de mercationibus civitatis
et portus habitatores vero huius civitatis
et totius provincie Mangi
ydolatre sunt et comburunt
corpora mortuorum De civita-
tibus Panthsi et Caijn ca. l. sextum

Ad terminum diete unius
versus Sirocchum ultra
civitatem Congangui
invenitur civitas Panthsi grandis
et nobilis ubi mercationes magne
fiunt et est ibi serici ac victualium
copia maxima Ibi in tota re-
gione illa expenditur moneta
curie magni Kaam Via autem
qua itur a civitate Congangui
ad hanc civitatem Panthsi tota
est pulcris lapidibus strata a
dextris vero et a sinistris est
aqua magna aliunde autem ingres-
sus vel accessus non patet in
provinciam Mangi per terram nisi
per viam hanc Ad finem vero

diete alterius est ciuitas nobilis
Caiju ubi pisces habentur in copia
maxima. ibi eciam venatores besti-
arum magne sunt et volucrum fasia-
ni autem in tanta copia ibi sunt ut
pro tanto argenti pondere quantum
venetus est dantur tres optimi fa-
siani.

De ciuitatibus Tigui et Yangui capitulum l. septimum

Post hec itur per dietam unam
et per viam inveniuntur ville
et optima cultura terrarum
In fine vero diete habetur ciui-
tas Tigui que grandis quidem
non est, sed victualium habet
copiam maximam. habet eciam na-
ves multas valde. Est enim iuxta
occeanum ad dietas tres et in toto
illius spacio saline sunt multe in
ipso saliniarum spacio est ciuitas
una magna Coingui. Post
recessum a ciuitate Tigui ad
plagam sirocchi itur per dietam unam
per pulcerrimam regionem et termi-
nata dieta invenitur ciuitas no-
bilis Yangui sub cuius iurisdicio-
ne sunt ciuitates mo xxvij et
magnarum mercacionum. Ego Mar-
cus autem ex commissione magni
kaam habui in ciuitate illa of-
ficium prefecture.

Qualiter ciuitas Sciamphur machinis capta fuit

Ad occidentalem plagam est
regio una in provincia Ma-
gi Naiyngui opulenta
et pulcra valde ubi multi panni
fiunt de auro et serico. ubi eciam
est bladi et omnium victualium
copia. Ibi invenitur ciuitas Sciam-
phur que ciuitates xij sub uno domi-
nio continet. hec ciuitas annis tribus
in rebellione persistit postquam provincias de-
bellavit. non potuit ab exercitu tharthar-
orum eo quando devicta fuit provincia Ma-
gi. Non enim ante eam locari exercitus
poterat nisi a parte aquilonari. Nam
undique ex partibus reliquis lacune pro-
funde erant per quas naves ad eam
ingredi et ab ea egredi poterant
Et sic in victualibus non poterat de-
ficere. Quo audito rex kaam turbatus
est super modum. Contigit autem tunc
temporis dominum Nicolaum patrem meum
et dominum Matheum fratrem eius et
me Marcum cum illis in regis cu-
ria esse. attendentes igitur sumus ad
regem obtulimusque nos facturos
Machinas cum quibus ciuitas cum
nimio caperetur. Non enim erat usus
machinarum in regionibus illis. Ha-
bebamus autem nobiscum fabros lig-
narios christianos qui fecerunt tres
machinas optimas quarum quelibet
CCC libras lapidem iaciebat
quas navibus importatas misit rex
ad exercitum suum. Cum autem ante ci-
uitatem Sciamphur erecte sunt
lapis primus que machina in ciui-
tatem emisit super domum unam
ciuitatis cecidit. magna quoque pars
domus confracta est. Quod viden-
tes tharthari qui in exercitu erant
obstupuerunt valde. Hii vero qui
in ciuitate erant nimio timore co-
cussi metuentes ne ciuitas tota
destrueretur a machinis et ipsi omnes
occiderentur a thartharis. autem se

domorum ruina perierunt ad mag
kaam mādata veniunt **Sequitur
de ciuitate Singui et flumine
maximo cum innumerabili
multitudine nauium ca l nonū**

Post recessum a ciuitate
Sciamfur ad miliaria xv
per Sirocchum habetur ciuitas
Singui non multum grandis sed
naues habet in multitudine
maxima Est enim posita super
flumen maius quod in orbe sit quod
dicitur Quiani quod in latitudine
habet miliaria x alicubi aut viii
alicubi vero vi et eius longitudinis
vltra dietas centum in hoc flu-
mine plures naues sunt quam
sint circa mare in omni mari et in
fluminibus cunctis plures quam mercaciones
preciose deferuntur suis nauibus Ego
Marcus vidi in portu huius ciuitatis
semel circiter quinque milia que per
hunc fluuium nauigabant Singule
vero ciuitates que super ipsum posi-
te sunt plures naues habent quam
habeat ciuitas Singui quia ma-
iores sunt Sunt super flumen illud
ciuitates CC^te^ uel circa Transit
enim flumen per terminos prouinciarum
xvi Singule aut naues magne
regionum illarum vno sunt palacio
cooperte nec habent nauis nisi ma-
lum vnum pro velo Pondus vero
nauis ascendit ut plurimum ad minus
et ad pondus quatuor milium
thartharorum Alie quidem tamen pon-
dus deferunt xii milium thartha-
rorum accipiendo cuctarum iuxta
modum nauium venetarum

Sic igitur est nauium pondus inter
quatuor et xii milia thartharorum
inter perfectos numeros addendo aut
diminuendo iuxta magnitudinem
nauis Canapinis funibus non
vtuntur nisi pro malo nauis et velo
eius Sed pilorcas faciunt de arun-
dinibus magnis de quibus facta est
mencio supra que habent passuum
xv longitudinis cum istis pilor-
cas naues que per flumen trahuntur
Scindunt enim arundines et scissu-
ras ligant insimul et huiusmodi
funes faciunt valde longa aliquas
pilorcas habent longitudinem
passuum CCC et forciores sunt
funibus canapinis **De ciuitate
Caygui capitulum sexagesimum**

Caygui est ciuitas parua
super memoratum flumen
ad plagam Sirocchi vbi
annis singulis fit maxima col-
leccio bladi risi ut inde post mo-
dum ad magnum kaam curia de-
feratur ad ciuitatem Cambalu
Transeunt enim de loco isto ad
Catthay per flumina et lacunas
magnas Magnus vero kaam
fieri fecit canalia magna et
multa in locis pluribus ut pos-
sint naues de loco hoc ab vno
flumine transire ad aliud et per-
venire ad prouinciam Catthay per
terram eciam ire potest de Mangi
ad Catthay Curia aut mag
kaam pro maiori parte sufficien-
ciam habet bladi ex eo quod col-
ligitur in portu ciuitatis Caygui

ante civitate Caygui insula v-
na e in medio fluminis, ubi e mo-
nasteriu monachorum servienciu ydolis
ubi ydola multa sunt, manet qz in
monasterio ipso ydolatrie. Et e mo-
nasteriu illud caput et regula mo-
nasteriorum multorum ydolis servienciu

De civitate Cingiamphu capitulum sexagesimum primum

Cingiamphu civitas est
Mangi, ubi multa opera de
auro et serico fiunt, ubi sunt
due eclesie xpianorum Nestorinorum
quas edificavit Marsarchis ne-
storinus, qui a magno kaam in illa
civitate obtinuit presulatum Anno
domini millesimo CC° lxxviij°

De civitate Cingingui et qualiter cives eius occisi sunt omnes, quia occiderunt tartharorum exercitu dormiente lxij

Post recessum vero a civitate
Cingiamphu, itur per
dietas tres per Sirochum
et per via inveniunt civitates
et oppida magnarum mercacionum
et artium, ulterius aut ad die-
tas tres est civitas Cingingui
nobilis valde et grandis, ubi
e victualium omnium habundancia ma-
gna cum do Bayam princeps ex-
ercitus magni kaam mittebat ex-
ercitus suos ad bellandum et sub-
iugandum civitates Mangi, mi-
sit ad civitate Cingingui cri-
stianos multos, qui dicebantur
Alani Cum aut civitatem
fortissime impugnarent, hii qui
in civitate erant impugnacium

virtute devicti, civitate eis libere
tradiderunt. Cunctique igitur exercitus pacifice
ingressus e civitate neminem offe-
dentes ulterius, ex quo ad magni
kaam mandata libere venire decre-
verant. Invenerunt igitur prefati Alani
qui devicerant civitate, vinum optimum
ibi in copia magna, de quo tam co-
piose biberunt, qui omnes inebriati
sunt Sero aut vino gravati, tanto
sunt sompno oppressi, qui dormie-
runt omnes insimul, et nulla fe-
cerunt omnio in civitate custodiam
Quod videntes cives qui illos cum
pace susceperant irruentes in illos
dormientes omnes totaliter occiderunt
ita ut nullus ex eis omnino evaderet
Bayam vero hoc audiens misit
contra eos exercitum magnum, et
civitate per violenciam captam
precepit ut cives eius in vindicta
prodicionis et infidelitatis illius
gladiis necarentur, quod ita ut iusse-
rat factum est.

De nobili civitate Singui capitulum lxiij tercium

Singui est nobilissima ci-
vitas, cuius circuitus continet
miliaria lx^a ubi e maxima
populi multitudo Hec enim e Mangi
provincia populosa, quod si populares hec
in armis strenua esset, totum
aliud mundum conquirere et devin-
cere debuisset, sed mercatores et arti-
fices multi, ubi qz multi medici et
philosophi inter eos sunt. In hac civitate
pontes sunt lapidei circa sex mi-
lia tante altitudinis ut sub uno
quoque ipsorum galea transire valeat atque
sub multis due possunt transire

galee In motibus ciuitatis huius
crescit zeubarbarum ibi etiam zinziber
in tanta copia crescit quod pro vno ar-
gentee veneto habent lxxxta
libre zinziberis recentis et optimi
Hec ciuitas sub iurisdictione sua habet
xvi ciuitates mercacionum magnarum
valde et arcium Ciues Singui ve-
stimentis sericeis induuntur ut plurimum
ideo quia ibi multi panni de serico fiunt
vocatur autem ciuitas Singui .i. ciui-
tas terre Quinsay .i. ciuitas celi et
hec obtinuit nomina ille ciuitates
quia in orientalibus partibus sunt no-
bilissime ciuitates Sequitur
de nobilissima et mirabili
ciuitate Quinsay ca lxiiii

Post recessum a ciuitate
Singui itur per dietas quinque
et inueniuntur ciuitates
plures magne vbi negociacio-
nes maxime fiunt Postmodum
peruenitur ad nobilissimam ciuitatem
Quinsay que in nostra lingua sonat
ciuitas celi que maior ciuitas
vrbis est et est in prouincia Ma-
gi principalior Ego Marcus fui
in hac ciuitate et curiose et dili-
genter condiciones ipsius perscrutatus
sum quas summatim ut reperi
breuiter narrabo huius ciuitatis circuitus
continet in giro miliaria centum
aut citra habet vero pontes la-
pideos xii milia tante altitudinis
ut nauis magna sub eis ut plu-
rimum transire possit Est autem
ciuitas in lacunis sicut ciuitas
venetiarum et si caret pontibus
de vico ad vicum per terram
aditus non pateret et ob hoc opor-
tet ut ibi sint tot milia pontium
In hac ciuitate sunt artes xii prin-
cipales et qualibet ipsarum sunt in
ciuitate xii stacionum in quibus ipsarum
artifices operantur Quelibet autem
statio operarios habet inter magistros
et ministros x aut xv siue xxti
et sunt quoque in aliquibus xlta
tanta est ibi artificum et mercacionum
immensa multitudo quod hiis qui non
viderunt incredibile penitus videtur
Homines ciuitatis huius deliciosis-
sime viuunt diuites qui principales
sunt in stacionibus artium honori-
fice valde viuunt Et neque ipsi
neque vxores eorum manibus propriis
operantur faciunt autem ministros alios
operari Ex antiquo enim regni sta-
tuto consuetudo est ibi ut quilibet in do-
mo propria teneat stacionem et artem
sicut fecit antecessor pater eius
Sed si diues est non ergo cogitur ma-
nibus propriis operari In hac ciuitate
sunt mulieres formose valde et co-
muniter sunt multis deliciis enutri-
te versus meridiem est prope ciuitatem
lacus magnus qui xxx miliaria
in giro continet In hoc circuitu
super lacum sunt multa pallacia
et multe domus magne nobilium
et sunt interius et exterius mi-
rabiliter adornate Sunt etiam
ibi ecclesie ydolorum In medio
lacus ipsius sunt due parue in-
sule et in qualibet ipsarum est
pallacium nobile et pulcrum
valde vbi sunt paramenta et vasa
omnia necessaria pro nuptiis vel
solempni conuiuio Si quis vero

volt in solempni loco convivium tenere
accedit illuc ubi pt convivium vel
nupcias cum honore tenere In civitate
Quinsay multe et pulcerrime do-
mus sunt Sunt etiam per vicos eius
parve lapidee turres pro quibus usu
contrate ut quando fortuitu ignis ac-
cendit possint convicini res suas
ad prefatas turres ne comburerent
deferre quia in civitate multe
domus lignee sunt Sepe in civitate
ignis accenditur In hac civitate
adorantur ydola comedunt carnes
equorum et canum et aliud omnium
Et expenditur ibi moneta magni
Kaam In hac civitate custodia
maxima fit ex mandato magni
Kaam ne civitas rebellare presu-
mat aut ibi furta vel homici-
dia fiant In quolibet enim ponte
civitatis de die et nocte decem
custodes sunt In hac civitate
mons unus est super quem est turris
et super turrim tabule sunt de
asseribus quando autem ignis in urbe
accenditur si custodes turris hoc vi-
dere possunt cum ligneo malleo
percuciunt tabulas ut huiusmodi
sonitus circumquaque per civitatem emi-
nus audiatur et concurrunt homines
ad auxilium conferendum Simile
eciam si pro quacumque causa com-
mocio vel tumultus in civitate
fiat Vie omnes civitatis sunt stra-
te lapidibus ita quod civitas tota
munda est valde In hac civitate
circa balnearum sunt circiter tria
milia pulcra valde et magna
in quibus sepe homines balne-
ant multum enim student mundicie

corporali Ultra civitatem Quinsay
ad miliaria xxv ad plagam ori-
entalem est occeanum mare et ibi
supra mare est civitas Gampsu
ubi portus est optimus ad quam
conveniunt naves in multitudine ma-
xima de Yndia et de regionibus
aliis a civitate autem usque ad mare
est fluvius maximus per quem naves
ad civitatem veniunt qui fluvius
transit per plurimas alias regiones
Provinciam Mangi divisit magnus
Kaam novem dans regem proprium
unicuique regno iuxta sue bene pla-
citum voluntatis Sunt autem hii
omnes reges potentes valde Sed
sunt subditi magno Kaam et
oportet eos annis singulis de omni-
bus regnorum proventibus et expensis
et suo regimine magni Kaam of-
ficialibus reddere racionem Unus autem
regum illorum in civitate Quinsay
immoratur qui sub iurisdictione
sua C xl civitates habet
Provincia Mangi habet in universo
civitates mille CC et in
singulis earum per magnum Kaam
positi sunt custodes ne forte re-
bellare presumant Horum custodum
multitudo est innumerabilis et stupen-
da Non sunt tamen omnes Thartari
sed sunt de diversis exercitibus et stipe-
dariis magni Kaam In hac ci-
vitate Quinsay et in tota provincia
Mangi consuetudo est quod statim ut
puer nascitur parentes eius scribi
faciunt diem et horam nativitatis
eius et sub quo planeta sit natus
In cunctis enim itineribus et factis
suis reguntur astrologorum un-

iudiciis. ideoque scire volunt sui
ortus diem et horam. Quando in
hac provincia moritur aliquis ca-
napimus sacris eius consanguinei
induuntur et mortuorum cadavera cum
cantu maximo et ymaginibus
servorum et ancillarum equorum et de-
nariorum comburunt. que omnia de pa-
piro fiunt. credunt quod in vita alia
tamen veraciter animalia obtinebit de-
functus qualia in plenitudine combu-
sta sunt. Post hec cum leticia magna
tangunt musica instrumenta. dicentes
quod dii sui cum tali eos honore suscipi-
unt cum quali corpora comburuntur.
In hac civitate Quinsay est pal-
lacium mirabile valde in quo quondam
Fanfur rex Mangi tenebat cu-
riam. primo locus magnus circum-
cinctus est muris per quadrum
altitudinis magne in giro continet
miliaria x. Inter quos muros sunt
viridaria pulcra valde cum fructibus
delicatis. ubi sunt fontes et lacu-
ne in quibus multi et optimi pis-
ces habentur. In medio autem interioris
pallacii spacium pulcrum est et ma-
ius quod in mundo sit. Habet autem
aulas xx^ti eiusdem magnitudinis
omnes. in quarum qualibet comedere
simul x milia hominum in multa
commoditate et debita congratu-
litate. cunctis discumbentibus collocatis.
Sunt autem aule depicte et deau-
rate pulcerimo opere. In ipso enim
pallacio sunt tamen mille aut cir-
ca. In civitate Quinsay sunt
ignes iuxta vulgare ytalicum
seu familie tot numero quod ad centum

sexaginta. thomaiim vero decem
milia continet. Sunt igitur tot
in universo familie. ut earum
numerus ad mille milia. et sexcenta
milia familiarum ascendet. Pal-
lacia in hac civitate multa sunt
et pulcra valde. In tota autem
hac civitate una sola christianorum
Nestorinorum est ecclesia. In hac civi-
tate. et in tota provincia Mangi
oportet ut quilibet paterfamilias
supra ostium domus sue scribi
faciat nomen suum et uxoris sue
et nomina omnium de familia sua
et numerum eciam equorum suorum. Cum
autem aliquis de familia moritur
vel domicilium mittat. oportet
ut deleatur inde nomen discedentis
tis. aut mortui et scribatur ibi
nomen cuiuscumque de novo nascentis
vel ad familiam additi. Et isto
modo sciri de facili potest numerus
hominum qui in civitate sunt. Similiter
eciam et stabularii seu hospitum
receptores scribunt in suis qua-
ternis nomina omnium viatorum. quos
in suis hospiciis receperint. et
quo mense et quo die in eius
hospicium sunt ingressi. [Rubrica:] De
proventibus quos recipit
magnus Kaam de provin-
cia Quinsay et Mangi lxv

Nunc dicendum est de pro-
ventu et redditibus. quos
recipit magnus Kaam
de civitate Quinsay. et de tota
provincia Mangi. Singulis annis
recipit magnus Kaam de sale
quod fit in civitate Quinsay
et terminis eius. thomaiinos

aureos octoginta, quilibet autem thomaynus ascendit ad octuaginta milia sagiorum auri quodlibet autem sagium auri ascendit igitur in summo octuaginta thomayni aurei ad quinque milia milium et septuaginta milia sagiorum auri quodlibet autem sagium auri plus habet ponderis quam florenus. De rebus aliis et mercationibus sive salis, tributa maxima et incomputabilia recipit. In provincia plus habet de zuccaro quam in reliquis totius mundi provinciis. Est etiam ibi copia maxima aromatum et omnium huiusmodi specierum de aromatibus quibuscumque recipit magnus kaam de centum mensuris tres et dimidiam. Similiter et de omnibus mercationibus que fiunt recipit de mensuris centum tres et dimidiam. De vino autem quod fit de riso et speciebus diversis et carbone magnos proventus recipit. De duodecim artibus que in Quinsay fiunt et in tota provincia magnos proventus habet. De serico vero tamquam est in Mangi copia maxima percipit de centum mensuris capit x mensuras quando venditur. De multis aliis rebus aliis datur mensure x pro centenario quibus ego Marcus audivi computari summam redditum quos magnus kaam recipit in regno Quinsay quod est nona pars provinciae Mangi. Et inventum fuit quod ascendebat annuatim proventus quibus dimpres sal ad quindecim milia

milium et septuaginta milia sagiorum auri. De civitate Champingui et aliis civitatibus capitulum lxvij

Progrediendo autem ulterius a civitate Quinsay per sirochum per totum inveniuntur per dietam unam viridaria pulcra et optima cultura. Post dietam vero invenitur civitas Champingui que magna est nobilis et pulcra valde. Ultra civitatem Champingui ad tres dietas est civitas Ugui et per duas dietas alias per sirochum inveniuntur civitates et castra que tantam contiguitate continuacione habent ut videatur viatori per civitate unitam transitum facere. Ibi est omnium victualium copia magna. Ibi sunt arundines grossiores quam in tota illa provincia habeantur. Habent enim latitudinis palmas quatuor et longitudinis passus xv. Ultra duas dietas est civitas Chengui grandis et pulcra. Post modum iter dietis quatuor per sirochum et inveniuntur per totum civitates et castra. In illa regione multi leones sunt feroces et magni. In hac regione et etiam in provincia Mangi non sunt veruetes sed boves capre hirci et sues. Ibi sunt in copia maxima. Post illas quatuor dietas invenitur civitas Changui grandis valde que in monte sita est qui mons in duas partes fluvius dividit que post modum ad oppositas sibi plagas tendunt. Rursum igitur iter per dietas tres et invenitur

Cugui que ultima est in dominio
ciuitatis Cuiunsay De regno
ffugiu capitulum sexagesimum septimum

Cum autem discedit a ciuitate
Cugui statim intratur ad
regnum ffugui et est via
per circuitum dietarum sex per montes et
valles et inveniuntur ibi ciuitates mul-
te et castra et est ibi victualium
omnium copia et ibi sunt venatores
bestiarum magne et volucrum leones
etiam ibi plurimi sunt ubi crescit
zinziber in copia maxima Nam
pro parva argenti quantitate quantam
habet unus venetus grossus dantur
lxxx libre zinziberis ubi etiam est
flos quidam qui assimilatur croco est
tamen alterius speciei sed eiusdem
valoris est cum est et crocus In
hac regione comedunt homines a-
vide valde carnes humanas dummodo
homines morte ipsa non decedant
et has carnes optimas reputant
quando ad bella procedunt quilibet
sibi in fronte cum ferro calido signum
imprimunt nullus eorum equester
vadit ad prelium nisi dux exercitus lan-
ceis utuntur et spatis et crudelis-
simi homines sunt super modum
cum occidunt homines sanguinem
eorum bibunt et carnes manducant

De ciuitatibus Queliuphu et
Unquem capitulum lx octauum

In medio autem predictarum sex di-
etarum est ciuitas Queliuphu
magna et nobilis valde que
est super fluvium unum tres habet lapi-
deos pontes marmoreos desuper
columpnis ornatos qui pontes
habent latitudinis octo passuum

et miliare longitudinis habent
unum ubi est sericum zinziber et
galanga in copia maxima viri
et mulieres ciuitatis huius pulcre sunt
valde ubi sunt galline que pennas
non habent sed pilos habent ut catte
et sunt omnes nigri coloris ova
optima faciunt similia ovis gal-
linarum nostrarum propter leonum multitu-
dinem qui sunt ibi periculosum est valde
inde transitum facere ultra vero
sex dietas predictas ad miliaria xv
est ciuitas Unquem ubi est
zuccarum in copia magna et in-
de defertur ad ciuitatem Camba-
lu pro curia magni Kaam

De ciuitate ffugui capitulum lxix

Progrediendo vero ulterius
ad alia miliaria xv inve-
nitur ciuitas ffugui que
caput est in regno Concha
quod est unum de nouem re-
gnis Mangi In hac urbe
moratur exercitus magni Kaam
pro custodia patrie ut statim tra-
nseat paratus si ciuitas presumeret
rebellare per huius ciuitatis medium
transit fluvius qui miliare unum
latitudinis habet In hac ciuitate
naues multe fiunt que per hunc
fluvium navigant ubi etiam
zuccarum in copia maxima pa-
ratur Negociationes etiam ibi
maxime fiunt de margaritis
et lapidibus preciosis que de In-
dia deferuntur Est autem hec ciuitas
vicina mari occeano et omnium vic-
tualium copiam habet Sequitur

De ciuitate Zayten et nobi-
lissimo portu eius et ciui-
tate Tingui capitulum lxx

Post transitum fluminis me-
morati itur per dietas quinque
per sirocchum et inveniuntur
civitates optime, castra multa
et ville, ubi est omnium victualium
copia. Habet quoque regio illa mon-
tes et nemora, in quibus inveniuntur
arbores multe, ex quibus colligitur
camphora. Post dietas autem quinque
invenitur civitas Zaijthen, que
grandis est valde et habet nobi-
lissimum portum, ad quem naves
de India cum mercationibus veniunt
in multitudine maxima. Nam pro
una nave, que cum pipere vadit
in Allexandriam, ut deferant inde
postmodum ad christianorum terras,
ad portum hunc conveniunt centum.
Est enim portus ille unus ex duo-
bus maioribus et melioribus, qui in
mundo sunt, propter multitudinem et ma-
gnitudinem mercationum, que deferun-
tur ad ipsum. Habet autem magnus
Kaam de portu illo proventus
maximos. Quelibet enim navis
solvit de mercationibus suis omnibus
de centenario quolibet mensuras X.
Navis vero recipit a mercatoribus
pro naulo suo de mercationibus sub-
tilibus mensuras XXX pro centena-
rio. De ligno aloe et sandalis
et de grossis mercationibus reliquis
recipit pro centenario XL, propter
quod negociatores solvunt in uni-
verso computato tributa regis et
naula navis medietatem om-
nium mercationum suarum, quas deferunt
ad portum superius memoratum.
In hac regione est civitas que
dicitur Thingui, ubi scutelle pul-

cerrime fiunt de terra, que dicitur porcella-
na. In hac regione, que est una
de novem partibus Mangi, est lingua
propria. De hoc regno habet magnus
Kaam eque magnos proventus et
maiores, sicuti de regno Quinsaij.
De aliis autem regnis Mangi ob-
mitto scribere causa brevitatis, quia
nimia prolixitas huius libri, si de-
berem singula describere regna eius.
Oportet autem me transire ad Indiam,
ubi ego Marcus fui diucius im-
moratus, de qua sunt magna et
admirabilia describenda. Et cetera.

Explicit liber secundus etc.

Incipiunt capitula et registrum
tercii libri. Capitulum primum.

Incipit liber tercius Nilyon
De descripcione navium Indie capitulum primum

Pars tercia huius libri de-
scripcione regionum
Indie continet. Set in principio
incipiemus a navibus. Naves
magne quibus per mare Indie
navigatur. Quemadmodum sunt ut plu-
rimum de abietibus sunt. Habet
quelibet navis solarium unum quod apud
nos coopertura vocatur. Super quod
sunt communiter camerule sive celle
numero xl^ta quarum quelibet unum
commode recipit mercatorem. Habet
quelibet navis amplustre seu gu-

bernaculum vocant quod temon dicitur
in vulgari, malos autem quatuor ha-
bet et vela quatuor, sed duo ex
malis predictis sic dispositi sunt
ut de facili levari valeant et de-
poni. Due autem tabule insimul con-
clavate et firmate sunt et tabu-
la super tabulam applicata. Navis
undique duplicata est ferreis clavis
firmata. Navis sunt autem tabule
navis intus et foris stuppa con-
facte, hoc est intus et foris calcate
iuxta morem vulgarem nautarum, pice
vero sublinite non sunt, quia in re-
gionibus illis pice carent. Terunt
autem canapum minutatim et ipsum
cum oleo quodam arborum, et cum
calce insimul miscent, et hac
unctione subliniunt naves. Est
autem unctio illa tenax valde, et
pro illo sericio optimo. Navis que
magna ducentis aut trecentis
marinariis indiget. Portat
autem navis quinque sex milia spor-
tas piperis. Navis remos magnos
habet et sepe ducitur remigando
remus autem quinque indiget ma-
rinariis quatuor. Habet insuper
navis magna duas barcas ma-
gnas, quarum una est altera ma-
ior, sed que ipsarum pondus mille
sportarum piperis defert, et in suo
obsequio et gubernatione re-
quirit marinarios xl^ta, que sepe
navem magnam, sibi barcis al-
ligando alligata remigando
trahunt cum remis et velis du-
cuntur barce, quando fuerit oppor-
tunum. Insuper navis magna

habet naviculas parvas, quas batel-
los dicimus, ad pro piscationem
et ancoras, et alia multa navis servi-
cia. Omnes hee navicule deferuntur
ad exteriores navis magne latera col-
ligate, quando opus fuerit mittunt in
aqua, barce autem similiter habent batel-
los. Cum navis magna navem ma-
gnam per mare fecerit vel per annum in-
tegrum navigant, sed ut reficiatur
seu reparetur oportet super prioris
navis tabulas supponi tertia circu-
quaque, et calcatur navis et ungitur
ut a principio factum fuit, quod etiam
aliis vicibus fit donec navis ad ul-
timum sextales supervestita fit.

De insula Sipangu capitulum secundum

Nunc ad describendum regio-
nes Indie accedamus, et
incipiamus ab insula Sipa-
gu. Sipangu insula est ad oriente
in alto mari, distans a littore Ma-
gi per miliaria mille quinquaginta
et est magna valde. Habitatores eius
albi sunt et statue decentis, ydo-
latre sunt et regem habent, sed
nulli alteri tributarii sunt. Ibi est
aurum in copia maxima, sed rex non
de facili eum extra civitatem vel
insulam apportare permittit. Propter
quod mercatores pauci vadunt illuc
et naves raro ducuntur illuc de re-
gionibus aliis. Rex insule pallacium
magnum habet auro optimo su-
tectum, sicut apud nos ecclesie op-
periuntur plumbo. Fenestre omnes
pallacii auro ornate sunt, et pa-
vimentum aularum atque camerarum
multarum aureis tabulis est coopertum
que quidem auree tabule duorum

digitorum mensura in grossitie con-
tinet. Ibi sunt margarite in copia
maxima que rotunde et grosse sunt
rubei coloris que margaritas al-
bas precio ac valore excedunt. Multi
etiam sunt lapides preciosi propter quod
insula Sipangu opulentissima
est valde. Qualiter magnus
Kaam misit exercitum suum ut
sibi acquireret insulam Sipan-
gu capitulum tercium

Magnus Kaam Cublai au-
diens a narrantibus de divi-
ciis Sipangu, direxit illuc
duos ex baronibus suis cum exercitu
maximo ut insulam ipsam eius
dominio subiugarent. Unus autem
eorum qui dicebatur Abatam et alius
Vonsancin qui a portu Zaiten
et Quinsai cum multis multis
navibus et magno equitum et pe-
ditum apparatu iter arripientes per-
venerunt illuc. Et descendentes in terram
multa dampna villis et castris que
erant in planicie intulerunt. Orta est
autem inter eos invidia propter quod unus
alterius voluntati et consilio acqui-
escere contempnebat. Ideo quod eis pro-
spere non successit. Nam neque urbem
aliquam vel castrum debellare pre-
valuerunt nisi unum castrum solummodo
quod prelio devicerunt. Et quia hii
qui erant in castro numquam se eis tradere
voluerunt de mandato ipsorum baronum
decapitati sunt omnes preter octo
viros qui inter eos inventi sunt
quorum quilibet preciosum lapidem con-
sutum habebat in brachio inter
carnem et cutem de quo nullus
averte potuisset. Erant autem huiusmodi

lapides dyabolicis nephandis
incantacionibus dedicati ad effectum
huiusmodi ut salus quicumque eum super se
lapidem deferret ferro occidi aut
non omnino poterant. Quo cognito
mandaverunt eos lignea fuste mac-
tari et sic statim mortui sunt
et Barones prefati lapides ac-
ceperunt. Qualiter confracte
sunt naves Tharthararum et
quomodo multi de exercitu e-
vaserunt capitulum quartum

Accidit autem quadam die
quod in mari valida tem-
pestas insurgeret et Thar-
thararum naves a vi ventorum
ad portus impellerentur quatenus
Consulentibus autem marinariis
ut naves elongarentur a terra
universus exercitus intravit ad na-
ves. Procella vero fortius ingruente
naves multe confracte et qui
erant in navibus in insula alia
iuxta Sipangu ad miliaria iiii or
cum lignorum fragmentis aut na-
tando pervenerunt plures autem ex
eis navibus qui potuerunt evadere
ad propria redierunt. Qui autem
incolumes pervenerunt ad insulam
fuerunt circiter xxx ta milia. Sed quia
naves perdiderant et multitudine
sociorum et quia vicini erant in-
sule Sipangu humano eis
deficiente presidio morti se proximos
existimabant. In insula tamen
ad quam pervenerant habitacio nulla
erat. Qualiter Thartharorum
exercitus sagaciter redierunt
Sipangu et civitatem principalem
insule ceperunt capitulum quintum

Maris autem tempestate cessante viri insule magne Sipangu cum multis navibus et exercitu magno venerunt volentes eos occidere quos videbant argumentis auxilio destitutos, et cum relictis ad littora navibus descendissent in terram, Tharthari illos precaventes elongaverunt a littore, et per viam aliam circuientes subito venerunt ad littus et omnes ascenderunt in naves hostes sine navibus in insula dimittentes, venerunt autem ad insulam Sipangu et vexillis hostium acceptis que in navibus invenerant venerunt ad civitatem que in insula principalior erat. Qui autem in civitate remanserant ut viderunt sue gentis vexilla putantes suos redire victores eis obviam exierunt. Tharthari statim in civitatem intrantes paucis secum retentis mulieribus ceteras que remanserant expulerunt.

Qualiter obsessi fuerant Tharthari et civitatem quam ceperant reddiderunt · vj ·

Rex vero Sipangu hiis auditis de locis aliis insule navibus preparatis cum exercitu suo navigavit Sipangu, et obsedit civitatem quam obtinuerunt Tharthari. Tanta autem diligentia omnes introitus et exitus civitatis custodiri fecit quod nullus ad eos unquam ingredi de exterioribus potuit, neque de interioribus potuit civitatem egredi. Sic quoque mensibus septem conclusi et obsessi fuerunt ab exercitu magno quia magno Kaam de statu suo non poterant per nuncium aliquid intimare. Videntes autem periculum suum a suis haberi non posse salvis personis omnium civitatem illam regi Sipangu libere reddiderunt et post modum ad propria redierunt. Hoc autem fuit anno domini millesimo ducentesimo lx nono.

De ydolatria et crudelitate virorum Sypangu capitulum septimum

In hac insula Sipangu et in aliis regionibus ydola multa sunt, caput bovis habencia quedam, aliqua porci, alia vero arietis sive canis et aliud aliorum diversorum. Quedam etiam ydola ibi sunt habencia facies quatuor in capite uno. Alia autem ibi sunt que tria capita, iiij^or manus habent. Alia x, alia c, alia vero ultra c. Illud autem ydolum quod plures manus habuerit amplioris putant esse virtutis. Cum autem ab incolis Sypangu horum causa vel racio queritur nichil aliud respondere sciunt nisi quod sic ab eorum patribus est traditum, et talem ab illis tradicionem habent, volunt quoque imitari et credere quod imitati sunt patres eorum. Habitatores autem insule Sipangu quando hominem extraneum capiunt, si captivus potest pecunia redimi dimittunt illum recepta pecunia. Si autem pro redemptione precium habere non potest occidunt illum et coctum comedunt. Et ad huiusmodi convivium invitant consanguineos et amicos, qui carnes illas libentissime comedunt, dicentes humanas carnes ceteris carnibus meliores esse.

De multitudine insularum regionis illius et earum fructibus capitulum octavum

Mare illud ibi ubi est insula Sypangu occeanum est

et dicitur mare cin hoc est Mangi. Et
Mangi provincia est in littoribus eius. In
hoc mari ubi est Sipangu sunt alie
insule plurime que cum diligencia
computate a marinariis et pedotis
regionis illius invente sub septem
milia quadringente vltra octo, quarum
maior pars ab hominibus habitatur. In
omnibus autem insulis prefatis omnes ar-
bores odorifere sunt, neque enim ibi vir-
gulta crescunt que sunt odorifera et
utilia valde. Ibi sunt aromata infi-
nita. Ibi piper albissimum est ut nix.
De nigro etiam ibi est copia maxima.
Negociatores tamen parcium aliarum
raro accedunt illuc. Cum naves autem na-
ves de Mangi euntes illuc, per
annum continuum in mari, quia in hieme
vadunt et in estate redeunt. Duo
soli venti in mari regnant, unus in
hieme et unus in estate. Est etiam
hec regio multum distans a littori-
bus Indie. De hac regione, quia
ibi non fui, narrare concludo. Re-
vertamur igitur ad portum Zaiten,
ut inde ad regiones alias procedamus.

De provincia Cyamba capitulum x.

Post recessum igitur a portu
Zayten navigando per Gar-
binum per mille quingenta mi-
liaria pervenitur ad provinciam Cy-
amba, que magna est valde
et multarum opum. Hec provincia
linguam propriam et regem proprium
habet, et sectatur ydolatriam. Anno
domini millesimo CC lxviii misit
magnus Kaam Cublai unum ex
principibus suis nomine Sogatu cum
exercitu magno, ut eius dominio
illam provinciam subiugaret. Invenit

autem civitates tam fortes et tam
fortissima castra eius, quod neque ci-
vitatem neque castrum capere potuit,
sed quia regionis villas et arbo-
res devastabat, promisit rex Cy-
amba annuatim magno Kaam
tributa persolvere, si eum volebat
in pace dimittere. Concordia facta
discessit exercitus, et rex ille annis
singulis elephantes pulcerrimos
mittit ad regem. Ego Marcus
fui in hac provincia, ubi regem
antiquissimum inveni habentem uxorum
multitudinem magnam, ex quibus
filios masculos et feminas habu-
erat numero CCCtos xxti vi, quorum
centum l iam poterant arma
deferre. In hac regione multi ele-
phantes sunt, et ligna aloes
est ibi in copia maxima. Sunt
etiam ibi nemora maxima de lig-
nis ebanum. Sequitur

De insula magna Jana capitulum decimum.

Dimissa provincia Cyamba
navigatur inter meridiem
et Sirochum per miliaria
mille quingenta, et pervenitur ad
insulam magnam Jana, que circuitu
suo habet mensuram miliariorum
trium milium. In hac insula rex
est qui nemini tributarius est. Ibi
est piperis nucum muscatorum, spice,
galange, cubebarum, gariofolorum
et ceterorum aromatum copia ma-
xima. Negociatores illuc multi
confluunt, ubi lucra magna perci-
piunt. Omnes habitatores insule
ydolatre sunt. Magnus Kaam
non dum eam potuit obtinere.

De provincia Locach capitulum undecimum.

Dimissa insula Jaua itur
inter meridiem et Garbinum
per miliaria septingenta et
pervenitur ad insulas duas que
dicuntur Sendur et Condur, vltra
quas ad quingenta miliaria est pro-
vincia Loechac, que grandis est
et ditissima valde, regem proprium
et linguam propriam habens, nulli tri-
buta reddens nisi proprio regi, est
enim fortis valde et a nemine potest
invadi. Incole provincie ydolatre
sunt. In hac provincia crescunt
brici qui domestici sunt, et magni
ut limones qui valde boni sunt.
Ibi aurum invenitur in copia ma-
gna. Et sunt ibi elephantes
multi. Est ibi porcellana que pro
moneta expenditur de qua dictum
est supra. Sed hanc provinciam
de aliis regionibus confluunt, que
non bene domestica est. Ca^m

De insula Penthaiim capitulum xii

Post discessum a Loechac
navigatur per miliaria quin-
genta versus meridiem in-
venitur civitas Penthaiim
que est regio silvestris valde.
Ibi sunt nemora arborum odo-
rum magni et magne utilitatis.
Inter provinciam Loechac et Penthaiim
per miliaria lx non invenitur altitu-
do maris ultra passus quatuor
propter quod oportet nautas e-
levare gubernacula seu temones.
Post ea pervenitur ad regnum Megle-
nir, ubi sunt aromata multa
in copia maxima. Est etiam ibi
proprium ydioma. Sequitur ultra

De insula que dicitur Jana minor capitulum tredecimum

Vltra insulam Penthaiim per
Sirotchum per miliaria centum
invenitur insula que dicitur Jana
minor, que in suo ambitu continet
miliaria duo milia. Ibi sunt octo re-
gna cum singulis regibus, et est ibi lin-
gua propria, et sunt omnes habitatores
insule ydolatrie sectatores. Ibi est
omnium aromatum copia. Sunt etiam ibi
aromata multa, quorum similitudine
vidimus terra nostra. Hec insula multum
est ad meridiem posita, quod de ipsa insula
polus articus videri non potest, stella scilicet
illa que vulgariter dicitur Tramontana.
Ego autem Marcus fui in sex regnis
huius insule, scilicet in regnis Ferleth,
Basman, Samara, Dragwiam, Llam-
bri et Fansur. In aliis duobus autem
non fui. Primo igitur dicta dicta Ferleth.

De regno Ferleth capitulum quatuordecimum

Occasione Sarracenorum nego-
ciatorum, quorum ad regnum
Ferleth confluit multitudo,
habitatores regni illius, qui habitant
in regione maritana, acceperunt
legem abhominabilis Machometi.
Qui autem in montibus habitant, legem
non habent, sed bestialiter vivunt, et
primam rem quam cursum mane ha-
bent quando surgunt pro deo adorant.
Omnium animalium mundorum et inmundorum
effigies et etiam hominum carnes manducant.

De regno Basman capitulum quindecim

Regnum vero Basman linguam
propriam habet, legem non habet.
Homines enim ibi valde bestia-
les sunt. Dicunt se subiectos esse
magno Kaam, sed ei tributa non
solvunt. Quandoque tamen mittunt ei ioca-
lia rerum silvestrium. Ibi sunt elephan-
tes in multitudine magna. Ibi etiam
sunt unicornes magni valde

qui parum minores sunt elephantibus. Unicornis enim pilum bubali habet, pedem autem ad similitudinem elephantis, caput habet ut aper, quod semper inter- rarius ad terram habet. In luto libet morari ut sus, et est animal turpe valde. In frontis medio cornu unicum habet grossum valde et nigrum. Linguam spinosam habet spinis magnis et grossis repletam, cum lingua sua homines et animalia valde ledit. In hoc regno symee multe sunt diversarum manerierum, quarum quidem plurime sunt habentes facies hominibus similes et in ceteris eciam membris corporis multum hominibus similantur. Venatores eas capiunt et depilant pilos omnino in barba dimittentes et in locis aliis ad similitudinem hominis, posthec in formulas eas mortuas ponunt et in speciebus conficiunt ne mortescant, deinde eas desiccant et negociatoribus vendunt, qui eas per diversas mundi partes deferunt, faciuntque multos credere quod sint homines ita parvi. In hoc regno multi inveniuntur austures nigri ut corvi, qui aves optime capiunt. Sequitur de regno Samara capitulum sedecimum

Post regnum Basman invenitur regnum Samara in eadem insula, in quo regno ego Marcus quinque mensibus fui cum sociis meis moratus, quia tempus navigacionis optimum interim habere non potuimus. Descendimus enim in terram et ibi castra lignea contra pugnaturos fecimus, in quibus pro maiori parte temporis morabamur, bestialem illum populum metuentes, qui libentissime comedunt carnes humanas. In hoc regno non apparet polus articus, qui vulgariter stella dicitur tramontana, nec eciam ibi apparent stelle vise maioris, quas vulgus nominat currum magnum. Habitatores regni huius ydolatre sunt, et sunt valde in suis moribus bestiales et valde silvestres. Pisces optimos habent ibi in copia maxima. Triticum ibi non crescit, sed de riso panes conficiunt. Vineas non habent, sed vinum hoc modo faciunt. Sunt ibi arbores multe parve que assimilantur palmis, quarum singule ramos quatuor habent ut plurimum. Certo anni tempore ramos incidunt et ad singulos ramos ligant utres vitreos singulos, in quibus fluente arboris humorem colligunt, sicut colligitur aqua vite. In tanta enim copia liquor ille habundat quod inter diem et noctem replentur utres qui ad ramum alligatus, postea rursus evacuatos utreos reponunt ad ramos, et sic diebus pluribus hec vindemia durat. Deinde ad pedem arboris aquam effundunt quando ea arbor guttas emittere desinit. Et post modicam horam rursum humor fluere incipit, sed non est tanti valoris ut prior. Hoc liquore pro vino utuntur, de quo copiam habent magnam, et est valde grati saporis, colorem habet album vel rubeum ad similitudinem vini. In hac regione sunt nuces indie in copia maxima

que magne et optime sunt / ha-
bitatores huius patrie omnibus in-
digent. carnibus utuntur in cibum

De regno dragoiam capitulum xviij

Regnum vero dragoiam ubi
colunt ydola, regem proprium
et linguam propriam habent.
Ubi homines sunt valde silvestres.
Est ibi consuetudo talis / quando quis
eorum infirmatur consanguinei eius
magos et incantatores ad illum
adducunt interrogantes an ille va-
leat liberari. Illi autem magi secundum
responsa demonum sibi facta de illius
convalescentia vel morte respon-
dent / si dicunt infirmum liberari
non posse vocantur homines qui sciunt
facillime et leviter infirmos oc-
cidere / et os infirmi concludunt / ita
quod facilius anhelitum perdit / quo
mortuo / carnes eius incidunt
et coquunt et congregati in unum
omnes consanguinei eius / carnes
illas cum medullis omnibus come-
dunt / dicunt enim / quod si carnes il-
lius putrescerent et converterentur
in vermes / illi fame per eum modum
morerentur / anima defuncti illius ex-
hoc penas gravissimas pateretur
ossa autem in cavernis montium re-
ponunt / ne possint ab homine vel
a bestia tangi. Quando homines
regionis illius aliquem capiunt
de partibus alienis si se non potest
pecunia redimere ipsum occidunt
et comedunt etc. Sed

De regno lambri capitulum decimumnonum

Aliud regnum insule prefate
dicitur lambri ubi crescunt
brazili in copia maxima
quorum postquam creverint transplantant

et illius animis in terra dimittunt. post-
ea eos cum radicibus evellunt. De
illis braziis ego Marcus mecum vene-
cias detuli et seminari feci. Sed quia re-
quirunt calidissimam regionem non potuerunt
nasci. Regni illius incole ydolatre sunt.
In hac regione quoddam est valde stu-
pendum. Sunt ibi homines multi qui
caudas habent ut canes longitudi-
nis palme unius. Hii homines non sunt
in civitatibus / sed in montibus habitant.
Ibi etiam sunt unicornes multi et alia
animalia multa valde.

Item de regno ffansur capitulum decimumnonum

Sextum vero illius insule re-
gnum ffansur dicitur. Ubi na-
scitur camphora melior quam
alibi valeat reperiri / que equali pon-
dere pro auro commutatur. Panem de riso
faciunt et tritico carent. Lacte habun-
dat quo vescuntur ut plurimum. Vinum
de arboribus habent de quibus supra
dictum est in regno Samara. In hac
regione sunt arbores multe grossitu-
dinis magne / que habent subtilis-
simam corticem. Sub cortice vero farina
que est optima valde de qua delica-
ta cibaria parantur / de quibus comedi
pluries ego Marcus. In aliis duobus
regnis insule huius non fui / ideo
de eis nichil aliud recitabo.

De insula Necuram capitulum vicesimum

Post recessum autem Jana in-
sula ex parte regni lambri
proceditur per mare ad centum
quinquaginta miliaria et inveni-
untur insule due scilicet Necuram
et Angaman. Prima insula Ne-
curam non habet regem sed bestialiter
vivunt valde. Huius insule habitato-
res mares et femine nudi vadunt
et in nulla parte corporis teguntur
et ydolatre sunt. Nemora ibi sunt

arborum sandalorum rubeorum
nucum et cariofolorum / habent etiam
copiam bracorum et diversorum
aromatum. De insula Anga-
man capitulum vicesimum primum

Alia insula que dicitur Anga-
man magna est, cuius habitatores ydo-
la venerantur, et bestialiter valde
vivunt / homines enim silvestres atque cru-
delissimi sunt, riso lacte et carnibus
vescuntur / nullam carnem abhominantur
in cibum / humanas etiam carnes come-
dunt / homines ibi difformes sunt valde
nam capita quasi canina habent
dentes et oculos canibus similes / omnium
aromatum copia ibi est. Sunt etiam
fructus ibi varii et diversi nostris
fructibus valde dissimiles. De
insula magna Seylam capitulum xxii

Post recessum ab insula
Angaman per miliaria mil-
le versus Garbinum invenitur
insula Seylam, que una est
de maioribus insulis Indie / habens
in giro miliaria duo milia quadringenta.
Fuit tamen aliquando maior / nam sicut
in illis partibus est fama communis / gi-
rum eius comprehendit aliquando tria
milia sexcenta / sed ventus vehemens
veniens a regione tramontana sic for-
titer in annis multis in insulam irruit
impetu maximo ut multis ex ma-
ritimis montibus in mare cadentibus
multe ex insule territorio perderentur
et occuparent maria loca terre. In-
sula hec habet regem ditissimum
qui nulli tributarius est / homines
insule ydolatre sunt / et omnes
nudi ambulant mares et femine
sed quilibet verenda operit panno uno
nullum bladum habet excepto ri-
so / carnibus et riso et lacte vivunt
cinnamomum habent sesamum co-
piosum de quibus faciunt oleum
arboribus habent meliores mundi que
ibi crescunt / vinum etiam habent de ar-
boribus de quibus dictum est in regno Sa-
mara. In hac insula inveniuntur
lapides preciosi / qui dicuntur rubini
qui in regionibus aliis non habentur
multi etiam zaphiri et thopasii
et amatisti ibi sunt / multique la-
pides preciosi / Rex huius Insule
pulchriorem rubinum habet / qui
umquam visus fuit in hoc mundo / habet
enim unius palmi longitudinem et
grossitiem ad mensuram grossitiei
brachii hominis / est enim splendidus
supra modum / omni macula carens
adeo ut ignis esse ardens videatur.
Magnus Kaam Cublay nuntios
suos direxit ad illum rogans ut
prefatum lapidem illi donaret / et ei do-
naret valorem civitatis unius / cui
respondit quod quia lapis suorum
fuerat antecessorum nulli eum
umquam homini daret / huius insule
homines bellicosi non sunt / sed sunt
viles valde tamen autem bella
cum aliquibus habent de alienis
partibus stipendiarios advocant et
specialiter Saracenos.

De provincia Maabar que est
in India maiori capitulum xxiii

Ultra insulam Seylam ad
miliaria lxta invenitur
provincia Maabar / que maior
India nuncupatur / Non est autem
insula / sed terra firma / In hac pro-
vincia / quinque reges sunt / provin-
cia hec est ditissima nobilissima
super modum / In primo huius provincie
regno nomine Var rex est nomine
Senderba / in quo regno sunt
margarite in multitudine magna
In mari huius provincie est ma-
ris brachium seu sinus inter firmam

tiam et insulā quadā vbi nō ē
aquarū pfunditas vltra decē vl
xij passus alicubi duos / ibi inve
niūtur margarite pdicte / Mercato:
res em̄ diu̇sas societates adinvi
cem faciūt / et hent naues multas
pvas et magnas homines con
ducūt / qui descendūt ad pfun
dum aquarū et capiūt marina
conchilia / in quibꝫ sunt marga
rite / Cu̇ndo aut̄ piscatores hij
sustinė aquā nō possūt ad supi
ora conscendunt rursum qꝫ de
scendunt in mare et sic pagunt
tota die Sunt aut̄ in sinu illo
maris pisces grandes / q̇ occidūt
piscatores descendētes in mare /
Sed p negociatores hoc mō illo
piclo pvidetur Conducūt nego
ciatores magnos quosdā qui
dicuntur Abraiamini / qui cum
incātatōnibꝫ suis et dyabolica
arte cogunt et stupefaciūt pis
ces illos / ut neminem ledė psīt
Et quia quicqd piscacō de die &
nō de nocte fit / illi de die incā=
tatōnes faciūt / quas sero pro
nocte dissolvūt / timet em̄ / ne
quis furtive sine negociatorū
licencia descendat in mare / ut
accipiat margaritas / fures aut̄
metuentes pysces in mare descēdė
nō audent / nec aliquis invenit
qui sciat incātatōnes facė nisi
illi Abraiamini / qui a negocia
toribꝫ sunt conducti / Hec autem
piscacō in mari modo fit p totum
mensem Aprilis / vsqꝫ ad mediū
mēsis Maij Et tunc de marga
ritis illis habetur innūa multitudo
/ quas negociatores postmodum
fundunt p orbem / Negociatores
autem / qui piscacōne hnt

emūt a rege / decima solū ꝓ precio
regi tribuūt de omnibꝫ margaritis / pis
catoribꝫ aut̄ / qui pisces stupefaciūt
dat̄ de omnibꝫ vigesima pars / pisca
toribꝫ eciā optime pvidet̄ A medio mē
maij vlterius margarite nō repiūtur
ibidē / sꝫ in loco illo alio qui ab isto
p ccc^{ta} miliaria distat habent
margarite in mari p totū mense
Septembris vsqꝫ ad mediū mēsis
Octobris / Totꝫ huius provincie pplꝫ
omni tēpe incedit nudꝫ / panno tm̄
vno verenda operiūt / Rex etiam
regni illius nudus vadit ut alij
/ sꝫ ad collum defert torque aurea
zaphiris et Smaragdis / et rubi
nis / alysqꝫ preciosissimis lapidibꝫ
vndiqꝫ coopta / que torques ē
precij maximi vltra modū Sili
ter ad collum eius corda de serico
pendet / in qua sunt c̄ quatuor
lapides preciosi margarite grossis
sime / aut rubei / Oportet em̄ eū
singlis diebus c̄ quatuor oraões
dicė de mane ad deorum suorū
reuerēciā / et de serico similiter
totidē / Defert aut̄ rex tria au
rifrixia ad singla brachia / et
ad crura que omnia sunt precios
lapidibꝫ coopta ad digittos eciā
pedū et manuū / defert lapi
des preciosos / valent aut̄ vnam
optima ciuitatē preciosi lapides
quos rex ille sup se continue
defert / de margaritis em̄ q̄ ibi
capiūtur rex p se meliores et gros
siores accipit / Insup rex prefatus
quingentas vxores habet Et
vni ex fratribꝫ suis vxorem abs
tulit / sꝫ ille iram illius metu
ens dissimulauit iniuriam

De regno Var et erroribus et ydolatria incolarum eius capitulum vicesimum quartum

Habitatores regni Var omnes ydolatre sunt multi quoque ex eis bovem adorant dicentes bovem rem esse sanctissimam neque autem boves occidunt neque carnes eius pro reverentia comedunt Cum autem moriuntur boves adipem eorum accipiunt et domos suas perungunt Inter hos autem ydolatras quidam sunt alterius secte qui dicuntur Gavi qui boves quidem non occidunt sed si propria morte cedunt aut ab aliis occiduntur bene comeduntur carnes eius Fertur in regione illa quod hii sunt de progenie horum qui occiderunt beatum Thomam Nullus autem ex eis ingredi ecclesiam potest ubi est corpus eius decem homines unum ex illis intromittere non possunt in illam ecclesiam In hac provincia magi multi sunt auguriis incantacionibus et divinacionibus intentos In hac regione sunt multa monasteria ydolorum ubi multa sunt ydola Multi autem ydolis illis ad quorum ampliorem reverentiam habent filias suas offerunt puelle tamen habitant in domibus patrum Cum autem monachi ydolorum volunt festa solempnia facere convocant puellas ydolis oblatas que vemetes coreas ante ydola faciunt et cantus magnos Sepe autem prefate puelle cibaria secum ferunt et mensam ante ydolum parant et tamdiu sic ante eum dimittunt donec magnus princeps possit prandere Interim autem ydolum cantat atque tripudiat et credunt ut tunc deus ille ius carnium comedat Postea hoc comedunt ad mensam prefatum cum reverentia magna his omnibus terminatis ad proprias domos redeunt Hunc ritum servant puelle dedicate ydolis donec fuerint maritate In hac regione quando rex moritur cadaver eius comburi debet ex more milites qui ei continue assistebant et cum eo equitabant super se vivos in ignem proiciunt ardentem quia cum corpore regis putantes se ex hoc in vita alia eius socios esse et numquam se posse separari a societate eius Quando et viri alii moriuntur ibidem multe ex eorum uxoribus cum eis sponte in ignem proiciunt ut cum illis ardeant quando eorum cadavera fuerint comburenda ut sint in vita alia eorum uxores que autem hoc faciunt multum a populo commendantur In hac regione consuetudo talis est quando quis exigente iusticia occidi debet per iudicium regis petit pro gratia ut ad honorem alicuius ydoli seipsum possit occidere hac sibi concessa licentia congregantur ad illum omnes consanguinei eius cultellos x vel xii ponunt acutos ipsum quoque sedentem in kathedra per civitatem circumferunt alta voce clamantes iste probus homo pro talis dei reverentia vult occidere semetipsum Cum autem ad locum pervenerint ubi fit iusticia publica ille cultellum manu accipiens alta voce clamat Ego meipsum occido pro illius dei amore quo dicto quemvis se ipsum vulneret et accipiens ferrum aliud secundum voluntatem sibi

infigit, et sic sibi multiplicat
vulnera, ad omne vulnus mutando
cultellum, donec ex vulneribus
moriatur. Consanguinei autem eius
corpus comburunt cum leticia ma-
xima. Homines regionis illius
nullam luxurie speciem putant
esse peccatum. **De diversis con-**
suetudinibus regionis illius xxv

Homines regionis rex et ceteri
homines parvi et magni in
terra sedent, et si ab extraneis
arguuntur, eo quod non honorabilius
sedent, ita respondent: De terra
nati sumus et in terram denuo su-
mus revertendi, et ideo terram volumus
honorare. Nemo enim aspicere de-
bet pro armis parum valent
aut nichil. Quando autem habent ad
bella procedere armis aut vestibus
non utuntur, sed secum solum defe-
runt scuta et lanceas. Nullum
animal occidunt, sed quando volunt
comedere carnes faciunt ut animalia
per homines regionis alterius oc-
cidantur. Viri omnes et femine bis
in die corpora sua lavant, quicumque
autem hoc facere omitteret apud e-
os sicut hereticus reputatur. In
regno iusticia fit magna de
homicidiis et furibus. Vinum
bibere non presumunt, et qui apud
eos vinum bibisse apprehenditur
infamis est, et in causa qualibet
a testimonio repelletur. Similiter
etiam in testes non recipiunt eos
qui mari se in navibus committunt,
qui dicunt eos esse homines de-
speratos. Sequitur capitulum

De aliis condicionibus et no-
vitatibus capitulum xx sextum

In hoc regno non nascuntur equi,
ideoque rex ipse et alii quatuor
reges provincie Maabar annis
singulis multam consumunt de pecunia
in equis. Emunt enim quilibet prefati re-
ges ultra x milia equorum. In re-
gionibus enim Curmos et Chisi et
Durfar et Ser et Edem equi op-
timi sunt et multi, et inde ad re-
gnum Maabar a negociatoribus
deferuntur. Ditantur autem ex hoc mer-
catores qui equum dant ut plurimum
pro precio saggiorum quingentorum argen-
ti, qui ad centum marcas valorem
ascendunt. In ipso autem anno fere
omnes moriuntur; ibi enim diu vivere
nequeunt, et ob hoc annis singulis
renovantur. Illi autem marascalcos
equorum nullos aut paucissimos
habent; et ne de aliis regionibus
vadant illuc per negociatores quan-
tum potest fieri cavetur. Ipsi autem
Indi per seipsos nesciunt equorum
causam habere. Aer ille equis
valde contrarius est. Si equa ma-
gna ibi concipit de dextrario
magno parit mechilonium equum
parvum, et valoris nullius habentem
pedes retortos, ita ut pro equi-
tatura ydoneus esse non possit.
In hac provincia dantur in cibum
carnes cocte cum riso, et etiam
multa cocta cibaria ministrantur
eis. Nullum bladum ibi nascitur
preter risum. Ibi est intentissimus
calor, et ideo nudi vadunt.
Pluviam numquam habent nisi in
iunio iulio et augusto, et nisi
esset pluvia tunc mensium predictorum
que aeris refrigerium tribuit nullus
ibi vivere posset pre caloris

angustia. In hac regione sunt
aves omnes nris avibus dissimiles
pt qualiam, illa enim nris similis
est. Ibi sunt austures nigri ut
corui nris maiores que aves op-
time capiunt. Ibi sunt vespertiliones
grandes ut austures. De ciuitate
ubi corpus beati Thome requie-
scit et de mirabilibus que fiunt
ibidem capitulum vicesimum septimum

In provincia Maabar in maiori
scilicet India est bti Thome corpus
qui in ipsa provincia martirium pro
xpo suscepit. Est autem corpus illud
in terra in civitate parua ad quam
pauci conveniunt mercatores pro eo quod
non est in loco pro negociatoribus
apto. Ibi multi sunt xpiani multi
etiam Saraceni de regionibus illis
frequentant apli limina et valde
ipsum colunt venerantur. Dicunt eum ma-
gnum fuisse prophetam et vocant
ipsum Anarayam id est hominem sanctum.
Cristiani autem qui apli corpus
visitant (ubi) accipiunt de terra
ubi fuit aplus occisus que rubra
est et secum deferunt reverenter.
Sepe autem cum ipsa miracula multa
fiunt. Ipsam enim distemperata in
aqua aut alio liquore quocumque
infirmi bibunt et ex hoc multi a
diversis et magnis infirmitatibus
liberantur. Anno domini millesimo
CC lxxxviii princeps magnus
quidam terre illius collegit messis
tempore de riso copiam magnam
et cum domos ad reponendum
ipsum non haberet ad suum beneplacitum
aptas domos omnes ecclesie bti
Thome apli limina visitabant
Nocte autem ei btus Thomas
aplus in visu apparuit tenens
in manu fuscinulam ferream quam
super guttur dormientis apponens
ait: Nisi domos meas quas in-
iuriose tua temeritas occu-
pavit statim evacues oportet
te morte mala perire. Evigilans
ille statim eas quod ei aplus
in visu iusserat adimplevit. Cri-
stiani autem deo et aplo beato
gratias egerunt de visione apostolica
confortati. Ille autem publice om-
nibus retulit visionem. Multa
alia miracula fiunt ibi creberri-
me ad invocationem bti apli
et honorem fidei cristiane.

De ydolatria paganorum regni
illius capitulum xx octavum

In provincia Maabar omnes
habitatores loci viri et mulieres
nigri sunt, non tamen nigri
nascuntur, sed arte superaddunt
sibi nigredinem magnam propter
decorem. Ungunt enim omnes
parvulos ter in ebdomada oleo
de zosima et ex hoc efficiuntur
nigerrimi valde. Eum autem
pulcriorem reputant qui nigrior
fuerit. Ydolatre qui inter eos sunt
deorum suorum ymagines nigerri-
mas faciunt, dicentes deos ni-
gros esse et omnes sanctos. Dya-
bolum autem pingunt album, dicentes
omnes demones albos esse. Illi
autem hii qui boves adorant ad
bella procedunt secum deferunt
de pilo bovis silvestris. Milli-
tes pilos bovis ligant ad cri-
nes equorum et pedites ad pilos
proprios vel ad scuta. Credunt
enim bovem silvestrem tante

scitatis esse, quod quicumque super se de pilis eius habuerit, in omni periculo tutus erit. Ob hanc causam pili silvestrium boum magni fiunt precii apud illos.

De regno Mutfili et qualiter adamantes inveniuntur ibi capitulum xx nonum

Ultra regnum Maabar eundo per ventum qui dicitur tramontana per miliaria mille invenitur regnum Mutfili quod nemini tributarium est. Habitatores eius lacte carnibus et riso vescuntur et ydolatre sunt. In quibusdam huius regni montibus inveniuntur lapides preciosi, scilicet adamantes. Et deficiente decursu aque inter arenas remanent et multos inveniunt adamantes. Similiter eciam in estate in estu maximo habentur hoc modo. Montes illos magnos ascendunt, non sine maxima pena propter estum maximum qui ibi est et periculosum propter serpentes magnos, quorum ibi est maxima multitudo. Ibi sunt inter montes quedam valles ita undique inaccessibilibus rupibus circumclusae, quod illuc per homines accessus esse non potest. In illis vallibus sunt multi lapides adamantes. In montibus vero illis multe aquile albe sunt, que morantur ibidem et vescuntur serpentibus supradictis. Homines igitur qui volunt adamantes habere de vallibus, multa de rupibus carnium frusta in valles proiciunt, que ut plurimum super adamantes cadunt. Aquile autem videntes in vallibus carnes descendunt ad eas et ibi eas comedunt aut ad rupes deferunt comedendas. Qui autem observant si videt eas cum carnibus ad montes ascendere, currunt illuc si locus adiri potest, et expulsis aquilis carnes accipiunt, in quibus sepe inveniunt adamantes qui carnibus adheserunt. Si vero aquile carnes in valle comedunt, vadunt homines postmodum ad loca ubi aquile noctibus dormiunt, et quia comedendo carnes deglutire solent adamantes carnibus adherentes, inveniunt eos in stercoribus aquilarum. Hoc modo habent adamantes in montibus illis in copia maxima, alibi autem in universo mundo inveniri non possunt. Reges et barones regionis illius adamantes pulcriores emunt et meliores tenent pro se, ceteri vero per orbem a negociatoribus diffunduntur. In hac regione bucherami subtiliores et pulcriores quam in mundo fiant. In provincia hac sunt maiores arietes quam in mundo sint. Victualium omnium copia maxima ibi est.

De regno Lae capitulum tricesimum

Rursum dum descenditur a provincia Maabar a loco ubi est corpus beati Thome apostoli et itur per ventum occidentalem invenitur provincia que dicitur Lae, ubi habitant Abraiamini qui supra modum mendacium horrent, pro nulla enim re mendacium loquerentur. Sunt et casti valde. Nam unusquisque eorum propria uxore contentatur. Aliena rapere vel furari omnino cavent. Sanguine et carnibus non utuntur, nullum enim animal occidunt. Ydolatre sunt et auguria sectantur. Cum volunt rem aliquam emere, primo umbram propriam in sole considerant et secundum sui erroris regulas in illa

Decimus

negatione procedunt / In cibo parci
sunt valde magnas abstinentias
faciunt / sani sunt super modum. Sepe
enim utuntur herba quadam in cibum
que miro modo ad digestionem con-
fert / inopia per flebotomia sanguinem
minuunt. Sunt inter eos religiosi
quidam ydolatre in regione illa qui
pro reverentia ydolorum vitam asperri-
mam faciunt / nudi totaliter vadunt
nec se aliqua parte corporis tegunt
dicentes se de nuditate erubescere
quia caruit omni peccato. Bovem ad-
orant / et quilibet ipsorum bovicellum unum
cupreum fronte alligatum defert
et omnes se pungunt / ad reverentiam
magnam unctione quadam facta de
de pulveribus ossium bovis. Scutel-
lis vel incisuris non utuntur dum
comedunt / sed omnes cibos suos super
arentia folia ponunt / que sunt de
pomis que de paradiso dicuntur / aut
super alia folia magna sicca / super
folia viridia non manducant / nec
etiam virides fructus / aut herbas vi-
rides / vel radices virides come-
dunt / quia dicunt omnia huiusmodi
viridia animata esse / ideo ea occidere
nolunt timentes grande peccatum
committere in occisione ipsarum / nec
etiam eadem causa animal aliquod parvum
vel magnum presumunt occidere / nullo
contra suam legem peccato commit-
tunt / super nudam terram dormiunt
et comburunt corpora mortuorum

De regno Coylum ca. xxx primum

Per plagam aliam dum dis-
ceditur a regno Maabar
versus Garbinum ad miliaria
quingenta / invenitur regnum
Coylum / ubi sunt christiani mul-
ti et iudei atque ydolatre / ibi
est lingua propria et rex Coylum
nulli tributarius. In hoc regno
crescunt brasili grandes et limoni
valde boni / piper ibi est in copia ma-
xima / nam nemora et campestria
plena sunt piperis arbuscula tamen
ex quo piper nascitur domesticatur.
Colligitur autem piper in medio iu-
nii et iulii / ibi est etiam endici op-
timi / quo tinctores utuntur copia ma-
xima / fit enim de herba / herbam illam
colligunt in vasis magnis cum aqua
ponunt et sic tam diu dimittunt
donec herba optime maceretur / post hoc
ipsam ponunt ad solem / qui in regione
illa fervidissime calefacit / et propter
calorem maximum bullit tota / et copia
et coagulatur in unum / postmodum
materiam illam sic mixtam dividunt
sicut defertur ad nos. In regione
illa penosum est vivere propter calorem
nimium qui ibi est. Si enim ibi ovum
in flumine ponatur / in hora modica
coquitur optime. Ad hanc regionem
propter mercationes multi negociatores
confluunt / de diversis nationibus
propter lucrum maximum / quod est ibi.
In hac provincia animalia sunt multa
cunctis aliarum regionum animantibus
dissimilia / ibi enim nigri sunt
leones totaliter absque omni alio
colore / ibi sunt papagalli / seu
epimachi ut nix / pedes tamen
rubeos habent et rostra / Sunt
et ibi alii papagalli diversarum
manerierum pulchriores illis que
citra mare deferuntur ad nos. Ibi
sunt galline nimis omnino dissi-
miles. Omnia habet regio illa
dissimilia regionibus aliis / avos

bestias aromata et hoc est quia
calida est supra modum bladum nullum
habet excepto riso vinum de zuccaro
faciunt de victualibus ceteris est ibi
copia maxima Astrologi et medici
multi sunt ibi nudi omnes vadunt
mares et femine et omnes nigri sunt
verenda ad pulcro panno cooperiunt
omnes gentes luxuriosi sunt consangui-
neos tercii gradus accipiunt in uxo-
res plures et novercas post mortem
patrum et defunctis fratribus
suis cognatas relictas uxores
accipiunt et hoc per tota India observatur

De provincia Comari capitulum xxxii

Comari regio quedam est
in India unde videri potest
polus articus id est stella que
dicitur tramontana Nam ab Insu-
la Jana usque ad locum istum om-
nino videri non potest Si quis autem
intrat mare iuxta Comari ad tri-
ginta miliaria inde videbit po-
lum prefatum et videtur esse super mare
illud unius cubiti mensura Ista re-
gio est valde silvestris et animalia
multa dissimilia aliis specialiter
simeas Sunt ibi simee multe
habentes effigiem hominum Ibi sunt
catti qui dicuntur pauli valde ab
aliis dissimiles Ibi leones leon-
cie et leopardi in copia magna

De regno Ely capitulum xxx tercium

Post recessum a Comari
versus occidentalem plagam
per miliaria CCC invenitur
Ely quod regem proprium habet
ac proprium ydioma incole re-
gionis simulacra venerantur Rex
ditissimus est magnos thezauros
habens potens autem non est
in multitudine aut fortitudine
gentis Regio adeo fortis adeo quod
ab hostibus invadi non potest In hac re-
gione est piperis zinziberis et aliorum
aromatum copia magna Si quando
navis aliqua inde transitum faciens
pro vitanda tempestate maris vel quam-
cunque alia causa divertit ad aliquem
huius provincie portum casualiter et
non ex intentione proprio declinat ad
illos viri patrie huius quidquid
in navi reperitur accipiunt violenter
et dicunt vos volebatis ad alia pro-
fectum cum mercationibus ire sed deus
noster et fortuna nostra que optima
est invitos direxit ad nos et ideo
vobis accipimus quod deus noster et for-
tuna nostra miserunt nobis hoc malum
in tota provincia fit In hac regio-
ne multi leones sunt et alie plu-
rime aggrestes fere

De regno Melibar capitulum tricesimum quartum

Post hec pervenitur ad regnum
Melibar quod in India ma-
iori est ad occidentalem plagam
et habet regem proprium et pro-
prium ydioma nulli quam alteri tributa-
rium est populus regni adorat si-
mulacra In hoc regno videtur
polus articus scilicet tramontana supra
mare esse per brachia duo In hoc
regno et in regno Gozurach quod
est iuxta eum sunt pirate multe
valde Singulis annis aut de duobus
regnis prefatis egrediuntur in mare
naves piratarum ultra C et naves
omnes mercatorum transeuncium capiunt
et predantur ducunt secum in mare u-
xores et filios magnos et parvos
et tota estate in mari sunt faciunt
autem in mari marinas scalas ut
naves transeuncium manus eorum

possint evadere. Stant vero in mari hoc modo: fiunt per transversum maris regionis illius naves, una piratarum elongatur ab alia per miliaria quinque, ita quod xx^ti naves C miliaria de maris spacio capiunt. Cum autem pirate unius navis viderint navem aliquam transire, ad igne fumo vel signo alio suis collateralibus annunciant, et illi similiter reliquis collateralibus faciunt, et sic continuant quot necessaria sunt, et predantur cuncta que reperiuntur in navibus, atque in hunc modum nullus eorum manus potest effugere. Homines autem quos capiunt in personis non ledunt, sed naves et cuncta bona eorum accipientes ipsos vacuos in littore ponunt dicentes: Ite et rursum pecuniam ditari forsitan adhuc ad rebus aliis per nos transitum facietis, et que de uno lucrati fueritis deferetis ad nos. In hac regione est mirabilis habundancia piperis zinziberis et cucurbitarum et nucum Indie. Ibi fit pulcerrimus optimus bucharamus. De civitatibus harum regionum non scribo, quia liber noster nimium in longum protenditur.

De regno Gozurath capitulum xxx quintum

Aliud regnum vicinum regno Melibar dicitur Gozurath, ubi est rex proprius et proprium idioma. Est autem regnum hoc ad plagam occidentalem in maiori Yndia. In hoc regno apparet polus articus super modum ad altitudinem sex brachiorum. In hoc regno sunt maiores pirate qui in mundo sunt. Et quando ipsi in mari capiunt mercatores, dant eis bibere tamarindos cum aqua maris, ut per quod mercatores fluxum sanguinis continuum paciuntur. Hoc autem ideo faciunt quia mercatores videntes a longe piratas consueverunt margaritas et preciosos lapides deglutire; per hunc igitur modum pirate omnia habent, et illi nichil abscondere possunt. In hac regione est copia habundans piperis zinziberis. Sunt etiam ibi arbores de quibus bombacium seu bombicinum colligunt in copia magna. Arbor autem que producit bombacium ascendit in altum communiter ad altitudinem sex passuum, et annis xx^ti fructificat; post annos xx^ti ad nichilum valet ultra. Bombacium autem quod in arbore producitur usque ad annos xii valet pro tela que filari potest; ad xii vero annis supra valet pro culcitris et diploidibus et opere simili. In hoc regno copia magna est optimi corii, quod ibi nobilissime conficitur et paratur.

De regnis Chana Cambaeth Semanath et Resmotoram capitulum tricesimum sextum

Postea pervenitur per mare ad regna Chana Cambaeth Semanath et Resmotoram ad occidentalem plagam. In quibus regnis mercaciones maxime sunt. Unumquodque horum quatuor regnorum regem proprium habet et proprium ydioma, et sunt in India maiori. Non sunt ibi alia que in nostro libro iudicaverim describenda. De maiori etiam India non scripsi nisi de provinciis et regnis que in mari adiacent vel de insulis quibusdam que in mari sunt, quia civitates describere que in India sunt infra terram laboriosum esset valde, et libro nostro nimia prolixitas adderetur.

De duabus insulis in quarum una habitant viri sine mulieribus et in alia femine sine viris capitulum tricesimum septimum

Ultra regnum Resmocoram ad quingenta miliaria in alto mari versus meridiem sunt due insule ad triginta miliaria sibi vicine. In una morantur viri sine mulieribus et vocatur lingua eorum insula masculina, in alia vero sunt femine sine viris et vocatur insula feminina. Hii qui duas has insulas habitant unum ad invicem sunt et sunt christiani. Mulieres numquam vadunt ad insulam virorum, viri autem vadunt ad insulam feminarum. Et cum eis tribus continuis mensibus immorantur. Habitat autem quilibet in domo sua cum uxore sua, post modum ad masculinam revertuntur, ubi alio anni tempore manet continue. Mulieres filios masculos secum tenent usque ad xiiii annos, postea mittunt ad patres. Mulieres filias mittunt ut quorundam fructuum sue insule curam habent. Viri autem de victu sibi et filiis ac uxoribus provident, et piscatores optimi sunt et pisces infinitos capiunt, quos recedentibus siccos negotiatoribus vendunt et lucra magna de hiis piscibus faciunt et pro se copiam magnam habent. Lacte, carnibus, piscibus et riso vescuntur. In hoc mari est ambri copia magna, quia ibi multa et grandia capiuntur. Viri insule regionis illius regem non habent, sed episcopum suo pro domino recognoscunt. Sunt etiam subiecti Archiepiscopo de Scaira et habent proprium ydioma

De insula Scaira capitulum xxxviii

Insula vero Scaira invenitur ad meridiem post miliaria quingenta post recessum a duabus insulis supradictis. Habitatores insule huius christiani sunt, et Archiepiscopum habent. In hac insula est copia magna ambri, et fiunt ibi de bombicio pulcerrimi panni. Mercationes multe ibi sunt, specialiter piscium. Carnibus, piscibus, lacte et riso vescuntur habitatores insule. Bladum non habent aliud preter risum. Omnes autem nudi vadunt. Ad hanc insulam multi pirate deferunt ea que predantur in mari et ibi omnia vendunt. Isti autem ea libenter emunt, quia sunt ydolatris et Saracenis oblata et non christianis. In hac insula multi incantatores sunt inter christianos illos. Si navis aliqua ab insula Scaira discederet quam incantatores revocare vellent, quantumcumque navis pleno velo cum prospero vento curreret, faciunt arte dyabolica cum incantationibus suis oppositum navi ventum insurgere, ita quod oportet eam redire retrorsum.

De insula maxima Madeigascar capitulum tricesimum nonum

Cum autem disceditur ab insula Scaira versus meridiem post miliaria mille, invenitur insula Madeigascar, que una est de maioribus et ditioribus insulis que in mundo sunt. Continet autem ambitus eius in giro miliaria quatuor milia. Habitatores insule Saraceni sunt, tenentes legem abhominabilis Machometi. Regem non habent sed quatuor Seniores, quibus totum regimen insule est commissum. Ipsi

hac insula plures elephantes sunt quam in regione alia reperiantur in orbe terrarum in universo et modo non est tanta negociacio dencium elephancium sicut et insula que dicitur Canzibar. In hac insula non comeduntur carnes alie nisi camelorum quia inveniunt eas sibi esse ceteris carnibus saniores. Est autem ibi camelorum tanta immensa multitudo quod videtur incredibile propter stupore multitudinis inaudite nisi proprio cernatur intuitu. In hac insula sunt multa nemora zandalorum rubeorum et de quibus ibi sunt arbores magne et ex quibus negociaciones fiunt. Ibi est ambre copia magna quia in mari illo capadogle et cete grandia capiuntur sepe ex quibus ambra colligitur. Ibi sunt leopardi et leoncie in copia maxima et leones magni valde. Sunt ibi cervi damule et capree in multitudine magna et venaciones maxime bestiarum et volucrum. Aves autem regionis illius nostris avibus dissimiles sunt valde. Sunt etiam ibi aves multarum specierum quas omnino in nostris regionibus non habemus. Ad hanc insulam propter mercaciones innumeras conveniunt naves multe. Ad alias vero insulas ultra istam ad meridiem parvus concursus navium est nisi ad insulam Canzibar propter fluxum velocissimum aque maris. Naves enim velociter currunt illuc sed cum difficultate nimia revertuntur. Eadem enim navis que de regno Maabar ad insulam hanc Madeigascar venit in xx^ti diebus, vix de Madeigascar post in tribus mensibus redire Maabar eo quod illius maris fluxus vehemens semper ad meridiem currit et numquam ad partem aliam revertitur retorsum fluxus ille.

De avibus maximis que dicuntur ruch ca. quadragesimum

In insulis autem illis ad quas naves ut dixi invitissime vadunt propter maris velocissimum cursum et fluxum apparet certo anni tempore una mirabilis species avium que dicitur ruch. Assimilantur enim aquilis in effigie corporis sed mire magnitudinis sunt. Asserunt enim qui viderunt eas quod penne ale unius xij passuum longitudinem habent. Grossicies autem pennarum et corporis animalis secundum proporcionem debitam tante pennarum longitudini correspondent. Est avis illa tante fortitudinis et virtutis quod una ex simplicibus avibus absque alterius avis auxilio elephantem capit et in altum aerem elevat et ibi dimittit ut cadat et confringatur postmodum super eius cadaver descendit et devorat carnes eius. Ego Marcus cum audivi hoc primo narrari putavi ut avis illa esset griffo de quibus fertur quod partim avium et partim similitudine bestiarum habeant. Sed hii qui aves illas viderunt constantissime asserebant quod non habent in parte aliqua similitudinem bestie sed duos solummodo pedes habent ut aves. Magnus Kaam Cublay ad insulas illas nuncios suos misit ut quedam eius nuncium qui ibi captivus fuerat faceret relaxari. Insuper et illis imposuit ut referre scirent in suo reditu de condicionibus et mirabilibus illius regionis. Qui redeuntes captivum quem quesierant reduxerunt

et mercatores ceteri que de illis insulis
referebant dixerunt ibi apros esse
magnos ut bubalus et quod ibi erant
giraffe et onagri in copia maxima
et alia animalia multa quorum species
in nostris regionibus non habemus

De insula Çanzibar xl primum

Invenitur autem postmodum insula Çan-
zibar que in giro capit miliaria
duo milia ibi est rex proprius et
singularis lingua insule habitatores
ydolatre sunt Sunt etiam corpore
grossi sed altitudo corporis grossiciei
predicte porcione congrua non respondet
Nam si protenderetur in altum iuxta
quod grossitudo requirit absque du-
bio viderentur fore gigantes Fortes
tamen sunt valde Nam unus illorum
tantum oneris defert quantum susti-
nere possunt quatuor viri de alia
regione unus etiam ex illis pro quinque
ex ceteris cibum sumit Omnes
nigri sunt et nudi incedunt ve-
recunda operiunt capillorum tam den-
sam crispitudinem ut cum aqua vix
potest extendi Os habent magnum
valde et nares versus frontem superius
revolutas dentes grandes oculos
habent horribiles Mulieres vero
illorum plurimum difformes sunt valde
os magnum habentes nares gros-
sas et oculos prominentes manus
vero grossiores habent in qua-
druplo quam habeant aliarum
gentium mulieres populus hic carni-
bus lacte riso et datilis vescitur
vineis carent sed potum pro po-
tu quem optimum faciunt de riso de
zuccaro et delicatis aliis speciebus
mercationes ibi sunt maxime et
specialiter de ambra et dentibus
elephantum ibi enim elephantes
multi sunt et cete grandia in mari
illius insule capiuntur Viri huius insule
feroces valde et bellicosi sunt et mor-
tem modicum timere videntur equos
non habent sed cum elephantibus
et camelis ad bella procedunt
faciunt autem super elephantes lignea
castra tante magnitudinis ut
super unum ex castris stant viri mu-
niti ad plura xvi vel xx cum
lanceis et gladiis et lapidibus pug-
nant qui in huiusmodi castris sunt Ca-
stra autem illa sunt asseribus cooperta
Cum igitur debent ad bella procedere
primo elephantes potant illa optima
potatione quam pro se populus terre
bibit ut audaciores fiant ex huiusmodi
potu In hac insula sunt leones
multi qui leonibus aliarum regionum
sunt valde dissimiles Sunt ibi
leopardi leoneque in multitudine
magna Similiter etiam bestie omnes
insule huius dissimiles bestiis que
habentur in regionibus aliis ibi sunt
verveces capita nigra habentes
et tales sunt omnes qui habentur
in insula ibi sunt giraffe multe
colla longa habentes pedibus tibiis
anteriora vero crura longa habent
posteriora autem crura sunt brevia
capita autem habent parva color eorum
est varius albus et rubeus per
trossas et rotulas per totum cor-
pus distinctus undique et diffu-
sus animalia quedam mansueta
sunt giraffe predicte et ne-
minem ledunt

De multitudine insularum Indie tamen xli

Ksiet multa de India scrip-
serim, non tamen scripsi de prin-
cipalioribus insulis illas autem
quas obmisi describere descriptis insu-
lis sunt subiecte Est autem tanta
multitudo insularum Indie quod per viuente
homines non possint recitari Sicut
enim asserunt marinarii et pedote
magni regionum illarum Et sicut habetur
ex scriptura et nota compassuum ma-
ris Inditi In ipso mari Indie sunt
insule numero xii milia septingente
omnes insulas ut aiunt habita-
tas et non habitatas vniuersaliter
computando

De prouincia Abascie capitulum xl tercium

Descriptis igitur summarie
de principalioribus insulis
et regionibus maioribus In-
die, que extenditur a prouincia Ma-
abar usque ad regnum Kesmacora-
n et minoris Indie, cuius termini
sunt a regno Chamba usque ad
regnum Muttifili Nunc de regi-
onibus principalioribus mediane seu
medie Indie breuiter disseramus
que specialiter dicitur nomine Abas-
cia, Abascia est prouincia maxima
que in septem regna diuiditur
vbi sunt reges septem, quorum
vnus qui ceteris preeminet est cri-
stianus Alii vero sex in duas diui-
si sunt partes, Tres quidem ex ipsis
xpiani sunt, Tres vero alii Sar-
raceni Cristiani huius patrie signum
aureum habent in fronte in modum
crucis quod eis cum baptisantur impri-
mitur, Saraceni vero huius prouincie
signum in fronte habent, usque ad
nasi medium Sunt in ipsa prouin-
cia iudei multi qui cum ignito
ferro signati et cauteriati sunt
in vtraque maxilla Rex autem ma-
ior in vtraque prouincia habitat Sa-
raceni vero in extremis regni prouin-
cie habitant versus prouinciam Deaden
In prouincia deaden predicauit beatus
Thomas apostolus vbi multos populos
conuertit ad xpm, post modum trans-
tulit se in regnum Maabar, vbi
post multorum conuersionem fuit mar-
tirio coronatus, vbi et corpus e-
ius sanctissimum requiescit, sicut supra
dictum est, In prouincia homines mili-
tes sunt et probi et in armis
sunt strenui valde, quasi autem
bella continue habent cum Solda-
no deaden et cum Nubianis, a-
liis quoque multis infinitis terminis
constitutis

De quodam Epo xpiano quem Soldanus de Aden circumcidi fecit in iniuriam fidei xpiane et de vindicta magna pro hoc scelere facta capitulum xliiii

Anno domini millesimo
CC lxxxviii Rex prin-
cipalior huius prouincie Ab-
ascie voluit in Iherusalem sepulcrum
domini visitare Cumque propositum suum
deuotionis suis Baronibus decla-
rasset, dissuasum illi extitit ab
omnibus ne personaliter illuc iret
Metuebant enim, ne forte sinistrum
ei aliquod in via accideret quia
erat per terras Sarracenorum infi-
delium transitus Consuluerunt igitur
ut Epm quendam sanctum regionis
illius ad sepulcrum domini vene-
rabile destinaret, per quem illuc
sue deuotionis dona transmitteret
Cui eorum consilio acquiescens
cum oblatione solempni prefatum

illuc duxerit episcopum. Cum autem
rediens per terram transiret regis, cuius
incole qui Saraceni sunt, christianis
summo christianos exosos. Rex Aden
prefatum cepit episcopum, audiens eum
christianum esse et nuncium regis provin-
cie Abasie. Cumque episcopus regis
conspectui fuisset presentatus, commina-
tus episcopo fuit rex durissime valde
nisi abnegato Christi nomine legem
assumeret Machometi. Episcopus vero
constanti animo in fide domini perseveraret
ne clara voce se obtulit morituri
antequam a Christi fide et veritate dis-
cederet. Tunc Soldanus de Aden
episcopum circumcidi mandavit in despec-
tum fidei christiane et prefati regis Aba-
sie qui christianus erat. Dimissus
igitur episcopus circumcisus pervenit ad re-
gem Abasie. Tunc cum audisset
ea que circa ipsum erant gesta nimia
indignacione commotus et magno
exercitu congregato peditum et equitum
et elephantum cum castris contra
terram regis Aden commovit exercitum.
Soldanus vero Aden reges duos
secum habens occurrit illi cum ex-
ercitu magno. Commiserunt autem
ad invicem prelium magnum et occi-
sis multis de exercitu regis Sa-
den, rex Abasie victor extitit
et cursum ad regem Aden inte-
riorem processit. Saraceni autem in
quibus locis illi volentes obsistere
ne transirent debellati semper
fugierunt ab exercitu regis Aba-
sie. Memoratus vero rex Abasie in
terris regis Aden post victoriam me-
se uno devastans totam regi-
ones. Post hec cum honore magno
ad propria rediit in maniitate

scelleris regis Aden optime vin-
dicata. Sequitur. De diversitate be-
stiarum provincie Abasie xl.

Abasie provincie camelis latte
et riso vescitur et utitur oleo
de zesima. Multe civitates ibi
sunt et opida multa ubi fiunt ne-
gociationes maxime. Buchirami
optimi et bambicini panni in
copia maxima. Ibi elephantes in
copia multi sunt, licet non nascuntur
ibidem, sed illuc de aliis Indie insulis
deferuntur. Ibi nascuntur Giraffe multe,
leones, leopardi, leoncie, et alia a-
lia multa valde dissimilia nostris.
Ibi sunt onagri multi valde et aves
diversarum specierum, quas in nostris
regionibus non habemus. Ibi sunt gal-
line pulcerrime. Ibi sunt Strucones
ut asini. Ibi sunt venaciones magne
bestiarum et volucrum. Papagalli
sive epimachi multi et pulcri sunt
ibi et diversarum specierum maneriei.
Simee et Catti pauli et Catti ma-
rimones qui humanas omnino effi-
gies in facie habere videntur.

De provincia Aden capitulum xl vi

Aden provincia regem habet
quem Soldanum vocant. In-
cole provincie huius omnes Sa-
raceni sunt, christianos super modum
habent exosos. Ibi sunt civitates
multe et castra. Ibi est portus
optimus ad quem multe naves de In-
dia confluunt aromata deferentes.
Negociatores autem qui ibi emunt a-
romata ut in Alexandriam ea de-
ferant de navibus portus illius ea
in naves parvas transferunt et per die-
tas septem super flumine deducunt.
Post modum super camelos ponunt per
dietas xxx^ta super camelos ducunt

donec ad flumen Allexandrie veniant
vbi ea rursum in naues alias trans-
ferentes vsque in Alexandriam deferunt
Hec via facilior est et breuior qua ne-
gociatores facere possunt qui mercationes
et aromata de India ad Allexan-
driam deferunt per eandem vero viam
multi equi a mercatoribus ducuntur in
Indiam Rex autem Aden introitus
tam magnos percipit de mercationibus
que per suum territorium deducuntur quod ob
prouentus immensos ipse vnus est de ditio-
ribus regibus qui in mundo sunt Cum
Soldanus Babilonie obsedit ciui-
tatem Accon et obsedit eam et
expugnauit Anno domini M°
CC° Soldanus de Aden misit
in auxilium eius equitum xxx ta
milia et xl milia camelorum
hoc autem non ideo fecit quod Soldanum
Babilonie ipse diligeret intime sed
solum quia amarissimo odio ode-
rat xpianos vltra portum regni
Aden ad miliaria xl ta est ciuitas
vna nomine Escier in eadem prouin-
cia que est sita ad septentrionalem
plagam regni multas sub se ciui-
tates habens et castra multa et
est subiecta dominio regis Aden
Juxta hanc ciuitatem est portus op-
timus Etiam huius patrie incole
Sarraceni sunt De hoc portu tam
innumera multitudo equorum a negociato-
ribus deferuntur in Indiam ut de multi-
tudine ipsa vix narratibus credi
possit In prouincia illa est copia
magna thuris albi et optimi quod
de paruis arboribus que similes sunt
abietibus guttatim fluit Incole enim
regionis arbores incisionibus per-
forant et incidunt cortices arborum
de incisionibus illis profluunt extra
corticem gutte thuris Similiter etiam
absque eo quod incisiones fiant multum
de huiusmodi liquore fluit ex eis propter
calorem maximum regionis illius et
post modum indurescit Sunt etiam
etiam ibi palme multe que datilos op-
timos copiose producunt Nullum bla-
dum ibi nascitur preter risum et de
illo modicum crescit Oportet autem
illuc blada de regionibus aliis
ut deferantur Pisces habentur ibi
copia maxima super modum et spe-
cialiter tonni magni et optimi quos
tonnas vulgariter nominant Vineis ca-
rent sed vinum optimum de datilis risi
et zuccaro faciunt In hac regione
sunt veruetes statura parui qui
neque aures habent omnio neque fo-
ramina aliqua loco aurium sed vbi
alia cetera animalia aures habent ibi ha-
bent duo cornicula parua animalia
regionis illius scilicet equi boues
et cameli ad esum piscium assue-
ta sunt et ille est cibus et cotti-
dianus cibus eorum nam quia terra
propter calorem nimio est arida super modum
ideo herbas non germinat neque bla-
da propter quod pisces animalibus exhibentur
in cibum Tribus autem mensibus
anni scilicet Marcio Aprili et Maio
fit ibi captura piscium mirabilis
ita ut stupor sit maximus tam in-
estimabilem piscium copiam cerne-
re Hii pisces siccantur et seruantur per
totum annum animalibus prebentur Similiter
et animalia prefate regionis illius
pisces recentes sicut homines sic-
cos comedunt quia ad siccos ma-
gis assueta sunt Faciunt autem

regionis incole biscoctos panes
de piscibus supradictis Nam pisces
magnos minutatim concidunt et
minuta illa fragmenta comprehendunt
conglutinant et commiscent simul de
farina sicut fit quando panis blada
pasta conficitur postea hec panes illos
ad solem desiccant et deinde per
totum annum optime conseruantur

De regione quadam ubi ha-
bitant tharthari in aquilonari
plaga capitulum xl septimum

Terminatis hiis que de India
et quibusdam Ethiopie re-
gionibus narrare disposui
Nunc antequam libro meo finem impo-
nam redibo ad regiones quasdam
oppositas que sunt in extremis
partibus aquilonis de quibus suo
loco in superioribus libri partibus nar-
rare obmiseram gratia breuitatis
In regionibus quibusdam in aqui-
lonaribus terminis constitutis ultra
polum articum multi tharthari ha-
bitant regem habentes qui est
de progenie regis maximi thartha-
rorum qui quidem tharthari ritus
et modos seruant antiquorum
predecessorum suorum qui veri et
recti dicti sunt tharthari Omnes
autem ydolatre sunt et deum unum
colunt quem Natigay vocant quem
putant esse et omnium que producuntur
ex ea habere dominium et idcirco
eum nominant deum terre Huic
deo falso simulacra et ymagines
de filtro faciunt prout de aliis thar-
tharis in superioribus dictum est
populus hic neque in castris aut opi-
dis neque in ciuitatibus habitat sed
in montibus et campestribus regionis
illius Sunt hii tharthari in multi-
tudine maxima et nulla penitus
blada habent sed carnibus vescuntur
et lacte Hii in pace maxima vi-
uunt quia rex eorum cui omnes o-
bediunt eos in pace seruat Camelorum
equorum boum ouium et aliorum
animalium diuersorum habent multitudinem
copiosam Ibi sunt ursi albi ma-
gni valde longitudinis ut plurimum
xx palmarum Ibi sunt vulpes
nigre totaliter et magne valde
Ibi sunt onagri in multitudine
magna Ibi sunt etiam animalia par-
ua que dicuntur rondes que pelles
habent delicatissimas super modum
Hee pelles zambelline vocantur
de quibus supra in sexto libro et
vicesimo capitulo mentio facta est
Sunt etiam varii in copia maxima
quorum pelles delicate sunt valde
Ibi etiam sunt animalia magna valde
iuxta genus que dicuntur ratti pha-
raonis de quibus capiunt estatis
tempore in copia tanta ut vix pro
die tempore carnibus aliis utantur
in cibum Ibi etiam est copia maxima
siluestrium animalium quia regio
siluestris est valde

De regione
quadam ad quam propter lutum et
glaciem difficilis est accessus xlviii

In regionibus affinibus terre pre-
fate sub dominio memorati regis
est regio alia montosa in qua
habitant homines qui capiunt a-
nimalia paruula que pelles habent
delicatas valde et sunt rondes
de quibus dictum est supra Armuli-
ni herculini varii vulpes nigre
et alia quamplurima animalia de quibus
omnibus ibi est immensa multitudo

Homines autem qui in montibus habitant supradicti ita ea ingeniose et artificiose capere sciunt ut pauca sint que evadere possint manus eorum. Equi autem boves asini cameli seu quecumque animalia ponderosa ad loca illa accedere nequeunt eo quod regio illa habet in planicie lacunas et fontes et propter frigiditatem nimiam regionis omni tempore est in lacunis glacies ita ut naves inde transire non possint nec est tanta soliditas glaciei ut currus grandes nec animalia gravia sustinere valeat. Tota etiam planicies extra lacunas propter aquas que ex multitudine fontium diffunduntur sic lutosa est ut transitus ibi non pateat curribus et animalibus ponderosis. Protenditur autem regio illa per dietas xiii. Cum igitur tanta ibi sit preciosarum pellium copia pellium de quibus lucra maxima fiunt homines regionis tale invenerunt remedium ut negociatores aliarum parcium ad ipsos possint accessus habere. In capite cuiuslibet diete xiii dietarum quibus dictum est dicta protenditur regio est vicus unus plures continens domus in quibus habitant viri qui deducunt et recipiunt mercatores et in quolibet vico nutriuntur canes magni ut asini circiter xl^ta. Hii autem canes assueti et docti sunt trahere traham que vulgariter in Ytalia dicitur trage seu tragule. Est autem traha seu tragula vehiculum rotis carens quo apud nos montium habitatores utuntur. Ad unam traham sex canes ordine congruo aptantur. Tragule autem supponunt pelles ursorum super quas homines duo

sedent negociator scilicet qui pro pellibus vadit et auriga qui canes regit et dirigit et viam optime novit. Quia igitur vehiculum illud est de ligno levissimo et subtus planum est et pollitum et canes fortes sunt ad huiusmodi officium assueti nec magna onera vehiculo imponuntur canes illi per lutum eum satis faciliter trahunt nec multum in luto infigitur tragula in huiusmodi tractu. Cum autem pervenerint ad vicum alium qui est in fine diete tunc negociator accipit ductorem alium pro secunda dieta quia canes illum laborem per dietas plures sustinere non possunt. Auriga igitur primus cum suis canibus ad propria ingreditur mansionem. Et negociator ille in qualibet dieta mutat canes vehiculum et ductorem. Sic igitur ad montes accedens pelles emit supradicto modo per planiciem ad propria remeat. De huiusmodi pellibus in regionibus illis fiunt lucra maxima. De provincia tenebrarum capitulum xl ix

In infinitis partibus regni Thartharorum immediate superius memorate regio alia est in extremis habitacionibus septentrionalis plage que obscura terra nuncupatur pro eo quod sole ibi non apparente magna parte temporis ibi tenebrosus est aer in crepusculi modum. Sunt autem regionis illius homines pulcri magni et corpulenti sed pallidi sunt valde. Regem non habent neque principem cuius sint dicioni

subiecti. Et multorum more homines
sunt bestiales qui viuentes. Tharthari
vero qui huiusmodi homines sunt affines
sepe regionem illam obscuram inuadunt
ipsorum animalia et bona diripiunt
multaque illis inferunt dampna. Quia
vero propter aeris caliginem ad propria
per modum redire nesciunt equas
pullos facientes in introitu regionis
a custodibus detineri Cumque capta
in tenebris preda ad regionem suam
voluerint regredi equabus suis fre-
na laxantes ipsas libere quo volunt
ire permittunt Eque autem inhiantes
ad filias locum vbi eas dimise-
rant repetunt sessores
suos quo redire non nouerant redu-
centes huius regionis incole ca-
piunt in copia magna Ermellinos
varios herculinos vulpes et alia
huiusmodi animalia habencia pelles
ad suas terras finitimas vbi de
eis faciunt lucra magna valde

De prouincia Ruthenorum

Ruthenorum prouincia maxi-
ma ad polum articum sita
est huius terre populi christiani
sunt et seruant in ecclesiasticis
officiis ritum grecorum. albi sunt
omnes et pulcri valde viri et
mulieres flauos capillos habentes
Tributarii sunt regis Thartha-
rorum cuius ad orientalem plagam
affines de pellibus Armellinorum
herculinorum zambellinorum
variorum et vulpium copia ma-
xima ibi est multe etiam ibi sunt
argenti minere. Est autem regio
frigida super modum et vsque ad
oceanum mare protenditur In mari
illo insule quedam sunt in quibus

nascuntur et capiuntur Girfalchi
et herodii seu falcones peregrini
in copia magna et inde post-
modum ad diuersas regiones et
prouincias deferuntur

Explicit liber domini Marcapau-
li de veneciis de consuetudi-
nibus partium orientalium fi-
nitus etc.

Presbiter Johannes po- 1
tencia et virtute dei et
domini nostri ihesu christi rex
regum terrenorum et dominus
dominancium Emanueli
Romeon gubernatori amore
suo gaudere et gracia ditandi ad
altiora transire. Nunciabatur 2
apud maiestatem nostram quod
diligebas excellenciam meam
et mencio altitudinis nostre
erat apud te Sed per apocri-
siarium nostrum tibi cognouimus quod quedam
ludicra et iocunda munuscula vole-
bas nobis transmittere vnde delecta-
tur iusticia nostra Et enim per si homo 3
sum pro bono habeo Et de nostris
per apocrisiarium nostrum tibi aliqua trans-
mittimus quia scire volumus et de-
sideramus si nobiscum rectam fidem
habes et per omnia credis in domino
nostro ihesu christo Cum enim nos te 4
hominem esse cognouimus te greculi
tui deum esse existimant cum
te mortalem et humane corrup-
cioni subiacere cognoscimus De 5
consueta largitate nostre magnificen-

si aliquorum que ad gaudia per-
tinet habes indigentiam per apo-
crisiarium tuum et cedula dilectionis
tue nos certifica et impetrabis
6 Accipe ierarcham nomine nostro vite-
que tibi quam libenter utimur legato
tuo ut per corroboremur et conforta-
remur virtutes nostras ad invicem Ti-
gna nostra quoque respice et considera
7 Si ad dominationem nostram venire vo-
lueris maiorem et digniorem te
domus nostre constituemus et poteris
frui etiam habundantia nostra
ex hiis que aput nos habun-
dant et si redire volueris locuple-
8 tatus redibis Memorare novis-
sima tua et in eternum non peccabis
9 Si vero cognoscere volueris magni-
tudinem nostram et excellentiam
nostre magnitudinis et in quibus
terris dominatur potentia nostra in-
tellige et sine dubitatione cre-
de. Ecce ego dominus presbiter
Iohannes dominus dominantium in omni-
bus diviciis precello qui sub celo
sunt virtute et potestate omnes
10 reges universe terre Septuaginta
vero reges nobis tributarii sunt
Devotus sum christianus ut et u-
bique pauperes christianos quos
clementie nostre regit imperium
11 defendimus In voto habemus
visitare sepulcrum domini cum
magno exercitu prout decet gloriam
maiestatis nostre humiliare et debel-
lare inimicos crucis Christi et nomen
12 eius benedictum exaltare In tribus
Indiis dominatur magnificencia nostra
et transit terra nostra ad ulteriorem

Indiam usque ad corpus beati Tho-
me apostoli ubi requiescit per deser-
tum et progreditur usque ad solis
ortum et redit per declinium in
Babilone desertum iuxta turrim
Babel lxx due provincie serviunt 13
nobis In terra nostra oriuntur et nu- 14
triuntur Elephantes Dromedarii
Cameli Ypotami Cocodrilli
Metagallinarii Chamerinus et
Trasure panthere onagri le-
ones albi et rubei ursi albi
merule albe Cicades mute et
Griffones Tigres lamie hyene
Boves agrestes cormuti fauni
Satiri et mulieres eiusdem generis
pigmei Cenocefali Gigantes
quorum altitudo est xl ta
cubitorum monoculi ciclopes
Avis que vocatur fenix et fere
omne genus avium que sub celo
sunt Terra nostra melle fluit 21
lacte habundat

In alia terra nostra nulla venena
nocent non garrula rana
coaxat scorpio nulla ibi ne-
que serpens serpit ibi in erba
venenata animalia neque habitare
possunt in eo loco neque aliquem
ledere Inter paganos per quandam 22
provinciam nostram transit fluvius qui
vocatur Idonus Et fluvius iste
de paradiso progrediens expendit
sinus per universam provinciam illam
diversis meatibus et ibi inveniuntur
naturales lapides Smaragdi Sa-
phiri Carbunculi Topasii Cri-
soliti Onichini Berilli Ame-

cristi Sardini, et plures alii precio-
23 si lapides. Ibidem nascitur herba que
vocatur Assidias, cuius radicem si quis
secum portaverit, arreptum spiritum effu-
gat et cogit eum dicere quis sit vel
unde sit et nomen eius, et quare
immundi spiritus in illa terra nemini
24 ledere possunt. In alia quadam pro-
vincia Unnisium piper nascitur
et colligitur, quod in annona com-
25 mutatur et corium et pannos. Est
autem terra illa nemorosa ad modum
saltus plena serpentibus per omnia.
Sed cum piper maturescit, veniunt ho-
mines populi de proximis regionibus
secum ferentes paleas et stipulas
et ligna aridissima, quibus cingunt
totum nemus undique, et cum vehe-
mens ventus flaverit vehementer
ponunt ignes infra nemus et extra,
ne aliquis serpens possit extra
nemus exire, et sic omnes serpentes
in igne fortiter extensi moriuntur
preter illos qui suas intrant caver-
26 nas. Tunc consumato igne viri et
mulieres parvi et magni portantes
furcas in manibus intrant nemus
et omnes serpentes assos furcis
extra nemus iaciunt et ex eis den-
sissimos acervos componunt, ve-
lut in area sit plenus granis. Sic
siccatur piper et de arboribus inustis
combustis colligitur et coquitur.
Sed qualiter coquitur nullus extraneus
scire permittitur. Quod nemus situm
27 est ad radicem montis Olimpi
unde fons preciosus exoritur
omnium in se specierum saporem reti-
nens, variationem saporis per singulas
horas diei et noctis et perhibetur

itinere dierum trium non longe a pa-
radiso unde Adam fuit expulsus. 28
Si quis de illo fonte ieiunus ter gu-
staverit nullam infirmitatem pacietur
semper quia erit quasi etate xxx^ta an-
norum quamdiu vixerit. Ibi lapilli 29
sunt quos frequenter aquile solent
ad partes nostras deportare per quos
reviviscunt et lumen recuperant.
Si quis illum in digito portaverit 30
ei lumen non deficit, et si est immi-
nutum restituitur, et cum plus in-
spicitur lumen magis acuitur. Legit-
timo carmine consecratus reddit
hominem invisibilem, fugat odia,
concordiam parat, pellit invidiam.
Inter cetera que mirabilia in terra 31
nostra contingunt est mare arenosum
et sine aqua, arena movetur, tume-
scit, inundans ad similitudinem aliis
maris, et nunquam est tranquillum.
Hoc mare neque navigio neque alio
transiri potest, et ideo cuiusmodi
terra ultra sit non potest sciri, et
quamvis omnino careat aqua inveniuntur
tamen iuxta ripam diversa ge-
nera avium et diversa genera piscium
ad comedendum gratissima et sa-
pidissima alibi nusquam visa. Tribus
dietis longe ad hoc mare sunt 32
montes quidam ex quibus descendit
fluvius lapidum eodem modo sine aqua
et fluit per terram nostram usque ad
mare arenosum. [illegible] Et postquam
intraverit lapides evanescunt neque 33
ultra apparent, et quamdiu fluit ali-
quis eum transire non potest;
aliis quatuor diebus patet transitus. 38
Iuxta desertum in montes inhabi-
tabiles sub terra fluit rivulus

quedam ad que no[n] patet aditus
nisi fortuitu casu vel eventu. Aperit[ur]
enim aliquando t[er]ra et si quis inde t[ra]ns-
it, tunc potest intrare et velociter ex-
ire ne forte t[er]ra claudat[ur] et quidq[ui]d
de arena rapit, lapides preciosi sunt
et gemme, quia arena et zabulum
nichil aliud sunt nisi lapides et
39 gemme preciose. Rivulus iste fluit in
aliud flumen amplioris magnitudi-
nis, homines [ter]re illius [con]tra intrant
et magnam habundantiam preciosorum
lapidum inde trahunt, neq[ue] illos au-
dent vendere, nisi prius excellentie
n[ost]re monstrent, et illos in thezau-
ros n[ost]ros et usum potentie nostre
volumus retinere, data medietate
precii accipimus. Si nos aut[em] libere illos
40 vendere possunt. Nutriunt[ur] et pueri
in illa t[er]ra, in qua ita p[ro]pter invenien-
dos lapides ut aliquantis vel iiii[or]
41 mensib[us] tantu[m] sub aqua vivant. Col-
tra flumen lapidum sunt x tribus
iudeorum, qui quis fingunt sibi re-
ges, tamen servi n[ost]ri sunt et tributarii
42 excellentie nostre. In alia quadam
provincia n[ost]ra iuxta torridam zonam
sunt vermes que lingua n[ost]ra dicunt[ur]
Salamandre. Iste vermes no[n] possunt
vivere nisi in igne, et faciunt pel-
liculas quasdam circa se, sicut vermes
43 qui faciunt sericum. Hec pellicula
a dominab[us] pallacii n[ost]ri studiose
operatur, et inde habemus vestes
et pannos ad omnes usus excel-
lentie nostre. Isti panni no[n] nisi
44 forti[te]r accenso lavant[ur] in auro et
argento in lapidibus preciosis
elephantib[us] dromedariis et
camelis et canib[us] habundat

s[er]enitas n[ost]ra. Nullus pauper int[er] nos 45
nos habitat, omnes pauperes hospi-
tes extraneos et peregrinos recipit ma-
iestudo n[ost]ra. Fur aut[em] p[re]do no[n] invenit[ur] 46
aput nos neq[ue] adulter habet hic
locum, neq[ue] avaricia nulla divisio
int[er] nos, homines n[ost]ri habundant
in omnib[us] divitiis equos paucos
habemus et viles neminem credimus
nobis parem in divitiis neq[ue] in
p[ro]prio genere. Q[ua]ndo enim ad bella 47
cont[ra] inimicos procedimus xiii cruces ma-
gnas et procelsas factas ex auro
et lapidibus preciosis in singulis
plaustris loco vexillorum ante faciem
n[ost]ram portari facimus et unamq[ue]
q[ue] porum x milia militum et centum
milia peditum armatorum except[is]
aliis, qui sarcinis nostris et curribus et
in ducendis vectigalibus exercitus
deputati sunt. Tandem vero simplic[ite]r
equitamus ante maiestatem n[ost]ram 48
precedit crux lignea, nulla pictura
neq[ue] auro, aut gemmis ornata, ut
ut sim[us] memores passionis d[omi]ni
n[ost]ri ihesu xpi, et vas unum plenum
terra, quod est aureum, ut cognoscamus
quia etiam n[ost]ra caro in p[ro]priam re-
diget[ur] originem .i. terram, et aliud 49
vas argenteum plenum auro
portatur ante nos, qui omnes in-
telligant nos esse d[omi]num d[omi]nantium
omnib[us] divitibus qui sunt in mundo 50
habundat et precellit magnificencia
n[ost]ra. Int[er] nos nulla mentitur, nec 51
aliquis potest mentiri ibi, et si ali-
quis ibidem sciens mentit[ur], stati
morit[ur] .i. quasi mortuus int[er] nos
reputat[ur], nec eius mentio fit
aput nos, nec honorem aput nos

consequitur ulterius / omnem sectam
52 veritatem et diligimus invicem / Adulter
non est inter nos / nullum vicium apud nos
53 regnat Singulis annis visitamus cor-
pus sancti Danielis prophete cum exercitu
magno in Babilone deserta / et om-
nes sunt armati propter tiros et alios
54 serpentes qui vocantur demites / apud
nos capiuntur pisces / quorum sanguine
55 tinguntur purpure Municiones ha-
bemus multas gentes fortissimas
et deformes. dnamur Amasoni-
56 bus et Bragmanis pallacium quod
inhabitat sublimitas nostra ad instar
et ad similitudinem pallatij / quod sanctus
Thomas ordinavit Gundaforo
regi Yndorum in officijs et reliquis
instructuris per omnia simile est
57 vt / lacquearia et tigna quoque et
epistilia sunt de lignis Cethi / co-
opertura eiusdem pallatij est de Ebe-
no / ne aliquo casu possit comburi
/ in extremitatibus vero super culmen pal-
latij / duo poma aurea / et in vno
quoque sunt duo carbunculi ut aurum
splendeat / et carbunculi luceant
58 in nocte Maiores porte pallatij
sunt de Sardinico inmixte cornu
cerastes / ne aliquis intus possit
latenter intrare / Cetere ex Ebeno fe-
59 nestre de Cristallo Mense vbi
curia nostra comedit / alie ex auro
alie ex Ametisto / columpne que susti-
60 nent mensas ex Ebore Ante palla-
cium nostrum est quedam plathea / in qua
sedet iusticia nostra spectare pugnas
in duello Pavimentum est ex oni-
chino / ut ex virtute lapidum a-
61 nimus crescat pugnantibus In pre-
dicto pallatio non accenditur lumen
in nocte / nisi quod nutritur balsamo

Camera in qua requiescit sublimitas 62
nostra / mirabili opere auro et omni genere
lapidum est ornata Si vero alicubi pro
ornamento sit Onichinus circa ipsum
eiusdem quantitatis sunt iiijor corneole
vtreque ex virtute earum ne iniquitas
onichini temperetur Balsamum in ea- 63
dem camera ardet / lectus noster de Saphi-
ro est propter virtutem castitatis / mulieres 64
speciosissimas habemus / sed non acce-
dunt ad nos / nisi quater in anno
causa parandorum filiorum / et sunt
a nobis sanctificate ut Bersabee a
Dauid / redit vna queque ad locum
suum / semel in die comedit curia 65
nostra / In mensa comedunt in die triginta
milia hominum preter ingredientes / et
exeuntes / et hij omnes accipiunt ex-
pensas singulis diebus de camera
nostra / tam in equis / quam in alijs expen-
sis / hec mensa est de precioso Smarag- 66
do / quam sustinent due columpne ex
Ametisto / huius lapidis virtus neminem
sedentem ad mensam permittit ine-
briari / Ante fores pallatij nostri 67
iuxta locum vbi pugnantes etiam
in duello agonisant / est speculum
precelse magnitudinis / ad quod per
C xxv gradus ascenditur Gradus 68
vero sunt de porphiretico partim
serpentinico et Alabastro / a ter-
tia parte inferius / hinc vsque ad
tertiam partem sunt de Cristallo Jas-
pide et Sardinico / superior vero pars
tria de Ametisto Speculum vero 69
vna sola columpna innititur / super ipsam
vero basis iacens / super quam et
inter alia basis / et supra ipsam co-
lumpna xvj / super quas inter alia
basis / et supra ipsam columpna
xxij / et supra inter alia basis

et supra ipsam columpne lx iiij or
supra quas inter alia basis, et super
ipsam columpne xxx ij et sic descen-
dendo minuuntur columpne
sicut ascendendo creverunt usque ad
70 unam Columpne autem et bases eiusdem
generis lapidum sunt et gradus per
71 quos ad eas descenditur. In summitate
vero summe columpne est speculum tale
consecratum, quo machinaciones et
omnia que pro nobis vel contra nos machi-
nantibus et subiectis nobis provinciis
sunt et consuetudinibus liquidissime vi-
72 deri possunt et agnosci Custoditur
autem a tribus militibus armatorum
tam in die quam in nocte ne forte
aliquo casu frangi possit aut de-
73 iici Singulis mensibus serviunt nobis
reges septem, unusquisque in suo
ordine Duces xlij, Comites C
C et lxx universa mea exceptis
hiis qui diversis officiis deputati
74 sunt in curia nostra In mensa nostra
comedunt ordinate iuxta latus
nostrum in dextra parte Archiepiscopi xij
In sinistra vero parte episcopi xx preter
Sargamatinum et Archiprothopapatem
patriarcham sancti Thome et protho-
papatem de pus ubi thronus et
solium gracie nostre residet et pal-
latium imperiale quorum unusquisque
75 redeunt Abbates autem secundum numerum
dierum serviunt in capella et singulis
mensibus redeunt ad propria et alij
totidem singulis kalendis ad idem
97 officium capelle revertuntur Curia
sublimitas nostra digniori et excel-
lenciori nomine quam presbiterum

nuncupari se non permittit non debet
prudencia vestra admirari, plures 98
enim in curia nostra ministeriales habemus
qui digniori nomine et officio quantum
ad ecclesiasticas dignitates spectat
etiam maiori quam nos vidimus of-
ficiis praediti sunt, Dapifer enim noster
primas et rex est, Pincerna noster
Archiepiscopus et rex est Camerarius
noster episcopus et rex est Marscalcus
noster et Archimandrita est, princeps
cocorum rex et Abbas est Idcirco
altitudo nostra non est passa hiis omnibus
aut ordinibus insigniri, quibus curia
sua plena esse videtur Et ideo minori
nomine et inferiori gradu propter
humilitatem elegit magis nuncupari
Extenditur terra nostra in parte una se 99
ad quatuor menses in amplitudine
In altera vero parte nemo scit
quantum protenditur dominium nostrum
nostrum, Si dinumerare poteris stellas 100
celi et arenam maris, dinumera etiam
dominium nostrum et potestatem nostram
Habemus pallatium non minoris 76
longitudinis sed maioris altitu-
dinis et pulcritudinis, quod per
revelacionem factum est, que ante quam
nascerer apparuit patri meo, qui
ad sanctitatem et iusticiam que mi-
rabiliter vigebat in eo vocabatur
quasi deus, dictum est namque 77
illi in sompniis, Fac pallacium
filio tuo, qui nasciturus est tibi
qui erit rex regum terrenorum
et dominus dominancium universe terre erit 78
Et erit pallacium adeo sibi gratiam
celestem collatam, quia nullus
ibi esurit, et nullus infirmabitur
nullus etiam intus existens poterit

In illa die enim qua intuerit etiam
si validissima fame quis habuerit
et infirmaverit ad mortem nisi intu-
erit pallacium istud et steterit intus
per aliquam horam ita exit satur
ac si de centum ferculis comedisset
et ita sanus quasi nullam infirmitatem
85 in vita sua passus esset Mane
autem facto quando adeo pater meus pertitus
surrexit et de tanta visione palla-
87 cium precepit fieri Cuius itaque com-
positione nonnisi lapides preciosi et
aurum liquatum optimum pro cimento
88 Celum eiusdem i. tectum lucidissimum za-
phiris est compositum et perclarissimi
Topasii sunt intus positi ut Saphiri-
ni et serenissimi celi et Topasii
in modum stellarum pallacium illumi-
89 ant Pavimentum vero est de magnis
tabulis tabulis Cristallinis et
camere nec aliqua est divisio intra pal-
lacium .l. columpne de auro purissimo
ad modum aque formate infra pal-
90 lacium iuxta sunt posite in uno quoque
angulo est una relique vero infra
spacium locate sunt longitudo uni-
uscuiusque columpne est xl cubitorum
grossitudo est quantum duo homines
cum ulnis circumcingere possunt et
una queque in suo cacumine habet
unum carbunculum adeo magnum ut
est magna amphora quibus illuminatur
pallacium ut mundus illuminatur a sole
91 Tenues columpne sunt ut acus acu-
te hac videlicet de causa quia si ita
essent grosse superius ut inferius
pavimentum et totum pallacium non
ita illuminaretur a splendore carbun-
92 clorum Tanta est namque claritas ibi
ut nichil tam exiguum tam subtile
possit excogitari si in pavimento esset
quod non posset a quolibet intueri Nulla 93
fenestra nullum foramen est ibi ne
claritas carbunculorum et aliorum lapi-
dum claritate serenissimi celi et so-
lis aliquo modo possit obumbrari
In die nativitatis mee et quociens 96
coronari volumus intramus palla-
cium istud et tam diu sumus intus
donec potuissemus intus ibi comedisse
Et exinde eximus saturi acsi om-
nium genere ciborum essemus
impleti etc. Sequitur

Item hystoria Ade et Eve

Nota hystoria Ade et Eve
quando expulsi erant de pa-
radiso. Factum est autem cum
Adam et Eva essent expul-
si de paradiso voluptatis et
abirent abientes a longe respicientes
locum deliciarum, fleverunt amare,
fixerunt pedum vestigia fere ad me-
dium tibiarum, sanguinis lacrimas super
terram nimium fundentes, et quanto
longius se vidissent a paradiso in tanto
profundius terram calcaneis vestigia de-
scendebant, et uberius sanguinem la-
crimas que oculorum terram purpurabat.
Et dum se a longe viderunt non sperarunt
habere revocationem ab angelo Cherubin
in paradisum. Devenerunt in quedam
locum campi, et ibi fecerunt tabernaculum.
Fuerunt que ibi vii diebus lugentes
et magna tristicia lamentantes. Et
post vii dies esuriem ceperunt nimis
Adam et Eva, et querentes autem
sibi escam ut manducarent et non
habebant. Dixit que Adam ad Evam:
Domina mea esurio valde, quere
quid manducemus, usque videmus nos
consumptos fame et inopia, et sus-
tineamus a cibo et forsitan misere-
bitur nostri dominus recipiet que nos
et revocet in locum deliciarum, u-
bi prius eramus. Surrexit itaque A-
dam et perambulabat vii diebus
per illam omnem terram, et non invenit
escam talem qualem habuit in pa-
radiso. Dixit que ad Adam Eva: Domine
mi putas ne moriamur fame? utinam
ego fuissem mortua in paradiso
tunc forte dominus deus introduceret
te in paradisum, quia propter me tibi
dominus est iratus, vis me peto interfi-
cere ut ego moriar, et introducet
te dominus in paradisum, quia mei causa
expulsus es de paradiso. Respondit A-
dam: noli Eva taliter dicere, ne forte
dominus iterum super nos aliqua maledic-
tionem introducat, quo potest fieri ut
mittam manum meam in carnem tuam?
Surge velociter et queramus unde vi-
vamus ut non deficiamus. Surgentes
que quesierunt escas tales quales
in loco deliciarum habuerunt, nec
inveniebant nisi quibus animalia vte-
bantur. Tunc dixit Adam ad Evam:
Hoc tribuit dominus animalibus et bestiis
terre ut edant, nostra vero esca ange-
lica erat, et pro quid plangamur
ante conspectum dei qui nos fecit,
et peniteamus penitencia magna
forsitan indulget nobis et misere-
bitur nostri dominus, et disponat nobis
ut vivamus. Et dixit Eva ad Adam:
Domine mi dic michi que sit hec
penitencia, qualiter peniteamus, ne for-
te est grandis labor, in quem imponamus
nos metipsos que complere non pos-
simus et preces nostre non exaudiantur
et avertat faciem suam a nobis deus
sic que promittamus ut adimpleamus.
Tamen domine mi que tu cogitasti
fiant, penam quam ego tibi induxi
est dolor et tribulacio. Et dixit
Adam ad Evam: Non potes tan-
tam penam facere tot diebus videlicet xl
quibus ego faciam ieiunas, que
dixit possum. Cui Adam: Tunc
surge vade ad Tigrim flumen
et tolle lapidem, et sta super
illum in aqua usque ad collum
in funditate fluminis, et non
exeat sermo de ore tuo quia
indigni sumus rogare deum

quia nra labia indigna sunt et
polluta, quia transgressi sumus manda-
tum dnicu comedendo pomu ve-
titu, et contra deum peccauimus, et
stes ibi in aqua xl dieb; et ego in
aqua stet tot diebus, forsitan misebit-
ur nri deus. Perrexit ergo Ewa ad flume
tigrim et fecit sicut adam precepit
ei. Similiter ergo perrexit Adam ad flu-
me Jordanis, stetit ergo sup lapidem
vsque ad collum in aqua et dixit ti-
bi jordanis dico condole michi et
congregentur ad me omnia natancia
que in te sunt omnia ergo animancia
que circa te sunt et circudant me
lugeant prt meum, non se defleant
sed me deplangent, quia illa non
peccauerunt sed ego. Statim ergo venerunt
omnia animancia et circumdederunt eum
steterunt ergo prt cum illo vlulatu
et tanti rugitu magno eo quod
transgressus erat mandatum creatoris
et deiectus de tanta gloria delicia-
rum Et aqua Jordanis ab illa
hora stetit et agebat penitenciam suam
vsque ad xl dies. Tunc iratus
sathanas transfiguratus est in vultu
angelico, abiit ad flume tigrim
et venit ad Ewam et invenit
eam in flumine Tigrim flentem
Et ipse dyabolus quasi condolens ei, ce-
pit ipsemet flere, dixit quoque ei, Egre-
dere de flumine et repensa de cetero
non plora et iam cessa de tristicia
tua et de gemitu tuo non am-
plius sollicitas sis, et vir tuus
Adam, audiuit enim dns gemitum
vrm, suscepit ergo penitenciam vram et
omnes angeli rogauerunt pro vobis
deprecantes deum, misit ergo me ut
educerem vos de aqua, dare ergo vob

alimentu quod in paradiso habuistis
pro quo nunc plangitis Egredere ergo
de aqua et ducam vos ad locum vbi
paratus est vobis victus. Hec audiens
Ewa credidit et exiuit de aqua, et
erat eius caro quasi herba et cepit re-
frigescere, et cum fuisset egressa de
aqua pre debilitate nimia cecidit
sup terram, Et erexit eam dyabolus
et duxit ad Adam, Cum audisset
Adam Ewam et dyabolus cum ea
loquebatur, cum magno rugitu cla-
mabat dicens, O Ewa Ewa
quomodo iterum seducta es ab aduersario
per quem sumus alienati de paradisi
habitacione et leticia spirituali, Et
cum audisset Ewa cognouit, quia
dyabolus suasisset sibi exire de aqua
et cecidit in terram sup faciem suam
et duplicatus est dolor eius et
gemitus Et exclamauit Ewa et
Adam contra dyabolum dicentes
Ve tibi dyabole quid nos expugnas
gratis, quid tibi ad nos, quid nos
de tua malicia inquid abstulimus
tuam gloriam, aut nos fecimus te
esse sine tuo honore, quid nos per-
sequeris in gemitu vsque ad mortem
impie et inuidiose, et ingemiscens
dyabolus dixit, Tota inuidia et totus
dolor a vobis est michi, quia ex-
pulsus et alienatus sum a gloria
mea quam in celis habui, et a
claritate mea, quam habui in me-
dio Archangelorum, et propter vos de-
iectus sum in terram, Respondit
Adam et dixit, quid tibi feci
aut que mea culpa in te dummo-
do non a nobis deiectus es, aut
lesus, quid nos persequeris

dyabolus et dixit / Tu quid dicis
die enim qua plasmatus es a facie
domini proiectus sum extra societatem
angelorum et missus sum ad infernum
quando dominus sufflavit in te, et factus
est vultus tuus ad similitudinem yma-
ginis dei, et dixit dominus deus, Ecce
Adam feci ad ymaginem et ad similitu-
dinem meam / Et egressus Michael
vocavit omnes angelos dicens Ad-
orate hominem dei, sicut nobis precepit
dominus, et ipse Michael primo adoravit
vocavit et me / et dixit michi / ad-
ora ymaginem dei nunc Ego vero
respondi, adorare Adam nolo, cum
ipse de terra formatus et creatus sit
non adorabo, et cum compelleret me
Michael dixit ad eum / non ado-
rabo deteriorem me / cum creatura
prior factus sim ego antequam Adam
fieret / ego iam fueram, ille me de-
buit adorare / Hoc audientes ceteri
angeli qui michi subditi erant
dixerunt noluimus eum adorare
Et ait Michael, adorate ymagi-
nem domini dei Si non adoraveritis
irascetur tibi dominus Ego vero respon-
di, si irascetur faciam quecunque volo
et ponam sedem meam super sidera
celi, et in nubibus et ero similis
altissimo / et iratus est dominus deus
michi, et misit me cum angelis
meis expelli, et misit foras a glo-
riam mea / qua de causa in hunc
mundum expulsi sumus a gloria mea
et de habitatione celorum, et de tanta
gloria, et te in gloria deliciarum letari
videre dolebamus / et dolo circumveni-
bamus uxorem tuam, et fecit te
deus propter eam expelli de deliciis
glorie et letitie tue sicut et ego

expulsus sum a gloria mea Hec au-
diens Adam a dyabolo exclamavit cum
magno fletu et dixit Domine deus
meus vita mea in manibus tuis / Fac
ut iste adversarius longe sit a me
qui querit animam perdere meam, et da
michi gloriam eius qua ipse perdidit
et statim dyabolus evanuit Adam vero
permansit in penitentia xl diebus in aqua
Jordanis / dixit quoque Ewa ad Adam
vive tu domine tibi concessa est vita
quia nec primo nec secundo prevaricatus es
nec seductus, sed ego prevaricata sum
et seducta / quia non custodivi man-
datum domini / nunc separa me de lumine
vite huius / vel vadam ad occasum
solis et ero ibi usque moriar / qui
non respondit ei / videns vero hec
Ewa cepit ambulare per partes occidentis
et cepit lugere et amarissime flere
cum gemitu magno / fecit quoque ha-
bitaculum / fetum habens in utero suo
Et cum appropinquasset tempus eius
pariendi cepit conturbari doloribus
et exclamavit ad dominum dicens Misere-
re mei domine et adiuva me et non
exaudiebatur / nec erat misericordia
dei circa illam / et dixit intra se / quis
annunciabit hoc domino Ade meo
Deprecor vos luminaria celi, dum rever-
timini ad orientem / partum eius Adam
intellexit / quod Ewa gravi dolore
cepit torqueri / Et continuo surgens
Adam perrexit ad Ewam / et in-
venit eam in luctu magno Et di-
xit Ewa ad Adam Ex quo te
vidi domine mi refrigerata est
anima mea in dolore posita / Nunc
ergo deprecare dominum deum pro me
ut exaudiat te et respiciat me
et liberet me de meis doloribus

pessimis quibus consumar depcatus q est Adam dominum deum pro Ewa, et ecce venerunt septem angeli et due virtutes stantes a dextris et a sinistris Eve Michael erat a dextris Eve et tetigit Ewam a facie usque ad pectus et dixit ad Ewam, accipias adiutorium exurge nunc, et para te ad partum, et fecit sic, et peperit filium erat q lucidus per totum ignorans aut Ewa quid hic esset, quod peperit dixit ad Adam, Domine mi interfice hic, ne nos forte interficiamus per illud, quia in herbis venenosis comedi illud respondit Adam et dixit, nequaquam presumis hoc facere Sanguis enim et caro nostra est et continuo infans currebat et in manibus suis tenens herbam dulcissimam et mire virtutis obtulit ea matri sue, vocavit q nomen eius Caym Angelus aut domini docuit Ewam qualiter puerum lactare et nutrire debet, misit q dominus per angelum suum sciencias diversorum laborum et diversa semina, docuit q Adam, quo laborare debet ut colerent terram unde et fructum haberent unde viverent ipsi et omnes generaciones ipsorum post illos, postea Ewa concepit et genuit filium nomine Abel et manebat Caym et Abel in unum Quadam vero die dixit Ewa ad Adam, domine mi dormiebam et vidi in visu, q sanguinem filii mei Abel in manibus Caym, et dixit Adam ad Ewam, Num forte interficiat Caym Abelem, separemus q eos ab invicem, faciamus eis singulas mansiones et fecerunt Caym agricolam, Abelem vero

pastorem ut essent ab invicem periculo separati, post hec aut offerent hostias deo, videns Caym q oblacio Abel esset acceptabilior deo, invidens ei quia pinguiora et pulcriora de animalibus offeret domino, Caym vero per eam intendebat interficere eum, interfectus est q Abel, Adam vero cum esset C xxx[ti] annorum cognovit uxorem suam genuit q filium, vocavit q nomen eius Seth, et dixit Adam ad Ewam pro Abel habeas hunc filium, postquam aut Adam filium Seth genuisset vixit annos, octingentos, genuit q xxx[ta] filios et totidem filias, post Caym Abel et Seth, dixit q Adam ad omnes filios et ad filias suas, Narrabo vobis quid michi evenit Post quam ego, et mater vestra, eiecti sumus de paradiso, cum essemus in oracione, venit Uriel Archangelus dei ad me mostrans michi, vidi q currum tamquam ventum velocem, et rote illius erant ignee, et raptus eram in paradisum iusticie, vidique dominum sedentem et aspectus eius erat ut ignis et intendens intolleabilis multitudo et multa milia angelorum a dextris et a sinistris eius, Hec vero videns conturbatus angustia timor apprehendit me, et adoravi dominum super faciem terre, et dixit michi dominus Adam ecce tu morieris, qui preteristi mandatum meum, et obedisti voci uxoris tue plus quam mee, quam tibi dedi in potestatem, ut illam habebas Et cum hec verba audivisse procidebas in terram oravi dominum dicens Omnipotentissime et misericors domine creator pie ne deleatur nomen meum vestri in seculum sed

sed perducat me in paradisum ut
te laudem in secula seculorum amen

Item nota boni et mali manducant
corpus domini, sed boni solum manducant
ad salutem et mali ad dampna-
tionem sicut hoc cantatur in prosa
Summunt boni summunt mali sorte
tamen inequali etc. Posset tamen ali-
quis dubitare quomodo hoc evenit
quod hoc sacramentum bonos meliores facit
et malos peiores, ad quam dubi-
tationem sic est respondendum, naturaliter
contingit quia herbe que hec animalia
nutriunt alia occidunt, Et levius
subtilius equos mitigat catulos
instigat, Et medicamen quod hunc
hominem curat, idem medicamen ad
aliud inficit Et panis qui vita
fortem roborat, parvulos necat
istis igitur similitudinibus intellectis
faciliter respondetur ad motivum
Et hec metra que ego dixi clare
et levius intelliguntur, que sic pos-
sunt exponi Sancta refectio i.
sacra comestio panis i. corporis
Christi, sic datur egris egris i. malis
et sanis i. bonis, Sed panis i. cor-
pus Christi non est sanus i. proficuus
nisi sanis i. bonis, Refectio nasci-
tur ne dicitur si non fuit, ideo quia
mali non reficiuntur hoc sacro corpore
sed manducant et solum boni reficiuntur

Ysidorus

Quid stultius quam factorem con-
tempnere, quam facturam, Et opus
manuum suarum adorare quam factorem

Seneca

Unde quodque documentum teneas
nullam scientiam spernas seu con-
tempnens a nullo doceri erubescas
quia vituperium scientie, testis est
vituperantis ignorantie rogo continue-
dis parvis, ne sis deorsus arduis
parvis imbutus eris ad ardua
tutus, Ysidorus

Ieiunia sunt fortia iacula contra
temptamenta dyabolorum, unde in Evangelio
hoc genus demoniorum ieiuniis
eicietur a vobis

Ieronimus

Quamdiu Adam habuit abstinentiam
et ieiunavit, tamdiu vixit in paradiso
sed quando gustavit pomum tunc fuit e-
iectus Gregorius

Qui ieiunat et a peccatis non de-
sistit male ieiunat, unde Christus
ieiunia vestra odivit anima mea et
subdit, frange esurienti panem

Paulus

Peccatum est magni ponderis, quod
perducit animam peccantem ad infernum
Angeli desiderant deum aspicere
in gloria unde in Evangelio Abra-
ham pater vester optavit videre
diem meum, vidit et gavisus est
In Evangelio una nocte fuerunt apostoli
in mari et periclitabantur ventis
et tempestatibus

Gregorius

Penitentia baptismo comparatur
unde in Canticis Ego dormio et
cor meum vigilat

Augustinus

Peccatum est omne corruptionis

gemitus effunde Item ad habendam veram confessionem requirun(tur) tria penitencia contricio cordis de peccato et oris omnis professio penitencia commendatur a pluribus diversimode

Gregorius

O felix penitencia lavatrix salutis anime Augustinus

Penitencia est quedam res optima que quoslibet revocat ad statum pristinum

Bernhardus

O lacrima quanta est potencia tua vincis invincibile ligas omnipotentem peccatores iustificas angelis associas et quod plus est inestimabilis est tua pietas

Ysidorus

Elemosinis instamus oracionibus proficimus qui ergo vult cum deo esse semper debet orare aut legere unde dum legimus deus nobiscum loquitur cum oramus deo loquimur

Ambrosius

Confessio animam a morte liberat ianuam paradisi aperit spem salutis tribuit Idem non meretur iustificari qui peccata sua non vult profiteri Paulus

Deus plus diligit peccatorem conterentem quam iustum permanentem Idem non habemus hic civitatem manentem sed futuram inquirimus Idem nostra conversacio sit in celis In ewangelio dixit dominus ad apostolos Sic vos estis qui mecum permansistis in temptacionibus et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum ut eatis et

Nota duplex est misericordia scilicet dei et hominis Misericordia dei est super omnem hominem Sed misericordia hominis solum modo est super proximum suum

De fide

Nota secundum doctores fides describitur sic fides est sancte religionis fundamentum scientissime caritatis intimum amoris subsidium fides sanctitatem firmat castitatem roborat dignitatem exornat in pueris splendet in iuvenibus floret in provectis et antiquis apparet in paupere est grata in locupletato honesta et venusta etc.

Spes

Spes describitur sic Spes est certa expectacio future beatitudinis ex gracia dei proveniens et meritis prius precedentibus Item sic Spes est audacia mentis de largitate dei acceptanda habendi vitam sempiternam propter bona merita

Confessio

Confessio describitur sic Est salus anime expurgacio viciorum restauracio virtutum fugacio demonum hostium obstruens inferni et celi ianuam aperiens

Humilitas

Cognovimus christum agnum qualem mansuetum leone forte constante in sua passione Elemosina

Elemosina est res sancta augens merita minuens peccata coniungens nos angelis et separans nos a demonibus et est arca animarum quasi murus inexpugnabilis que augent coniungit separat et est quasi murus

Elemosina est extinctio peccatorum venie largicio salutis portus vel porta retrahens nos creatori

vm est ancilla dei simplex ele-
mosina mortis/ antidotum venie por-
ta salutis etc ve vobis peccatores
qui offertis flores iuventutis vite
dyabolo/ et feces senectutis vestre
deo Crisostomus

Fidem predicant/ et infideliter agunt
pacem aliis dant et sibi non habent
veritatem laudant/ et mendacium dili-
gunt Jesus dixit

Ego sum dominus deus vester/ custo-
dite precepta mea/ et facite ea/ quia
ego sum qui sanctifico vos/ Item ibi
xpo. Magister bone quid boni faciam
ut habeam vitam eternam Jhesus
dixit/ Si vis ad vitam ingredi/ ser-
va mandata dei
Gregorius
Claudet os peccatoris/ quia qui seipsum
non docuit alios non potest docere
Tulius
Peritia docendi in tribus consistit
natura doctrina et usu Natura
ingenio/ doctrina scientia/ usu assi-
duitate/ Hec est enim que non solum
in oratore sed in bono quoque homine
expectatur ut aliquid efficiatur

Sacerdotes qui decimas corripiunt
et maiora peccata videntes tacent
docent culicem colare et deglutire
camelum Idem/ si a modico abs-
tinere et maiora committere
Bernhardus
Peccator et libenter auditor utrique
portat dyabolum in lingua Si pau-
per es vilem et abiectum te putat
Si dives ambitiosum avarum
et cupidum/ si affabilis dissolutum
si predicator et doctor vilem et

humanum questorem favoris
Si ieiunus ypocrita/ si comedens vo-
ratorem Ysidorus
Non solum ille reus est qui falsum
testimonium de alio dicit/ sed detur
his qui cito aure criminibus prebent

Turpissimum est manus deo con-
secratas et crismate unctas pu-
denda mulieris ingerere/ et post hoc
sanctissimum dominicum corpus tangere/ O
qua temeritate/ o qua nephanda
manibus immundis tangere virginis
gloriose/ et ore fetido suscipere et
labiis immundis tangere/ que mens
non caveat/ qui oculus eum non ve-
reatur/ quis auditus paveat ubi
mundus perit in sterquilinium
Crueritur utrum pollucio nocturnalis
sit criminale peccatum/ Unde quia triplex
est nocturnalis pollucio/ quia si
aliquis videt mulierem in die et
putat eam in nocte in visu/ et emit-
tit sperma criminale peccatum est
unde si contingat sacerdoti non
debet in crastino missam cele-
brare/ Aliquando provenit ex cra-
pula i. ex superfluitate ciborum
et tunc tale est criminale peccatum
peccatum Secundo quia tale provenit ex
superfluitate humorum/ et tunc
est veniale peccatum
Queritur si castus propter castitatem
amittit/ si in actu suo sibi repu-
tat mulierem et tunc animus eius
vilescat/ Dicitur/ si in primo motu
desistat ab illa cogitatione non
perit/ hoc est cogitatio enim sine
temptatio humana etc
Sequitur ultra et cetera

Contricio est illuminacio anime quia sicut sol illuminat diem tenebrosam ita contricio illuminat peccatorem tenebrosum totum sordidum et nigrum

Contricio est sanacio anime quia sicut vngentum sanat vulnera lesa ferro vel gladio ita contricio sanat animam peccatoris vulneratam quia quot peccata tot vulnera venialia peccata parua vulnera mortalia peccata magna vulnera et contricio sanat hec omnia etc. Contricio est remissio peccatorum omnium quia sicut graue pondus tollitur a multis hominibus ita contricio tollit omnia peccata ab anima peccatoris quia contricio spiritum sanctum potenter inducit ad se contricio vnigenitum xpm habitare facit in se

Nota Meretrix describitur sic meretrix est oculorum destructio membrorum claudicacio vite abbreuiacio animarum condempnacio via iniquitatis semita peccati ianua inferni percussio scorpionis consumacio iuuentutis scolarium perturbacio ingenij perdicio denariorum euacuacio virtutum priuacio mentis eleuacio fellis appetitio monetis captacio omnium bonorum deuastacio rerum

Seneca dicit

Sicut claritas solis ceteram lunam obfuscat sic tristicia et dolores anime miserie vel passiones mitigantur virtute

Auicenna

Homo sapiens est socius dei in celis et secundus deus in terris

Aristoteles in 2o Topicorum

Melius est egentes ditari quam philosophari Boetius

Natura humana paucis et minimis est contenta

Alanus de planctu nature

Frequens studium subtilisat spiritus spiritibus subtilibus reddit ingenium acutum Bohetius

Frequens studium acuit ingenium et obtusitas ingenij cum diligencia studij permollitur

Aristoteles in prohemio Methaphisice

Omnes homines naturaliter scire desiderant

Seneca

Vir sapiens et prudens ad omnes partes terrarum peruenit semper secum thesaurum ducit Bohetius

Vir sapiens equalis se habet ad fortunium et ad infortunium

Bohetius

Viri sapientes quemadmodum dij sunt

Seneca

Vir sapiens ad quascunque partes peruenit semper vsui acquiescat

Aristoteles 2o Ethicorum

Virtus est habitus electiuus in mente consistens recta racione determinans prout sapiens determinat

Seneca

Virtutes animum humanum perficiunt et virum perfectum deo reddunt

Bohetius libro iijo de consolacione

Non solum sufficit intueri quod ante oculos est id est presentia sed etiam preterita et futura Seneca

Prudencia est presentia ostendere futura prouidere de preteritis recordari

Seneca ad Lucillum

Dispares mores dispara sequuntur studia Sequitur

Seneca
Amicorum est idem velle et idem nolle
Dissimilitudo morum desociat amiciciam
Boecius de consolacione
Amicicia conseruanda est et veritas heda
Aristotiles
Nemo elegit viuere sine amicis habens reliqua bona Seneca
Qui habet omnes virtutes et paciencia caret quasi timent in aere spargit per sapienciam deducitur malicia hominum Seneca
Frustra timetur quod evitari non potest
Augustinus
Investigator veritatis opprimetur a gloria
Aristoteles in iii° de anima
Turpes a natura nemo increpet neque bonos laudet
Comentator
Homo dicitur equivoce de homine sciente et homine ignorante unumque homo ignorans proprie non est homo sed est peior quam bestia
Philosophus primo politicorum
Sicut homo cum sciencia et virtute est optimum animalium sic sine sciencia et virtute est pessimum
Aristotiles iii° de anima
Intellectus in prima sua creacione est tamquam tabula rasa in qua nichil est depictum possibile autem depingi scientiis et virtutibus
Salomon
Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti
Seneca
Ocium sine natura est mors et vivi hominis sepultura Jacobus
Si quis vestrum indiget sapiencia postulet a deo qui dat affluenter et non improperat

Aristotiles 2° ethicorum
Docenti sapienciam nulla est merces condigna Et ideo tenemur eis illud quod diis scilicet reverenciam et honorem Salomon
Danti michi sapienciam dabo gloriam
Aristotiles in elencorum
Omne quod quis novit aut invenies aut addiscens novit
Aristotiles in libro ethicorum
Ille est optimus qui per se intelligit rursum autem bonus qui docenti obediat Apostolus
Neque enim ab homine accepi illud neque ego per hominem didici sed per revelacionem Ihesu Christi
Sed cum multo distabit ut alios doceas sciens vero inspiracionibus homo in instanti docetur Ambrosius in sermone de spiritu sancto Prestat corda mollissima spiritus sancti gracia
Philosophus
Urgente indigente difficile est philosophari Salomon
Hanc quesivi exquisivi a iuventute mea et idem Optavi et datus est michi sensus vocavi et venit in me spiritus sapientie
Seneca
Libertas est cara omnibus
Crisostomus
Cum ad intelligenciam attendimus procul abicitur tenebrosa caligo mentium et fumus mundane sapientie penitus abscedat Salomon
Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea et quesivi michi eam sponsam assumere et factus

sum amator fortune illius
Salomon Ante quam loquaris dis
ce Jeronimus Unusquisque teni
ens cometit peccatum mortaliter
quociens presumpserit dimina neque no
luerit expone Jeronimus
In hunc locum non sufficit scire
ut alios doceas tantus quia sermo
alios non instrues mercedem boni
operis percipere non potest Salomon
Thezaurus invisus et sciencia ab
scondita que utilitas in utroque
Johannes Hec est vita eterna ut
cognoscant te verum deum quem
misisti Jhesum Christum / Apostolus
Omnia que vultis ut faciant vobis
homines eadem facite eis / Criso
stomus enim non movetur ad peccatum cum
videt prelatos doctores peccare non
potest dominus de familia et de suis
bona existimacionem habere quam ma
lam familiam habet / Crisostomus
Omnia bona dat dominus non propter
bonos homines sed propter sanctos
Crisostomus Cum mundus sit scanda
lis plenus et si aut tantum debe
rent diligi tunc pauci inveni
untur qui diligantur Aristotiles
In celo non est error neque fortuna
motus astrorum et nullus error immo
omnia sunt ordinata respectu divi
nitatis divine Ewangelium
Qui enim abscondit tezaurum
in terra non habebit spem in celo
Crisostomus Confessio peccatorum
est testimonium consciencie
Crisostomus Iste enim Jhesus peccatores non
comminabat sed indulgenciam et
clemenciam peccatoribus promittebat

Aristotiles Natura humana multipli
ca est suam quia non potest stare sine
virtute quia semper idem quod deperdi
tum est in nobis non petimus restaurari
Crisostomus Qui bona docet et mala
operatur seipsum condampnat Seneca
Quid dulcius quam habere amicum
cum quo loqui omnia audeas quam
sibi qui tales habere volunt sed ipsemet
esse nolunt Aristotiles in libro
de celo et mundo Creator creaturarum
sub certo modo omnia stabilivit Aristotiles
Nichil frustra operatur nec eciam deficit
in necessariis Aristotiles Prius est
rem cognoscere quam proprietate illius
rei Aristotiles Omnis sermo cum
intencione proferentis iudicandus est
Aristotiles Frustra est illud quod
privatum fine in se non includit Aristotiles
Omnis res a fine denominanda est
Aristotiles Malum non evitatur antequam
ad cognicionem reducatur Aristoteles
Illud quod per se potest stare dignius
est illo quod non potest per se stare
Aristoteles vii° phisicorum Anima sedens
et quiescens fit prudens Aristoteles
Qui venere astucius in eo defacili
peccat in libidine Apostolus ad
Thymotheum Modico utere vino
propter stomachum Aristoteles Semen am
plius emissum infrigidat et exiccat
Salomon Audiens sapienciam sapiens
sapiencior erit Experimentum verum
sermonum oportet ut concordet cum
sensatis Aristoteles Natura per se
non est sufficiens ad suspectandum
oportet enim corpus esse sanum cibum
potum vel aliquem famulatum sibi pro
existere Tullius Sciencia sine

eloquencia est sicut gladius in ma-
nibus pueri Aristoteles primo topi-
corum Probabile est quod videtur
omnibus aut pluribus aut sapientibus
et habens aut omnibus aut pluribus
aut maxime notis enim sapiencia
Boecius de disciplina scolarium
Ut primo quam operis mater invenitur
constancia ita universe doctrine et
discipline noverca est negligencia
Boecius de disciplina Melius
enim esset mechanice deservire pe-
ne quam negligencie ignoranti
Boecius de disciplina Miserum
est enim fieri magistrum qui non novit
se subici Boecius in eadem A
luxurie servo studeat se disci-
pulus alienare Item Boecius
Filii patris castigacionem necesse est
indulgere Item Boecius in eadem
Vinum immoderate sumptum racione
perturbat intellectum ebrietat me-
moriam enervat oblivionem immittit
errorem infundit ignoranciam in-
ducit ubi ebrietas ibi furor do-
minatur ubi furor ibi nulla sapie-
cia pervagatur Boecius Quid
erroris ebrietas immittit nisi fre-
no sobrietatis castigetur ad unguem
Idem diligencia cuiuslibet operis
obtusitatem premollit Cibariorum
mediocritas scilicet sit facultas Potus
enim tenuis et eiusdem paritas vesti-
gium simul aperit penuria Boe-
Quia magistratus lesio vitan-
da est Idem felicis discipuli dis-
crecio magistratui subici gaudeat
eundem quam metuendo diligat filius
quam existat Boecius Nulla sig-
res magis preciosa discipulo

quam vita magistri contumeliosa
et inordinata Crisostomus Tediosa
est quies cunctis pueris et insanis
Aristoteles Ex calore et humore omnia
procreantur Aristoteles sicut materia ap-
petit formam sic mulier appetit virum
Aristoteles Duo sunt opera sanitatis
agentiente fallere et non mentiri
Aristoteles Homo auditu bono
magis fit bonus Item habitus
prodit operacione Aristoteles Homo ho-
minem generat et sol Item Clin-
toniensis in primo posteriorum dicit
Anima est creata ut deum intelligat
in intelligendo diligat diligendo
possideat possidendo eterna gloria
perfruatur Aristoteles Unumquodque ge-
nerare simile est naturalissimum
Augustinus dicit Anima est substancia
creata invisibilis incorporea im-
mortalis dei famula habens
ymaginem sui creatoris Augustinus
Anima est substancia racionis parti-
ceps in regendo corpori accommodata
Alexander in libro de regimine
principum O Alexander serva no-
bilem animam tuam superiorem et an-
gelicam a deo tibi datam ut non
dehonestetur Aristoteles Sapiencia
clarificat animam et facit eam de-
lectari in hoc seculo in perfectione et
in rectitudine et per eam datur
homini intelligere bonum alterius
seculi et qui invenit ea inve-
niet bonum in utroque seculo Albertus
in libro de plantis Sapiencia
que de munere magnificencie dominum
induit et illa induat scilicet mentis
illustracionem felicitatis appetitum
et nobilis affluentie [illegible]

Sapiencia dicit Qui me inve-
nerit inveniat vitam eternã et hau-
riat salutē a domino Aristotiles
Molles carnes apte menti dure
vero inepte Plato dicit Homini libe-
rato a curis exterioribus
concessum philozophari Commen-
tator sup̄ 2o Ethicorum Oportet
reluctari contra passiones sensi-
tivas quia si predominantur im-
pediunt virtutes ane Subiectio
discipli in tribus debet consistere
In docilitate In intencione In
benivolencia Auctor potencie
dicit Catone quintas sit cuicumque
volenti sit levis Et ergo beni-
nitas cuicumque nolenti sit gravis
Ezeles primo posteriorum dicit quod
sciencia est sempiternorum Philosophus
Xo Ethicorum Delectacio tenet op-
ante in ope Ezeles in sua Cano-
nica Oportet virum ducere puel-
lam in uxorem ut ipsam bonos
mores doceat Boecius de conso-
lacione philosophie Homines mente deo
sunt similes Philosophus dicit quod
viri multorum capillorum aput
coxas et inferius sunt magni
coitus

Nota Iordanis fluvius ut dicit
Ieronimus nascitur ex monte Libani
ex duobus fontibus quorum unus
vocatur Ior alter vero Dan que
pariter simul iuncta Iordanis
nomen efficiunt

Ieronimus dicit Adam fuit formatus
circa Damascum in agro Damas-
cenorum et positus in paradiso postea
eiectus et sepultus in Ebron non
longe a sepulcro cristi

Levita i subdiaconus levitieus i
servilis Leviathan dicitur serpens
maximus unde sic leviathan dicitur
serpens dicitur esse maximus Gigens
pisces qui devorant ore aliento A
quo leviathan dicitur demonium piscatum
Libanus masculini generis idem est quod mons
libanus feminini generis idem est quod arbor
libanum neutri generis idem est quod thus
unde sic libanus mons est hec arbor
hoc libanum thus Alanus dicit
Pondera portat equus bos terram
sulcat aratro vellera fert ovis
servat ovile canis i custodit sta-
bulum ovium

Penitet me fecisse hominem i facio
quod penitens facere consuevit septies
Ter quinquaginta David psalmos in
ordine canit Versus bis mille
sexcentos sex canit ille

Si vis proficere septem debes re-
tinere Ordo vivendi tibi sit fervor
studendi Libros semper habe sis
magis sine labe i sine peccato
Non sis elatus nec invidia ma-
culatus Optima doctrina fatur per
ferre latina

Nota Thomas de Aquino in summa
sic inquit Penitencia est sacra-
mentum nobilissimum quia deformata
reformat deperdita restaurat mor-
tificata revivificat Primo defor-
mata reformat quia anima in(?) de-
formis dicitur per peccata mortalia
in ea existencia Et illa deformi-
tate penitencia reformat Et
queritur Utrum per penitenciam omnium
peccatum dimittitur et aliud non et
posset aliquis dicere quod sic Et hoc
probat Gregorius sup̄ Ezechiele
Ubi sic legitur quod Amos vidit

pluuia cadente in vno loco / et
ibi fecundabat t̄ra et fructū producebat
tm̄ et nō in alio loco Sic deus
pt vna aīam saluaē et pcta dimit-
tē Certame q ibi aliqua pcta ma-
neant In oppositum ad hoc respon-
det Thomas cum Ieronimo et Augr
q impossibile est deum gram̄ suā
diuidē quia sicut facit cōmo deus
album ceuum et mutū sic deus aūz
penitentē saluū facit / quia gracia
dei siue caritas opponit peccō / q nō
possunt stāē simul / igit̄ sicut differunt
album et nigrum Et̄ia dt Thoꝯ
q omne nobile depellit vile Sic
pnīa siue mīma virtꝫ nobilior ē
omnibꝫ pctis ygit̄ de 2º Et̄ꝫ etiā
pnīa ꝑdita restaurat / quia ꝑ
pctm̄ omnia ꝑdimꝯ / ꝟ ꝑ penten-
ciam hoc restauramꝯ Et̄ueritur
homo optans vtutes in xp̄o caritate
et sine pctis si iste homo ꝑpetraēt
pctm̄ mortale vtrum omnia bona
opa sua essent ꝑdita / et dicit q sic
Et pbat ex dicto Ezechielis q ait
dnūs Et̄uaticꝫ hora homo ab omni-
bꝫ opibꝫ se auētit et in pctm̄ ce-
derit bonorꝫ opum suorꝫ amplius
nō recordabor Et sic sequit̄ q homo
ꝑ pctm̄ omē bonū amittit In
oppositū videt Thomas in argume-
to q impossibile est q malū impe-
diet bonū / q si omē bonū siue
bona opa debent vinci et ꝑdi
ꝑ vnū malū / hoc esset cont̄ iusti-
ciam / qꝛa bonū ē nobilius malo
sicut patꝫ in ꝑdicto argumeto Et̄ia
dicit Gregorius Nullū malum
impunitum et nullū bonū irre-
muneratū Sed ꝑpt solucionem
intelligendū ē q illa bona opa

que prius ab homine sunt ꝑpetrata
ista omnia stant coram deo et an-
gelis et sanctis eius Et coram deo
nō erunt ꝑdita Sed si homo opa̅
pctm̄ mortale tunc illa bona
erunt amissa Et si homo illo
tempore decedet ipe dampnaēt
ꝟ ꝑ pnīam omē prius ꝑpetratum
restaurabit Nota de t̄cio Et̄ꝫ pnīa
mortificata viuificat / q pctor dicā
esse res mortificata Et dt Thoꝯ
q dux est res / queda res ē mor-
tificata queda mortua Res mor-
tificata est ista que habet aliquā
mocionē / tamē michil potest opaī
et illa res bene potest reviuisci
sic est pctor / qui habet mocionē
et tamē michil pt opari in vtu-
tibus / ꝟ ꝑ pnīam reviuiscetur
Alia res est mortua et est illa
que nō habet aliquā mocionē
et sic est pctor / qui est etnalit̄
dampnatꝯ / sicut hij qui sunt in
inferno Nunc queit̄ vtrum
homo existens in mortalibꝫ pctis
Et si ille opat̄ aliquas virtutes
si sibi ꝓsunt Et dicit̄ q nō Et
pbat̄ ꝑ Ysaiam vbi dnūs dicit
Cum extenderitis manus vestras
ibi sē̄ Et cum multum inuocaue-
ritis nam exaudiam vos / quia
manus vre plene sanguine st̄
Et̄ia patet ꝑ Aplm̄ ad Corinth
Si distribuero omnem substanciam
meam in paupes et corpus
meum igni tradam et si cari-
tatem dei nō habuero michil sū
dicit pctor / Si nō ꝓsunt michi
tunc nullum bonū volo opari
Ad hoc respondet Thomas

Et nullus debet dubitare sed ideo de-
bet servire eterna si deus non retri-
bueit sibi in celo et in spiritualibus
retribuat sibi in temporalibus Etiam
propter hoc posito si homo deberet
dampnari attamen si homo haberet
memoriam de bonis peractis pe-
nas suas facilius sustinebit etiam
illa bona opera possunt esse causa
conversionis vite scilicet pie etc.
Nota per philosophum 6° ethicorum discipulus
plus tenetur obediere magistro quam
patri propter institucionem sciencie et
ideo deficiente magistro discipulus
debet sibi subvenire ne inquirendo
temporalia negligat disciplinam na-
turaliter quia discipulus facit magistro
inclinat disciplinam ad studendum
et tunc carius studet quia si gratis
habet vilius Cum doctrina datur
si vilis quam propter emat emptam
solet care multum medicina iu-
vare etc.
Seneca in epistola ad lucillum de
regulus est habere etiam sanctis
habundante quia habitum corporis
bene indutum nemo est igitur
dignus deo nisi qui contempserit
opes huius mundi unde dicit ve-
ae preteriti que pravis operibus
huius mundi impedit in ascensu sur-
sum ad eius creatorem etc.
Nota quod hoc nomen christus tribus
debet scribi sillabis propter trinitatem
in personis sicut patet per hugwicium
Quare homines habent duas
aures et tamen unum os racio
est ista quia plus debemus au-
dire quam loqui unde Seneca
Natura providit duas aures

et unum os ut apciores simus ad
audiendum quam ad loquendum
Quare puer prius flet quam ridet
quando exit a matrice dicitur quod racio
prima est theologicalis quod puer
flet primo propter peccatum nobis impres-
sum per prothoplastum primi parentis
Sed alia alia racio est quia puer po-
situs in matrice fuit involutus
subtili pellicula sed postquam puer pe-
partum producatur tunc exsit per por-
tas strictas que constringunt omnia
membra pueri gracia cuius constriccionis
et lesionis puer incipit flere
Quare fures et latrones qui sunt
iudicati ad mortem non debent
audiri confessionem nisi prius fue-
rint soluti a vinculis ferreis et cetera
quia per confessionem acquirunt li-
bertas anime a vinculis dyaboli
et ideo conveniens est quod tempore
confessionis corpus sit liberum
a vinculis quia peccata dominus solvit etc.
De Sambuco ita est quod flores eius
aliquantulum sunt albi et boni unde
de ipsis fiunt aliquando quedam bona
pulmenta Quidam eciam ipsos flores
ponunt ad suas medicinas sed
fructus ad ultimum est niger et fetidus
A simili temporalia que possidemus
aliquid valent dum sumus in vita
sed fructus diviciarum ad ultimum
fetidus est iuxta illud Eccle-
siastici Avarus non implebitur pecunia
qui cum obulo indiget et qui amat
divicias fructum non capiet ex eis
Sicut res furata suspenditur ad
collum furis sic super humeros
dampnatorum scripta erunt om-
nia peccata eorum et quod homo non
fuit ausus confiteri sacerdoti

hoc patebit omnibus in iudicio fu
turo.

Quando aliquis ferit porcum clamat et alii porci insurgunt contra eum. Sic est de malis hominibus quando vi
dent prelatum suum malum homines corripiente et corrigente omnes clamant contra eum et sibi omnes unanimiter detrahunt quod est contra apostolum dicentem Estote subditi prelatis vestris quia dicit Gregorius Melior est obediencia quam victima

Homo insanus vel arreptitius si videt ignem ante se mittit se in illum et inde non potest extrahi nisi per violenciam huic similes sunt peccatores qui igni dyaboli et temptacionibus se exponunt et vix ab igne iehenne et culpe predicacionibus et litteris sanctorum possunt extrahi unde dicit psalmista Super eos cecidit ignis et non viderunt solem etc.

Homo qui mordet in pomum mordet illud in parte meliori similiter facit dyabolus quia quando mordet hominem non mordet eum in corpore neque in pecunia sed laborat ad hoc ut mordeat eum in anima quia cum spiritus sit dyabolus non curat aliud nisi spiritum

Canis iacens super fenum non comedit illud sed tamen si videt aliquem deportare statim latrat et mordet Sic est de divite avaro qui iacet super divicias et tamen non comedit eas iuxta illud Ecclesiastici Qui amat divicias fructum non capiat ex eis tamen cum videt aliquid sibi auferri clamat et latrat et timet res diminui

Insanus putaretur homo qui iumentum suum in alto solio stabiliret et ipsum in cultris preciosis poneret et preciosa veste ornaretur et se ipsum stabulo pleno fimo et luto recluderet Sic plusquam insanus debet reputari qui corpus suum quod est sicut iumentum pro suo posse portat et vestire studet in alto pallacio collocat et animam que domina est in fimo viciorum et in luto sive in sterquilinio demonum illam relinquit unde Johannes Computaverunt iumenta in stercoribus suis etc.

Sperma in suo primordio tenerrima est sed postquam induratur pungens est et asperrima Sic est de peccato quod primo videtur esse suave et delectabile in fine autem mordebit ut coluber et venenum eterne dampnacionis infundit unde Gregorius Temporaneum est quod delectat eternum vero quod cruciat etc.

Filia autem cuiusdam regis exivit de patria sua cum quadam ancilla que cum esset longe de patria sua Ancilla abstulit ei totum quod habuit et fecit se dominam et vix dabat ei reliquias suas quesitum est a quodam sapiente quid faciendum esset de ancilla interrogatus respondit quod debet interfici Cui dictum est ex ore tuo iudico te serva nequam filia regis

est ancilla tua, que egressa est de
patria paradisi, cum ancilla .i. cum
carne tua, que subiugavit animam
sibi unde sibi dictum est, fac de
carne tua sicut de ancilla
Creando in campo aliquo iuxta ne-
mus vel in orto aliquo seminato
ponitur ymago, tenens arcum in
manu sua ad terrendas feras et
aves ne comedant semina, primo
videntes eam aves fugiunt, sed postea
quam vident quod sagittam nunquam
emittit paulatim et successive
veniunt et comedunt semina postea
modum veniunt super caput eius
et totam ymaginem inmundant
stercoribus suis. Ita est de prelatis
qui primo intrant in ecclesiam
qui debent tenere arcum et sagit-
tas in manibus .i. scientias sacre
scripture ad terrendas aves .i. de-
mones et frequenter debent sa-
gittas emittere per doctrinas et pre-
dicationes et exempla bona
Cum autem vident demones
cum ipsi sagittas non emittunt
sed quia se habent ad modum
statue, tunc attendunt ad gre-
gem dei, et sic semina come-
dunt et defedant stercoribus
suis etc. Sequitur ultra

Sequitur Non vult
facere frater facere
quod veniunt pacati

Quasi stella matutina
in medio nebule sic
pectus eorum ministri a-
micitiam proprietates
huius stelle matutine
possunt referri ad quemlibet doctorem
fidei .i. sacerdote et continentur in ipsis
versibus, Lucis splendorem fert
secum fert quoque rorem, iungens dat
letum vigilans quoque docens preit
ipsum Solis defectum lune comi-
tans hiemis quoque tempore lucescit
cedens estate quiescit. Glosa lucis
splendor est ut ibi vos estis lux mundi
fert quoque rorem .i. predicationem ut ibi
Tenebrosa aqua in nubibus aeris
iungens scilicet predicationem sermonis ut
ibi Ecce sacerdos magnus dat
letum .i. predicator letum facit pec-
catorem, qui est in tenebris igno-
rantie, vigilans quoque dicitur ut ibi
Beati servi quos cum venerit dominus
invenerit vigilantes Docens di-
esse scilicet per bona fama et honesta
conversatione, preit solem .i. christum
qui est verus sol iustitie, sicut
miles dominum suum precedit occidendo
inimicos gladio acuto, ut mortuo
mundo vivat christo, Defectum lune
comitans .i. sancte matris ecclesie
per compassione unde Apostolus quis
infirmatur et ego non infirmor
hiemis quoque tempore lucescit .i. tem-
pore tribulationis .i. apparet in calore
fidei cedens estate .i. quiescit in
iuventute a fervore luxurie et a
ceteris viciis unde scribitur qui
potuit transgredi et non est trans-
gressus Salomo memento creatoris
tui etc. Et Apostolus divisiones mi-

ministrorum sunt in ecclesia dei scilicet
Actiui et contemplatiui prelati
vnusquisque in inuocacione vel or-
dine vel ministerio vel officio respon-
deat vnusquisque dampno suo in via
virtutis sue fideliter in vinea domini
misericordiam operando Crisostomus Multi
sunt prelati siue sacerdotes nomine
pauci vero dignitate Unde Apostolus
melius est esse paucos et vtiles
quam multos et inutiles Lucas
messis quidem multa operarii pauci
sunt fideles viri Gregorius Si caritas
precium facit in rebus michil carius
deo et michil carius hominibus quanti-
bus racione bono et vtili pastore
Johannes pastor bonus animam
suam i. vitam suam dat pro ouibus
suis i. pro populo sibi commisso Unde
dictum est ter Petre amas me
Glosa i. amas me plus quam amicos
et cognatos Secundo i. amas me
plus quam res temporales Tercio amas
me plus quam teipsum pasce oues
meas Unde dominus in Ewangelio Qui
me amat plus quam me non est dignus
me Glosa illi vero deum minus diligunt
qui dicuntur amare seipsos quam hono-
rem suum temporalem et comodum plus
diligunt quam honorem dei Augustinus
Illi vero deum diligunt qui michil
aliud faciunt nisi nomen dei glorifi-
cant Unde iam pauci volunt pro
Christo sustinere paupertatem et tantum
dolorem sed capiunt diuicias hono-
res suauitates huius mundi tales
non suscipiunt curas animarum vel pre-
laturas propter omnes vel [illegible]
propter honorem mundi Cura autem
animarum non debetur honori sed

oneri Multiplex fit questio quo
sacerdos vel pastor curam suam
intrauit vel quo in ea vixerit
vel quo eam rexerit vel propter
que fine eam susceperit vel quo
patrimonium crucifixi expenderit
vel quo pascat gregem sibi co-
missum verbo modo vel bono ex-
emplo vel ut pascatur a grege
Unde hoc nomen pastor deriuatur
a pasco -is- cere sed non a pastor
pastoris Unde Jeremie primo
pastores pascebant gregem sibi
commissum et non pascebant sed in
ultima cum reddita racione dicit
Joseph i. Christus qui est verus pa-
stor fratribus suis i. pastoribus
ecclesiarum Amen ante dico vobis
non videbitis faciem meam donec
adduxeritis fratrem vestrum minimum
non reliquit non obliuiscatur
maiorem Unde ibidem Sanguinem
eius i. animam eius de manu tua
requiram Gregorius Tot mortibus
digni sunt negligentes pastores
qui et subditos suos predicacionibus ex-
emplo pertrahunt quod animas
animas negligunt Unde videat
vnusquisque pastor vel sacerdos
quo curam suam intrauit vel intrat
vel qualiter eam regat vel qua-
liter in ea viuat vel propter que
fine eam susceperit vel quomodo
patrimonium crucifixi expenderit
ne ut predictum est dominus ei obi-
ciat in reddendo racionem irro-
nice i. derisiue dicens Amice
propter alimenta corporum et non
propter salutem animarum quomodo huc

intrasti no habens veste nupti alem i caritate quia non per caritate i deum qui est vera caritas curam tua intrasti ut que tibi commissum pastes verbo et exemplo ut pastoris alios negliges et ociosus et vives voluptuose et luxuriose et ideo obmutescete dicet dominus ministris sz sathane ligatis manibus ne posset se defendere et pedibus ne posset fugere proicite eum in tenebras exteriores i carcerem eternum conveniente quia plus dilexit lucrum temporale quam salute animarum pro quibus dei filius morte sustinuit et quia hic vixit delitiose et totus premerat in peccatis et tota sustinebit in penis eternalibus quantum glorificatus est in delicijs huius vite tantum locum date illi in tormentis et faciatis eum mergi in infernum et ardeat ut oleum in flama unde ysaias asportavit eum faciet sicut gallum qui portatur de foro pedibus suspensus erectis et capite dimisso et decoquitur in olla sic tu decoqueris in olla infernali varijs cruciatibus ut pena ardeat culpe cum enim beneficium alicui porrigitur valde gaudet sed non querit quis scitorum sit ibi in ecclesia sed quantum valeat in temporalibus unde pauci iam curant quo cura sua suscipiunt intrant uel quo regant ut vivat in ea sicut dominus dicat quia nec symoniam abhorrent sed heu iam in pluribus dominatur Gregorius si ea intentione gradus ecclesiasticos uel beneficia querit ut habeat vite necessaria hic perverso ordine volt ecclesia intrari longo enim melius esset mendicare vel laborare unde vivere unde Johannes qui non intrat per hostium i per christum in ovile ovium sed aliunde ascendit ille fur est et latro et fur furando virtutes sibi et alijs latro occidendo animas et fur non intrat nisi ut furetur i mactet et perdet et furatur virtutes mactat corpus perdat animam in iehenna ignis Cum ubilibet autem pastor uel sacerdos tenetur habere in se scienciam cia i elloquencia et bona vitam scienciam debet habere diuinorum verborum et intelligencia in quibus primo cognoscit deum et se et alios unde Bernhardus multi multa sciunt et se ipsos nesciunt idem qui non cognoscit se ipsum nichil cognoscit hec est enim probatissima sciencia inter philosophos et scolares que dicitur Cognosce te ipsum quam etiam Augustinus in libro de sancta trinitate allegat dicens omnia sciencia celestium terrestrium est propriam infirmitatem scire unde Gregorius Da michi domine scire me et intelligere me eloquenciam debet habere discretam ut hic quod scit intelligat eam alijs predicet ne abscondat pecuniam domini sui et ne sit canis mutus in domo dei i in ecclesia unde ysaias clama ne cesses annuncia populo meo scelera sua unde Tulius Eloquencia est sciencia proferendi certa opera ornata verborum et pondere sententiarum Idem melius est ulterius eloqui copiose et prudenter quam aliquid acutissime sine eloquencia excogitare Plinius Efficacius est audire vitia quam audiri unde sacerdos tenetur habere scienciam cum eloquencia Gregorius ignorantia sacerdotum non eget venia uel excusacione

Ezechie xii aut docti fuerint
fulgebunt sicut splendor firma-
menti et qui ad iusticiam
erudiunt multos quasi stelle in per-
petuas eternitates et ad idem daniel
xii. unde duplici honore honorandi
sunt sacerdotes primo propter officii di-
gnitatem, 2o propter doctrinam et precipue
isti qui fideliter laborant in informa-
cione christianorum ut in decretis causa
ordo fidelium predicatorum est precipue
imit vitam bonam habent sacerdotes
ut quod ore predicat opere adimpleat
lucas Cepit ihesus facere et docere
Jeronimus aliud aliud est bene loqui
vel predicare et pulchre vivere, quam
proprio ore seipsum condampnare Ori-
genes xii seipsum non docet, quo
alios docere potest Gregorius Nos splen-
dore morum, sed in operum virtute pre-
dicator glorietur Jeronimus doctorum
officium est lapsis porrigere adiu-
torem, vel errantibus iter, ostendere
veritatem Gregorius Bonus doctor est
qui humiliter servat disciplinam suam
et per disciplinam non incurrit superbiam
Crisostomus Si vis sanctus apparere
contra vitam tuam esto austerus et
contra aliorum peccata benignus audi-
ant te omnes prius mandantem et
convia pacientem Jeronimus difficile
est hunc quem homines laudant
ita vivere, ut eum laus humana
non capiat Gregorius Cuius vita
despicitur restat ut eius predicatio
contempnatur, Dignus enim pastor
vel sacerdos sit sedulus in cura
sibi commissa in ammonicione fidelis
predicator, et preest divinum ut pacet
domino plebem perfectam, In katke-
kathedra primus et discretus index

in confessione mediator inter deum
et hominem peccatorem Crisostomus
loquitur interrogative, Erravimus pro-
dicam primam pacientes, nonne
melius est propter misericordiam reddere
racionem, quam propter crudelitatem, ut
paterfamilias largus est, dispen-
sator eius non debet esse tenax
Si deus est benignus ut quid sacer-
dos austerus sit, Etiam sacerdos
vel pastor debet esse pius in af-
flictorum compassione et in hospi-
talitate et in elemosinarum largi-
cione duplici scilicet spirituali et cor-
porali propter opera spirituales con-
tinentur in hoc metro Corrigo pro
pacer doceo fero consulo solor
Glosa Corrigo errantem, pro
amicis, pacer pro amicis, doceo
indoctos, fero id est sustineo egri-
tudines vel egrotos Consulo
pusillanimes, solor tribulaciones
corporales, operaciones misericordie
continentur in hoc metro, visito
infirmos, cibo esurientes, poto
sicientes, redimo captivos tego
nudos, colligo id est in domum reci-
pio peregrinos, cumbo id est sepelio
mortuos Sunt alie species ele-
mosine primo quo dat sibimet
ipsi unde Salomon Miserere anime
tue placens deo Item qui sibi
nequam cui vel quis alius bonus
Secunda species Elemosine quam hoc
ponit ante pedes domini id est pau-
peres qui sunt membra eius Ter-
cia ponitur in gremium dei que
datur leprosis infirmis et captivis
unde Salomon absconde elemosinam
mosinam in sinu pauperis et

Quarta elemosina ponit in
manus domini qua homo dat vidu-
is et orphanis et aliis qui pudeat
mendicare et qui defectum magnum
sustinet propter honores temporales p-
recipue quam dat cognatis et amicis
indigentibus unde carnem tuam ne
despexeris et Katho cognatum tu
tibi noli spernere natis Quinta est
pectus elemosine que ponitur super
pectus domini cum homo dimit-
tit offensas sibi illatas in verbis
et in rebus ablatis unde dimit-
tite et dimittetur vobis Sexta
species elemosine est que ponitur
in os domini quando quis offert
ad altare pro posse suo de rebus
iuste acquisitis ubi offertur sacro-
sanctum corpus domini pro salute a-
nimarum ac pro salute vivorum
et cum quis dat sacerdotibus ele-
mosinam augetur professionis vel
ad calicem vel ad ornatum vel
decorem ecclesie domus dei unde
paulus operemur bonum omnes dum
tempus habemus precipue autem ad
domesticos fidei scilicet sacerdotes qui
sunt illuminatores fidei et doctores
Septima species est elemosine
cum qua christus vestitur que datur
pro mortuis qui sunt in purgato-
rio unde in libro Machabeorum
Sancta ergo et salubris est co-
gitatio pro defunctis exorare etc.
Sancta quia pro compassione salu-
bris pro elemosinarum largitore
unde Matheus date elemosinam
et ecce omnia munda erunt Da
tibi et redime elemosinis

peccata tua Daniel Elemosina data
in vita est lucerna que illuminat a-
nimam ne cadat in tenebras eternas
Idem O homo si ieiunas in hoc
differs dyabolo qui numquam comedit
si vigilas ipse numquam dormit Si
continens es ipse numquam cognovit
Si silencium tenes ipse in verbis
defluit In hoc solo dyabolum superas
si elemosinarum opera perficias Bernardus
Frustra in manibus suas oraturus
extendit qui eas pro posse ad sub-
veniendum pauperibus non extendit
Ambrosius Pietas ad omnia va-
let Nam si quis lubricum carnis
vapulat vel punietur sed non peribit
unde Ieronimus Non invenio legisse me
aliquem esse dampnatum qui in hoc
seculo vitam duxit liberalem Grego-
rius Numquam est vacua manus a munere
ubi repleta est archa cordis bo-
na voluntate Augustinus Qui propter
Christum vitam dat compellitur redio-
rare et perdit meritum unde da fa-
cie leta sive leticia faciei Si de-
deris perdis rem vel meritum quia rei
Apostolus Hylarem enim datorem diligit
deus Augustinus Elemosina est vestis
sancta augens premia minuens
peccata separans a demonibus iungens
angelis et est quasi murus inexpu-
gnabilis circa animam Thobias Ma-
gna fiducia elemosine coram
summo deo Elemosina ab omni
peccato liberat et non sinit intrare
tenebras Salomon Sicut aqua
extinguit ignem ita elemosina
extinguit peccata Ecclesiasticus Elemosina
extinguit ignem peccati vel ignem ire dei
ignem iehenam

Cum dictum est de elemosina du-
plici sz spirituali et de precibus
eius cum auctoribus petentibus et
petitis. Dicendum est nunc de suffra-
giis quibus sacerdotes tenentur animabus
in purgatorio suffragari quarum vero
sunt elemosinis et oracionibus quibus
animabus purgandis in penis purga-
torii annus pro die statuitur pro penitencia quam
in vita neglecta quod anime sunt tres
partes expectantes in purgatorio exem-
plum de filiis israel qui per desertum
transierunt quadraginta annis et in
quadraginta diebus pertransierunt si con-
tra deum non peccassent. Triplex enim
ecclesia dicitur in mundo militans in celo
triumphans et in purgatorio expectans
ut predictum est quibus animabus quatuor
modis precipue potest subveniri Primo
Missa preces dona ieiunia quatuor
ista Absolvunt animas quas purgans
detinet ignis. Ceterum vero pene
communes sunt quia pene huius mundi
et omnia genera tormentorum que in hoc
mundo a tirannis poterunt excogitari
et inveniri unde Augustinus Nescio
quid petit qui purgatorium petit
tamen inter duo mala minus malum
eligendum est unde anime ibidem
clamant ut dicit Job Miseremini
mei miseremini mei saltem vos
amici mei etc. Duplex enim
manus domini in hoc loco intelligitur
sz tenentes in purgatorio purgan-
das animas expectantes liberacionem
et manus dampnatorum in inferno unde
in libro Machabeorum Sancta
ergo et salubris est cogitacio re-
specta pro compassione carorum sa-
lubris cogitacio pro elemosinarum
largicione fidelium et omnium precipue
sacerdotum quibus anime committuntur
quia elemosine cibus sunt animarum
oraciones vero potus ieiunia fidelium
magna refeccio et convivium est
eciam nostandum quod peregrinaciones
sunt alleviacio carcerum et penarum
ereptio Indulgencia vero eis profi-
cit si qua hic dum vixerunt pro me-
ruerunt unde legitur de commen-
dacionibus animarum deus cui con-
petit medicinam prestare et indul-
genciam post mortem quia ibi sunt
anime de foro ecclesie expectantes li-
beracionem sz in purgatorio ideo
quas manus domini tetigit omnibus
aut remediis quibus animabus in
purgatorio potest subveniri Mis-
sa precellit unde Gregorius O quantum
bonum et mirificum donum dei
misericordia quia missa nunquam
celebratur quin ibi duo virtuosa
concurrunt sz unius peccatoris conversio
vel ad minus unius anime de purga-
torio liberacio unde caveat here-
des parentum vel mortuorum vel
commissarii testamentorum et ma-
xime sacerdotes et ceteri quibus
anime committuntur vel quorum elemo-
sinis vixi sunt vel vivunt ne in
aliquo eis hec remedia sub-
trahant quia eorum viaticum est
pro furto summo et sacrilegio eis
reputatur qui primo mortaliter
peccat in deum 2o in sanctos
et in omnes angelos de quorum
collegio cadunt et sunt dum li-
berantur 3o peccat in omnes animas
in purgatorio existentes quia
impediunt absolucionem earum

Quarto p'cant in omnes xpianos
per quibus aie a penis liberate
orarent et intrederent ad deum q̄
bus clerici nō satis faciūt in pnti
puniunt' uel in futuro dampnat'
Sequit' ut sup' dictū est
Sq̄ quibus pastor uel sacerdos
sit sedulus et solitus p'
grege sibi cōmisso nō debet esse
psonarum acceptor, quia xpc omnes
vno p'cio scz sanguine suo redemit
considerando ad ipm ut intrat
a domino dicitur cōmedari Euge
serue bone et fidelis, In nullo igit'
ordine iste consolabit' q' semp
absens a cura sibi cōmissa, nec est
ut pastor, nec regit ut mercenarius
eum in isto ordine estimo vbi
nullus ordo s3 sempiternus error
inhabitat vt̄ bn̄ Augus Miror cle-
ricos aliud esse quā q̄ apparent
habitu et vestitu aliquando sunt
ut clerici, questu ut milites, actu
ut layci lucrum exercent, nec
regunt sicut clerici nec pugnat
ut milites, nec laborant ut lay
ci, s3 tamen inordinate plures cle-
ricis viuunt contra sacros canones
et statuta ecclesiastica, confundentes
seipsos et totā clericalem honestatem
Et quia hic cū omnibus puerse
viuentibus moribus et vita pparat
tamen 2ª pena in infirno in futuro
punient' vt̄ Greg' vnum quodq3
petm habet suū dempnū, quod
adducat suū suppliciū Attendi-
te ergo qui vocati et electi estis
et constituti ut pdictū est, ser-
uite domino in sctitate et iusticia
Vnde Aplus nō em vocauit nos
in mundiciam s3 in iustificatione
vnde idē scribit Hec est voluntas
vestra sctificatio ut sciat vnusquisq3 vas
suū in sctificatione possidere ps Ambu-
lans in via inmaculata i in castitate
mentis et corporis et sanguinis hic
michi ministrabit in tanto misterio
corporis et sanguinis mei et ego ex-
audiā eum Augus Quid pdest si
seruat' castitas in corpore et mentis
integritas intus polluit' Idem
virginitas in corpore nichil pdest
si virginitas et humilitas cordis
diffusa ē a mente Nichil vero pro-
dest carnis virginitas vbi nō est
mentis integritas et vbi timore
supbie corrumpit' bn̄ I Superba
castitas nō est vera castitas s3 or-
namentū dyabolicū et psribulum
Augus Animaduertite ergo o vos
sacerdotes in quanta paupertate pu-
ritate et tremore et illud sacrificiū
scz xpm qui p angustia mortis
sanguine fudit vobis ipe est sacer-
dos mirabilit' et ineffabilit' opat'
Vnde dicas cum pphta Jn toto cor-
de meo exquisiui te domine, ne
repellas me a mandatis tuis Jtem
despicias me deus salutaris meus
s3 cor mundū crea in me quod ē restau-
ra in me deus et spm rectum
innoua in visceribus meis ut
te pfecte valeam diligere et
digne laudare etc

Nunc ergo dicendū est de
sacerdotibus secularibus ma-
nifeste cū mulieribus cōcubitibus
uel adulteriis uel fornicatoribus
uel pprias oues violantibus uel
ebriosis uel luxuriosis et secula-
ribus negociis et pluribus vanita-
tibus implicatis Committimus eis
conscientias corporum et platis corporum

Unde Jeronimus Aliturius erroris non
est nemini reddere racionem Bonum inte-
gritatis tue sis curiosius explorator
et non aliene Quid enim de illis
iudicandum qui sponsam xpi
violant dicit Jeronimus Sicut scelestius
est sacrificium etiam templum destru-
ere quam domum plebani sic sce-
lestius est violenter sponsa xpi vi-
olare quam vxorem proximi legitti-
ma Glosa levitici Cum demones
super omni peccato gaudent maxime
tamen gaudent de fornicatione in
sacerdotibus et religiosis qui sunt
ministri altaris Unde Jeronimus Acer-
biora tormenta vehemencia quibus
fornicatores et adulteri xpi debentur
Item Quid tibi cum mulieribus tu sa-
cerdos qui ad altare deo famula-
ris in cuius loco stas Idem dicit
O sacerdos quomodo eisdem labiis oscu-
laris filium virginis quibus osculatus
es filiam veneris Juda osculo tra-
didit filium virginis O sacerdos os
tuum efficitur cottidie sepulcrum xpi
quo ex ore tuo progreditur falsitas
per quod ingreditur veritas scilicet ipse
xpus quomodo oculi tui aspiciunt
vanitatem qui inspiciunt veritatem
Quare manus tue extenduntur ad il-
licita que tenent tenere omnia
Quare te ingurgitas ebrietate
qui plenus debes esse sobrietate
Augustinus Si sacerdos fuerit vas inco-
tinencie et libidinis iuxta filium
virginis in altari statuit ydolum
veneris Cum deus profert verba ca-
nonis et os eius amaritudine
et dolo implebitur et quibus orat
labiis tamen expuit in faciem sal-
vatoris et cum presumit sumere

corpus dominicum levius esset ei ut
iaceret in lutum Bernhardus Turpissimum
est manus sacerdotis crismate sa-
cro dedicatas pudibundis mulierum
ingerere et post hoc sacrosanctum cor-
pus dominicum tangere et tractare
filium virginis et ad os sordidum
sumere quod mens non capit quis
oculus non erubescit quis auditus
non terretur ubi mundi precium proicitur
in sterquilinium id est in os immundi sa-
cerdotis Mirum est quod talis non
veretur angelum dei stantem iuxta
se qui secaret eum per medium
et tales bene possunt vocari pres-
biteri susanne Unde Augustinus O
tu indigne sacerdos noli me
amplius peccando affligere plus
enim ledit me vulnus peccati tui quam
vulnus lateris mei Idem magis
delinquunt qui iam regnatorem
in celo contempnunt scilicet indigne
corpus eius tractantes et su-
mentes quam qui eum crucifixerunt
ambulantem in mundo Immo non sunt
crucifixores sed quasi tanti indigni
ministri sacerdotes et presumptu-
osi perceptores quia illi semel
deum crucifixerunt in terris Isti autem
quocienscumque fuerint indigne
tractantes sumentes cottidie cruci-
figunt Augustinus Inter omnia opera
dei nunc que ab inicio impensa
sunt saluti hominum nichil mi-
rabilius nichil excelsius quam
quod pro mundo crucifixus est deus
Leo papa Magis admiranda
est dei humilitas quam sua ma-
iestas Augustinus Minima gutta
sanguinis xpi suffecisset ad

redemptionem humani generis
ꝗ ideo maior copia sanguis eius
data est ut copiosius clarescerct
affectus diligentis nos in vulne
lateris etc

Attende ergo o homo quan-
tum datum sit pro te et
maxime tu sacerdos, dns
enim tuus est cuius corpus et san-
guine tractas Timendum est ve
q dns habes sacerdotes sz indig-
nos ut sup sz no exaudiat ꝗ
eum magis ad iracundiam pro-
vocant unde scribitur peccaverunt
et no filij eius in sordibus i in
pctis, ydeo deum no placant
sz magis offendunt et etiam loca
alia vasa sacra que tangunt
quam diu in pctis sunt obstinati
contaminant unde Ambrosius Si
sacerdos sine offensa no vivat
qui p offensis deum interpellat
iudicem qd iracundiam potius p-
vocat qz compescat unde Augustinus
Maius iudicium deus in mdo no
patitur ab hominibus viventibus, qz a
sacerdotibus carentibus sciencia et
bona vita Idem plus valet
deo ululatus canum vel lu-
porum quam cantus indoctorum
sacerdotum Gregorius Nichil qz in-
tantum efficit i nocet in ecclia
dei, quam qz indigni assumuntur
in regimine animarum unde prelati
quidam moderni temporis parum
curati quos ad ordines suscipiunt
vel admittunt vel quibus p mo-
vendis in sacerdotes manus
imponunt ut iam laici clerum
vilipendunt qui negligentes
sunt et ceci, quidam duces

cecorum unde Apostolus cavendum est
ne cum alijs pdicaverim ego ipse
reprobus efficiar unde pdicant quidam
non mechandum mechantur, no fura-
dum furantur no feneranndum fenerantur
i fenus usuratores et cetera vitia
tam in vobis qua in factis inordina-
te vivetes, Hec omnia pdicta platis
committamus et ecclesiastice correc-
tioni corrigendo

O vos ergo plati et presbiteri
in vobis pendent anime
virorum subditorum in cura vobis
commissorum Presbiter enim dicitur
qsi prebens iter scz populo sibi commisso
sz verbo et bone vite exemplo et
pro posse tempali subsidio, et ideo
no tantum querat lucrum rerum tempalium
sz etiam lucrum animarum p quibus filius
dei mortem sustinuit Legitur in tercio
Regum, cum regina Saba in au-
la Salomonis esset intuita or-
dinem castrensium et mensam regalem
et omnem domum et ornatum curie
et familie considerasset p omnibus
laudavit ordinem pincernarum Erat
enim unius habitus Aula enim Salo-
monis significat ecclesiam, mensa
summi regis altare in quo conficitur
et tractatur sacrosanctum corpus xpi
Cui mense sz altari sacerdotes et
diversi ministri deserviunt, etiam
angeli infiniti, qui dicuntur virtutes
celorum, huius mense regis sz sacerdotes
sunt pincerne ydeo debent esse
unius habitus i sancte conversa-
tionis in aula regis summi, ut pos-
sint dicere cum pphta, In domo dei
ambulavimus cum consensu i cum
consensu i cum dei voluntate
qui pincerne hic est sacerdotes

pre omnibus sunt electi et constitu-
ti ad divina libamina regis et fa-
milia eius scilicet fidelibus propinanda
unde eis dicitur per prophetam munda-
mini qui fertis vasa domini id est pu-
rate illi corda vestra in omni iudicia
intus et exterius per bonam famam
et honestam conversacionem ut digni
sitis bibere vinum de manu domini
quia calix in manu domini vini meri
Etiam venite et bibite vinum quod
~~miscui~~ miscui vobis scilicet mea passi-
one sanguinem et aquam de latere
meo confluentem inebriamini mee
dilectionis et delectationis non tamen
dico mero scilicet meracissimo istius vitis
de qua ut bibunt sanguinem uve me-
racissimi id est sanguinem filii virginis
intemerate uve istius dico uve vel
vitis qui dixit Ego sum vitis vera
Nobilis vinea in qua pater agri-
cola est nobilis vitis scilicet filius eius
nobiles palmites scilicet apostoli nobile
vinum est eius sanguis Sed sacer-
dotes sunt pincerne istius sanc-
tissimi vini scilicet sanguinis Christi qui
profluxit de torculari plus in a-
ra crucis dum pater calcavit quod
omnibus in eum credentibus sangui-
ne uve perfecte propinatur meracissimum
quem assumpsit homo factus de
mundissima carne marie virginis
Aija vos sacerdotes pincerne
veri Salomonis id est ihesu Christi
et camerarii et secretarii
et dispensatores misteriorum dei di-
ligenter attendite in hoc gradu
id est dignitate sacerdotali qui estis
constituti super omnia bona domini
Aug(ustinus) Quid potuit deus plus

dare sacerdotibus quam seipsum trac-
tare et sumere ministrare Ergo red-
dite ad cor et respicite insigne privi-
legium vestre dignitatis Quinque enim sunt
dignitates sacerdotum pre ceterorum
Primo enim dicitur sacerdos quasi sacris
dotatus Sacris scilicet ordinibus quia
ipse in summo gradu quod est sacer-
dotium Secundo dicitur sacerdos quasi
sacris deditus id est sacramentis ad certi-
ficanda sacramenta Certificat enim
ut corpus dominicum signis et pro-
digiis Tertio dicitur sacerdos quasi
sacra dans dat enim confessionem
penitentiam indulgentiam eukaristiam
benedictionem et extremam unctio-
nem Quarto dicitur sacerdos quasi
sacra docens docet enim verba
sancti ewangelii et articulos fidei
Quinto dicitur sacerdos quasi sacer
dux scilicet ducatum prebens et iter
populo Christi ad regnum celorum sana
doctrina et exemplo bone vite
Vos ergo sacris dotati et sacris de-
diti atque Dona sacra sive do-
cens et dux sacer esto sacerdos
O in veneranda sacerdotum di-
gnitas si digne et sacerdota-
liter exercetur in quorum manibus
Christus velut in utero virginis in-
carnatur et per quos pater et fi-
lius et spiritus sanctus mirabiliter
operatur Super hoc tam insigni pri-
vilegio vero stupet celum mi-
ratur terra tremit infernus ve-
retur homo contremescit dyabolus
veretur tota angelica celsitudo
quod uno eodemque momento deus
ipse qui possidet in celis in-

manibus viris est in sacrificio
Quid ergo retribuam dno pro
quodam singlari dono scz sacdocio
quod e datum optim et donum
pfctm q d. nescio nisi domino
munea corpus et aiam. Corpus
in seruiciu et aiam vero in laude
eius vnde pbta lauda aia mea dnm
Item Bn o venerabilis scititudo
manuu o felix exercitiu o
veri mdi gaudiu prima sumis iungi
tur vobis xpt tractat cuius delicie
sunt esse cum filiis hoim vnde
Aplus vos estis genus electum rega
le sacerdociu gens scta pplus ac
quisiconis vos estis genus elet
electum no tm electone tpalis
platonis sz eciam etne pdestina
conis vnde Aplus Elegi vos
ante mdi constitucone qui no
dum eratis nisi pdestinados Gregl
Nichil aliud est pdestinaco quia
pntis gre pparaco et glie future
pdestinacio Augs Quatuor
em respiunt ad pparacone gre
pntis et pdestinacone glorie
future primo volutas tribuetis
Im libertas voluntatis Tcio pre
destinatio no existetis Quartu est
meritu accipientis Aliogn no e
gra in pnti nc sequetr glam in
futo Augs Quid quid habes me
riti preueniens gra dona nil deus
in nobis pt sua dona corona
vnde Aplus qs pdestinat hos
et pdestinat conformes fieri yma
ginis filii sui sz sacdotes tantis mi
steriis Inde quos pdestinat hos et
vocauit et qs iustificat hos et ma
gnificat Glosa i pdestinacoe e
gracia in vocacione prima
in iustificacone leticia in magni
ficentia gloria

Considerate ergo o vos sacer
dotes vre honorabilis ex
cellencie dignitate quo
vos deus no solum prceteris
creature honorauit sz etia p cunctis
creaturis quas ad laude et gliam
nominis sui creauit Et hoc est quod
dicit dns Ego constitui te ut euel
les pcti maculas et edificas corda
hoim p viaz agere volenciu et dispar
des curres et plantes virtutes in
aiabus viuificandis vnde dt domi
Elegi vos de mdo et posui vos ad
gram ut eatis et fructum afferatis
fideliter operando et fructus vester
maneat mecum in etnu congau
dendo vn Bn Nullus fructus deco
racior qz p quo morte sustinuit
xpus sz fructus aiarz vnde Augs
Quis em domino in omnibus homib
lucrat aias nisi sacerdos qui eas
p baptismu regenerat et p con
fessione ad pniaz reuocat et eos
sacramento eukaristie cibat vnde
Mathias labia sacdotum custodiut
sapienciam et sciencia sz diuina
quia angelus domini exercituu est
angelus in electone Angelus in ardoe
i caritate Angelus in annunciacone
Angelus in graz accone Anlus
in subiectone humilitis Immo sal
ua reuerencia angelorz quorz in
effabilis est reuerencia dico qz ma
ioris et excellencioris dignitatis
sunt sacdotes qua angeli largo
modo loquendo Quia nunqz alicui
angelorz tradidit deus quod da
tum est sacerdoti Quodcunqz li
gaueris sup terram erit ligatum
et in celis etc

Nota due sunt sacerdotum precellentes
scilicet sciencia et potestas que
date sunt a domino beato petro
apostolo et hominibus non tamen omnibus
sed suis successoribus scilicet sacerdotibus licet
enim solus deus dimittit pecca-
ta tamen sine suis sacerdotibus hoc
facit quod patet per curacionem leprosorum quos
cum dominus mundasset dixit eis ite
ostendite vos sacerdotibus et similiter
obedite et cum irent mundati
sunt probari quod potest per lazarum
quem cum dominus resuscitasset a mor-
tuis dixit discipulis suis Soluite
et sinite eum abire Et quare eum
christus non soluebat a vinculis cor-
poris qui soluit eum a vinculis mortis
et quare non iussit Martham uel
mariam magdalenam sorores eius
vel iudeos uel cognatos qui propin-
quiores ei fuerant debito nature
quam discipuli domini Vnde quod per hoc pa-
tet euidenter et probatur quod solis sacer-
dotibus data est a domino potestas
ligandi et soluendi Ecce quanta
dei benignitas et sacerdotum digni-
tas quod ipse deus per malos quidem
operatur Et hoc ideo ne claues ecclesie
ab infidelibus vilipendentur Et si
aliqui sacerdotes non habent ex me-
rito bonum quod faciunt habent
tamen ex officio sue dignitatis
Et si quis sacerdotum indignus sit
hoc sibi non tibi
Ecce quanta potestas vobis
sacerdotibus a deo concessa
est quia lingue vestre cla-
ues celi facte sunt Nota quia
sunt verba sacerdotis stantis ad altare
dicentis hoc enim est corpus meum
cum vobis dominus in cena probauit

vel in lauacione sua sanguine
et aqua de latere suo profluente dixit
hoc facite quotienscumque sumitis in
mea commemoracionem et ob mei amo-
ris memoriam quam exhibui vobis
in cruce passus pro vobis vobis celos
celorum aperiens Et ipse christus qui est
in sinu patris venire dignetur in
manus sacerdotis vbi virtutes celorum
desunt et panis in altari in vero
corpus christi et vinum in eius san-
guinem vertitur et mutatur Et sub
modica forma panis tota velatur
verus deus et verus homo vnde ysa-
ie tu deus absconditus es in hoc
sacramento ut medicina sub nebula
vnde psalmista mirabilia opera tua domine
videlicet in hoc sacramento corporis et san-
guinis tui et anima mea cognoscet
nimis scilicet firmiter credendo etc.
Quando igitur tante dignitatis
sit sacerdos qui creator sit sa-
cramentis et tocius creature redemp-
cionis et dampnacionis est incolumes
Quia in ecclesia requiescunt reliquie
sanctorum quorum anime sunt in celo Sed
ipse deus requiescit in corde digni
sacerdotis vnde augustinus pelegi in
corde sacerdotis in habitaculum dignum
mee mansionis tamquam in vase vi-
treo licet enim vitrum sit debilis
materie tamen splendidius auro
et argento Sic sacerdos est dignior
et maior coram deo omnibus regibus
et principibus mundi videlicet in sua digni
dignitate vnde honorandi sunt
sacerdotes quibus dominus tantam in
mundo pre omnibus hominibus graciam
contulit et honorem vnde dominus

in ewang° Qui vos audit me au
dit et qui vos spernit me spernit
Item Apostolus Qui vos conturbat scilicet
indebite sibi iudicium parat quicumque
est ille Unde Ysa. Qui vos tangit
scilicet sacerdotes ille offendit pupillam
oculi mei Unde legitur de Allexandro
magno Quando venit ad expug-
nandum Ierusalem occurrit ei sacerdos
iudeorum ornatu Et quesivit quis
esset et dictum est ei quod esset sacer-
dos dei altissimi Ipse vero rex desce-
dens de equo humiliter se inclinando
honoravit eum Et sic Ierusalem obtinuit
graciam regis Quanto magis hiis temporibus
sacerdotes honorandi sunt Qui omnium
regem et creatorem totius creature
creant tractant et sumunt et ali-
is ministrant Unde Ysa. patrem
filium inficere est impossibile Sic
creatorem prodere creatura e incoveniens
Si aliqui indigni sacerdotes inter eos
sunt tamen propter officium sacerdotale
honorandi sunt Quia ipse in ipsis
honoratur et eius camerarij sunt
et ministri eius qui est Alpha
et O per infinita secula seculorum amen

Salomo dabitur illis sacer-
dotibus electum fidei donum
et sortes in templo dei al-
tissimi scilicet sortes dulce gracie et glorie
De sorte gracie dicit psalmista In ma-
nibus enim tuis sortes mee et ordo
et vita electorum De sorte glorie
dicitur in Daniele Stabis in sorte
tua in fine dierum Salomon Ecce
quomodo computati sunt inter filios
dei scilicet ipsi sacerdotes et inter sanctos
sors illorum est Merito igitur gau
dete et benedicite vos sacerdotes
domino deo et laudate et superexaltate
eum qui ad tantam gloriam et dignitatem
elegit vos Gracias agite pro tantis
beneficijs pre ceteris preteritis et futuris
pro temporalibus et spiritualibus et eternalibus
et rogate suppliciter dicentes Confirma
hoc deus quod operatus es in nobis scilicet
per immensam gloriam et graciam tuam in
presenti et presta ut cum omnibus sanctis
et angelis nos commissis et omnibus
fidelibus tuis in futuro regno celorum
confiteamur nomini tuo sancto et
gloriemur in laude tua in eternum

Venit filius hominis querere non
perdere salvare non dissipare
sicut mali prelati de quibus
sapiens ait durum est hijs qui male
intrant durius hijs qui postquam
intraverint male vivunt durissimum
hijs qui male perfunt Tres enim que-
stiones Quomodo intrasti quomodo vixisti
quomodo rexisti De primo Amice quo-
modo huc intrasti non habens vestem
nupcialem Si forte canonice non
per preces violentas non per precium non
per sanguinem adhuc restat qua
intencione aut propter caritatem aut
propter cupiditatem Si propter deum facit
que dei sunt facias sicut iste qui
veniens ad forum faciat ea propter que
venit aut ille obmutuit quia non
paravit sibi de hac questione quia
oculus eius id est intencio non erat
simplex id est recta totum corpus erat
tenebrosum unde dicitur Mittite
eum in tenebras exteriores Secunda
questio fit per Ysaiam Tu qui es
quomodo vixisti in ecclesia tua et respon-
de si nescis Sequitur Ecce dominus apportare
faciat ut apportatur gallus galli-
nacius qui maior est aliquibus

maiores in eccl(es)ia nichil faciunt
s(ed) minores. Tercia questio fit p(er) Je-
remiam. Ubi grex tuus qui datus est
tibi p(ecus) inclitum .i. valde gloriosum et
ne credat deum posse dubitare de
aliquo eius perisbunt manu mercen-
tis. Si ergo p(ro) vobis sub dicit oporte(t)
redde racione(m) huiusmodi erit in-
dicium omnibus qui presunt

Tria sunt quib(us) dyabolum
optime vincimus, ardens me-
ditacio, carnis mortificacio, et
crebra oracio. De primo ps(almus) ca(nit) In me-
ditacione mea exardescet ignis sc(ilicet)
qui fugat dyabolum. Unde idem
Fulgura coruscacione et dissipabis eos
maxime si sunt meditaciones de
passione domini. De s(ecun)do Ap(osto)lus Ca-
stigo corpus meum et in servitutem
redigo. De t(er)cio Aug(ustinus) oracio clipeus
animi me(re)t(ur) auxilium. Xpus dicit
ad platum Speculatorem dedi te
domui Is(ra)el .i. la(n)t(er)n(am) Unde valde
necesse est, ut fiant lucidi pasto-
res, quia potest speculari in speculo
lucido. Xpus est sol, pastor debet
esse luna. Sicut ergo luna no(n)
habet luce(m) nisi a sole, ita sac(er)dos
no(n) debet habe(re) vel accipe(re) aliqua(m)
decore(m) a mu(n)do s(ed) a xpo. Item sacer-
dos qui p(ro) nummis missam celebrat
videt(ur) dice(re) cum Juda Quid vultis
michi dare et ego vobis eum tradam
Ergo nephas est vende(re) d(omi)n(u)m suu(m)
Cogita q(uod) p(ri)mus fuit d(omi)n(u)m sui ven-
ditor xp(istu)m suspendit Judas e(ni)m
nummos p(ro)iciens evasit et sic se
suspendit peiores ergo sunt clerici
qui denarios p(ro) quib(us) missa cele-
brant in tabernam ventre suum
mittunt Judas xp(istu)m semel vendidit
et penituit. Tu forsan plures ven-
didisti et no(n) penites Cave ergo ne
desperans te ip(su)m suspendas. Bern(ardus) ve-
niat ante tribunal iudicis s(ed) negli-
gentes sac(er)dotes Audiet(ur) querela
pupillorum accusacio (com)munis allegacio
quorum vixerunt stipendiis et no(n) dele-
runt pecc(at)a eorum (et)c. Audivi d(omi)n(u)m
petro pasce pasce s(ed) no(n) dixit vende
Item Bern(ardus) O bone ih(es)u vide contra
te conspirasse universitas p(o)p(u)li xpiani
et in persecucione tua p(ri)mi sunt q(ui)
in eccl(es)ia gerunt principatum Si quis
de p(o)p(u)lo deviat solus perit. Sed prin-
cipis error multos seducit et invol-
vit s(ed) et tantu(m) obest O bone ih(es)u
(com)munis p(ro)dest O sacerdos corpus
tuum cottidie efficit(ur) sepulcru(m) xpi
Cur p(er) os tuum ingredit(ur) falsitas
p(er) quod cottidie ingreditur veritas
Cur oc(u)li tui vident vanitatem
qui cottidie aspiciunt veritate(m) Cur
manus tue extendunt(ur) ad illicita
que tenet tenetur sum(m)a Cur te
ingurgitas ebrietate qui plenus
debes esse sobrietate sc(ilicet) ipsi deo (et)c.
Bern(ardus) O domine pastores tui mutati
sunt in tortores et confessores Agni
in lupos defensores in dissipatores
Qui debent esse sobrij cottidie
sunt ebrij, qui p(re)lati pilati, qui
casti incasti, qui sac(er)dotes sedu(c)-
tores, qui veraces mendaces, qui
simplices sunt duplices triplices
ymmo quadruplices, qui debet
esse ocius sunt pleni loculis
quorum digiti no(n) distillant mir-
ram p(ro) baptismum, s(ed) colligunt
pecunias et plus amat lucrum
denariorum q(uam) lucrum a(n)i(m)arum plus
studet circa incam q(uam) circa marcum

plus student in salmone quam in
Salomone plus student in confusi
cartis quam in libris divinis Primo an
cum ordinatur sunt quasi angeli Secundo
quasi homines Tercio anno sunt quasi de
mones Nonne tociens repetitum
est petre petre amas me pasce
oves meas et dicet dominus non possite
me diligis id est nisi diligas me plus
quam te plus quam tua et plus quam
tuos amicos et cognatos Non
Non intromittas te de cura illa ut
tu sacerdos et maxime tu pastor
de ovibus pro quibus est fusus san
guis meus Unde dicit Non debet ali
orum curacionem suscipere qui non vult
alios bene vivendo preire Nullus
itaque vilipendit officium suum sicut
clerici Agricole et fabri mane
surgunt sed non ipsi clerici ipsi autem
ad meridiem dormiunt Unde ve sa
cerdotibus miseris Iudei proditoris
sociis qui Christum iterum crucifixerunt Cer
tum in se est sanguinem testamenti
pollutum ducit Qui manibus pol
lutis oculis impudicis ore vene
nato corde immundo dum ad venien
dum sacramentum scilicet sanguinis et
corporis domini irreverenter accedunt
Angelos astantes offendunt et
de salutari medicina sibi insedibi
lem acquirunt eternam dampnacionem
a qua eterna dampnacione nos
custodiat qui vivit et regnat
cum deo patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum

Vos estis genus electum re
gale sacerdocium gens sancta
populus acquisicionis ut vir
tutes eius annuncietis qui vos vo
cavit de tenebris in admirabile
lumen suum Petrus apostolus scribit
suis vicariis scilicet sacerdotibus
commendans eos in verbis supradictis
in Canonica sua capitulo 2° In quibus
tria notantur Primo eorum sanctitas ubi dicit
vos estis genus electum Secundo eorum
dignitas subinfert regale sacerdocium
Tercio eorum acquisicio cum subdit
populus acquisicionis Primo igitur
notatur eorum sanctitas Unde Apostolus Si
linguis hominum loquar et angelorum
sacerdotes ad plenum commendare non
valeo dicit ergo vos estis In quo
innuitur eorum sanctitas Quam autem deus
vite sanctitatem requirat in sacerdotibus
patet Cum dicitur in levitico capitulo Eciam
sacerdotes qui accedunt mundantur et sancti
ficentur ne forte percuciat eos Et
merito ipsi enim sunt vasa domini in
quibus recluditur sanctissimum corpus eius
cottidie unde dicitur levitici Accede
ad altare et immola pro peccato tuo et
offer holocaustum et deprecare pro peccato
tuo Sanctitatis autem conficitur sacerdocium
secundum nominis ethymologiam Pre
cum sacerdos dicitur quasi sacer dux Et
merito quia quando ad hoc sunt electi
ut per bene vite exempla ducant
ceteros ad eternam beatitudinem Et in
hoc ducatu ipsis angelis comparantur
unde potest de ipsis illud dici Jeremie
prius quam te formarem et cetera propter
electionem Omnis enim qui est electus
ad sortem et ad sanctitatem sacerdotalem
electus est adhuc in utero matris
Unde omnis vel quilibet sacerdos potest
dici electum vas Sicut enim dominus
dixit ad Ananiam quando convertebat
beatum Paulum vas electionis erit
michi iste ut portet nomen meum
coram regibus et principibus Sic quilibet
sacerdos electus est a domino ut portet
nomen domini coram omnibus gentibus
Unde Augustinus Sacerdos est vas electum

no electione temporali sicut prescientia eterne
predestinationis. Unde sacerdos dicitur
quasi sacra dans vel sacer dux unde de ipso dicit
ysaye Dedi te in lucem gentium salutis
gentium predicationis qui cottidie non
fecerit homines efficerent diabolici pa-
ganis iudeis et gentibus peiores Ergo
cum nulles sine sacerdotibus tu karissime
considera Sacerdos oportet innuere
sibi pro sceleribus eterna dampnatione
terrere hoc non fecerit tunc malus
sacerdos erit unde Ezechiel Si non
annunciaveris populo meo scelera eorum
sanguinem eius de manu tua re-
quiram Ecce hoc est primum ad quam
sanctitatem sacerdotes sunt electi Secundo
notatur eorum dignitas cum dicitur
Regale sacerdocium Quis enim posset
sacerdotalem dignitatem enarrare
Unde legitur Cum dominus quando voluit
de mundo transire ad patrem ecclesiam
quam suo preciosissimo sanguine re-
demit commisit amicis et fratribus
suis scilicet apostolis et eorum successoribus
i. sacerdotibus regendam Exivi a
patre et veni in mundum et iterum
relinquo mundum et vado ad patrem
vos igitur sacerdotes ministri mei o-
ves meas custodite pro quibus san-
guinem meum fudi Non commisit
ecclesiam suam regibus neque princi-
pibus sed solum sacerdotibus et propter-
eam hec duo que habuit in celo
et in terra eorum fidelitati commisit et
commendavit que sibi sunt tam cara
quod nulli creature tam in celo quam in
terra creditur utrumque tradidisse excep-
tis solum sacerdotibus hec duo sunt
sancta ecclesia et ipsemet Sanctam
ecclesiam eis commisit cum dixit
Quodcumque manducaveritis Unde
Augustinus dicit de dignitate sacerdotali

O sacerdos si altitudinem celi conte-
mplaris altior es Si pulcritudinem
solis et stellarum admiraris pulcrior
es Si discretionem angelorum discretior
es solo creatore inferior es Et Jeronimus dicit
O veneranda sacerdotum dignitas in
quorum manibus filius dei velut in
utero matris consecratur Felices sa-
cerdotes si sacerdotaliter vixeritis O cele-
ste misterium quod per vos sancta
trinitas mirabiliter operatur Super tam
ineffabili misterio quod ibidem deus qui
presidet in celo in vestris manibus est
unde deus glorificatur angelus admiratur
iustus confortatur peccator consolatur
diabolus horrescit infernus contre-
miscit et revertitur quam plurimum an-
gelica celsitudo Unde David Quid
retribuam domino pro tam singulari do-
no michi impenso quod est donum
optimum datum perfectum Unde Johannes
Crisostomus dicit Sicut sancte reliquie re-
quiescunt in sancta ecclesia sic corpus
Christi requiescit in corpore cuiuslibet
sacerdotis Nota hec duo scilicet sancta
ecclesia et seipsum non commisit ma-
tri sue carissime simul sed tantum
unum scilicet ecclesiam sanctam et animas
fidelium Sacerdotibus autem commisit
et hec patet eorum dignitate Tercio
autem sunt dignitates eorum Iohannis
ubi dicit Ego vos elegi de mundo
et posui vos ut eatis et fructum
afferatis et fructus vester maneat
et hoc patet eorum dignitate Unde
Bernardus Nullus fructus carior deo est
quam fructus animarum nulli creature
tam in celo quam in terra contulit
dignitatem sicut sacerdotibus hoc
ostendit Bernardus dicens O sacerdos
dignitatem tibi contulit dominus

quia no fecit te similem hominibus
ceteris / sed dignitate ptulit te regi-
bus et principibus / ymo ut plus dicam
ptulit te angelicis choris / cui nunquam
contulit dns angelorum illam dignitatem
quod possit dnm trahere de celis / sicut
facit sacerdos / quod ita sit probatur per
verbum Augustini qui dicit O celeste
misterium pater filius et spiritus
sanctus mirabiliter operatur vno eodem
momento ibidem qui presidet in celis
in sinu patris in sacrificio et in ma-
nibus vestris tenetur per quinque verba in
manus vestras compellitur venire
hoc enim est corpus meum Nota quod
sacerdos proferens ea cum deuotione
trium quoddam genus est prophecie de
preterito unde Moyses In principio
creauit deus celum et terram / 2m
genus prophecie est de futuro unde
Ysaias Ecce virgo concipiet et
pariet filium Sic sacerdos primo prophe-
tisat / quia primo demonstrat hoc corpus
esse quod de preterito iacuit in vtero
beate virginis marie et quod de pre-
terito pependit in cruce Secundo
prophetisat de futuro / quia accepit pa-
nem in manus suas prius quam post
verba fiet Nota quod quinque sunt verba
quibus deus et homo concipitur
Primo fiat michi secundum verbum tuum
Similiter quinque verbis peccator conuertitur
ut sit deus propicius esto michi peccatori
Sicut enim in ipsis quinque verbis virgo
virgo traxit eum in vterum suum
quando dixit / fiat michi secundum verbum tuum etc.
Sic sacerdos quinque verbis trahit ipsum
de sinu patris in manus suas / hodie
cum corpus xpi tractatur clamant
angeli admirantes et dicentes
Beatus venter qui te portauit cum
vero calicem eleuat clamat item

Beata vbera que suxisti Et hoc fuat
corporis dignitatis licet enim solus deus
peccata dimittit raro tamen vel nunquam
sine suis ministris scilicet sacerdotibus remit-
tat Cuius exemplum habemus ut pro
legimus quos cum dns mundasset dixit
eis Ite et ostendite vos sacerdotibus
Habemus etiam exemplum in lazaro
quem cum dns resuscitasset dixit dis-
cipulis suis Soluite illum et sinite
abire Et quare dns non soluit eum
a vinculis corporeis qui soluerat eum
a vinculis mortis Et quare non iussit
Martham sororem eius soluere eum
vel iudeos qui erant propinquiores
de luto naturali quam discipuli sui Ad hoc
dicendum est / quod euidenter per hoc patet
quod solis sacerdotibus data est potestas ligandi
atque soluendi unde Quodcumque li-
gaueritis super terram etc. unde Augustinus
Elegi et perelegi michi vos sacerdotes
in habitaculum michi dignum maies-
tatis mee tamquam vas vitreum licet
vitrum sit de vili materia factum
tamen splendidius est auro et ar-
gento Sic etiam sacerdos dignior est
omnibus regibus et principibus mundi ideo
honorandi sunt sacerdotes unde Za-
charias Qui tangit vos offendendo
tangit pupillam oculi mei Et per
hoc patet corporis dignitatis Tercio
notatur acquisicio animarum / cum dicitur
propter acquisicionis unde dns dicit
in Ewangelio ad sacerdotem Ego vos elegi
de mundo ut eatis etc. ideo dicit Augustinus
Quis in omnibus hominibus / tot lucratur
animas / sicut ordo sacerdotalis Et
propterea hoc dicit beatus Jacobus Si in
peccatis peccatis fuerit adibit pro eo
sacerdos Sacerdotes autem ad hoc
sunt deputati ut orent pro populo

vnde sacerdos dicit in missa Memento
domine famulorum famularumque tuarum etc.
Et super hoc dicit beatus Gregorius. Quis depu-
tare potest quando ipsa oblacionis hora
ad sacerdotis vocem celum aperitur et
in loco illo misterio choros interesse
angelorum / summa summis iungitur vnde
Bernardus O quam mirificam et domino dignam
quod inter diuina tractantur / quando ibi con-
trant duo virtuosa opera scilicet immine
vnius peccatoris conuersio / aut vnius anime li-
beracio Et hoc patet per exemplum / legitur
quod fuit quidam vir sanctus qui vidit
duas animas in purgatorio vnam ride-
re et aliam flere / Ille que flebat
erat in penis vsque ad talos Sed
illa que ridebat erat in penis vsque
ad collum Cumque interrogaret illa
que flebat quare ipsa fleret existens
in minori pena / at illa respondit
quod nullum habet iam viuum ami-
cum in terra qui eam iuuaret Et
post hoc illam interrogabat quod gau-
debat existens in maiori pena
respondit Adhuc post xxx^ta annos
nascetur vnus puer / qui creuerit
tunc erit sacerdos et iste me iuuabit
de ista miseria Ecce quo valet o-
racionis effectus vnde Bernardus O quam
mirificam et dignum dei donum etc.
vnde nota quod tria solent accidere
principaliter in missa noui sacerdotis
vel alterius primo celum apperitur
2° angeli descendunt ad ministrandum
sacerdoti 3° filius patri redditur
vnde dicitur in missa Ite missa est
quia in ea filius patri mittitur
De istis tribus dicit Gregorius Quis fi-
delium dubitare poterit et in ipsa
immolacionis hora mox apperire
celum et angelos descendentes

Quarto iustus augetur gracia
vnde legitur de sancto martino Cui
globulus igneus super caput appa-
ruit de quo tamen exultauit / ac si
deum corporaliter videret Et hoc fit
acquisito noui sacerdotis vnde liben-
ter debetis vos committere oracionibus sacer-
dotum et per hoc patet acquisicio
animarum / De hoc habemus exemplum
sicut scribit petrus Cluniacensis / qui
semper pro mortuis missam celebrat
ob quam causam ab episcopo ab officio
suspenditur in quadam solempnitate
Dum predictus episcopus ad matutinas
pergeret / mortui contra eum surre-
xerunt dicentes Iste episcopus nullam
missam dat nobis iam lege insuper
et sacerdotem nostrum abstulit / Sed cer-
te nisi emendauerit moriet*ur* Qui
hoc gaudens audiens sacerdotem
attulit et sic solus pro mortuis
libenter orauit Sed per hoc quod missa
sacerdotis est vtilis omnibus amicis
Sicut probat Gregorius per exemplum
de illis duabus animabus / quas vidit
quidam sanctus stantes in igne purgatorii

Tria sunt necessaria ad salu-
tem scilicet sciencia credendorum
sciencia desiderandorum sciencia
operandorum primum dicitur in simbolo
vbi traditur sciencia de articulis fi-
dei / 2^m in oracione dominica tercium
autem in lege virtutum aut de sciencia
operandorum intendamus ad quam
tractandum considerandum / quod quadruplex
lex scilicet nature et prius dicitur lex
nature et hec nichil aliud est
quam lumine vite scriptum insitum
nobis a deo per quod cognoscimus
quid agendum quid vitandum

hoc lumine siue hanc legē dedit
dn̄s in racone hom̄. Sȝ multi sunt
forte qui credunt pessimū exemplū
si hanc legē nō fuat Contᵃ quos
dicit pp̄hta Multi dicunt quis oste-
dit nobis bona, q̄i ignorant quid
operandū sit. Sȝ ipse idē respondet
nobis Signatū est sup̄ nos lumē
vultus tui domine, lumē scȝ intel-
lectus p̄ quod nociua nō sunt a
nobis agenda Nullus enī igno-
rat q̄ illud quod nō vult fieri
sibi ipse nō debet alteri facere ecia
quod tibi vis fieri, alijs fac talia
Thobie quarto Quod ab alio odis
fieri tu alteri ne feceris Matthei
vij° quecunqȝ vultis petite et fi-
ant vobis etc. Sed licet in racōe
deus dedit hanc legē nature
dyabolus tamē superseminat aliam
legem scȝ concupiscencia, quousqȝ
in primo homine caro subdita fuit
deo p̄ seruando precepta diuina et
caro subdita fuit racōni Sed p̄q
qua dyabolus p̄ suggestione decep
hominis ab obseruancia mandatorum
diuinorum, ipsa caro sit inobediens
racōni et inde accidit, q̄ homo
licet velit bonū s̄m racōne Na
quilibȝ vult bonū s̄m racōz, tamē
ex concupiscencia ad contraria in-
clinat Et hoc est quod dicit Apo-
stolus Roman. vij video aliā le-
gem in membris meis repugnantē
legi mentis mee Et inde accidit
cum frequenter lex concupiscencie
legē nature et ordinē racōnis
corrumpit et ideo subdit Apl̄us
Et captiuantē me in lege pecca-
ti ma quo lex nature p̄ legem
concupiscentie destructa erat

oportebat q̄ homo reduceret ad
opera virtutis et retraheretur a vicijs ad
quod necessaria erat lex Moysi Scien-
dū q̄ aliquis retrahitur a malo et in-
ducitur ad bonū ex duobus primo enī
p̄ quod aliquis incipit peccatū vitare
maxime est consideranda pena in-
ferni et etiā iudicij Nam dicit
pp̄hta Inicium sapiencie timor domini
Ecclesiastici primo Timor dn̄i expellit
peccatū Et licet enī cauet ex timore
nō peccat nō fit iustus, inde tamē
incipit iustificacio hoc igitur non
trahitur homo a malo et inducitur
ad bonū p̄ legē Moysi, qua quidā
irritantes puniebant Hebreos
Irritans quis faciens legē Moysi
sine vlla miseracione duobus vel tribus
testibus moritur Sed quia modus iste
est insufficiens et lex que data est
p̄ Moysen hoc modo retrahebat a
malo, cohercens malum nō animum
ideo neminē ad perfectū adduxit
sensum Apl̄us et ideo oportuit
aliud esse modum retrahendi hominē
a malo et inducendi ad bonum
scȝ amoris Sed considerandū est q̄
inter legem amoris et legē timoris
duplex differencia intelligitur Prima
est q̄ lex timoris facit suos ob-
seruatores seruos Et lex vero a-
moris facit eos liberos Quod enī
operatur solum ex timore operatur
p̄ modum serui Qui enī ex amore
p̄ modum filij vnde dicit Apl̄us
Cor. iij ubi spūs dn̄i ibi libertas
quia oportet tales ex amore ut
operantur ut filij Secunda differencia est q̄
obseruatores prime legis ad bona
temporalia introducebantur Isaie primo
Si volueritis et audieritis me bona

tre comedet Sed observatores sancte
legis in bona celestia introducent
Math. xix Si vis ad vitam ingredi serva
mandata dei Et eiusdem iiii° penitentiam a-
gite appropinquabit vobis regnum celorum
Et etiam dura assignatur quia preceptis
Actuum xv. Quid temptatis ponere iugum
super cervicem discipulorum, quod neque patres
neque nos portare potuimus Secunda
autem lex Math. xi iugum meum suave
est et onus meum leve Roma.
xiiii Accepistis spiritum servitutis et iterum
in timore spiritum adoptionis filiorum Sicut
igitur dictum est quadruplex lex
in natura prima quedam est lex nature
quam deus homini in creatione infudit
Secunda concupiscentie Tertia lex scrip-
ture Quarta lex caritatis et gratie
que est lex Christi Manifestum est
autem quod non omnes possunt scire istas
leges Et propterea a Christo data est
lex brevis ut ab omnibus hominibus
possit sciri, et nullus propter ignoran-
tiam possit se ab eius observantia ex-
cusari Et hec est lex divini amoris
Ro. ix verbum breviatum faciet do-
minus super terram Sciendum est autem
quod hec lex debet esse regula omnium
actuum humanorum Sicut enim vi-
demus in artificialibus quod tunc unum
quodque opus bonum et rectum
dicitur quando regule concordant Sic
quodlibet humanum opus rectum est et
virtuosum, quando regule divine di-
lectionis concordant Et sciendum
quod hec lex dilectionis seu divini a-
moris efficit in homine valde con-
siderabilia, Et primo quidem spiritua-
lem vitam manifestum enim quod a-
matum est in amante naliter et ideo
qui diligit deum in se ipsum habet

Jo. iiii° Qui manet in caritate in
deo manet et deus in eo, Nam
etiam amoris est quod amatum in a-
mante transformat, unde si vilia
diligimus et caduca viles et inu-
tiles efficimur, Osee ix. facti sunt
abhominabiles sicut ea que dilexerunt
Si autem diligimus divina, boni effici-
mur Cor. vi. Qui adheret deo
unus spiritus est cum illo Et sicut dicit
Aug. Sicut anima est vita corporis
ita et deus est vita anime Sicut
enim tunc dicimus corpus vivere
quando habet proprias operationes vite
scilicet quando operatur movere sic anima
tunc operatur virtuose et perfecte, quando
per caritatem operatur per quam deus ha-
bitat in ea, absque caritate vero
non operatur Ydeo dicit Apostolus prima
Cor. xiii° Si linguis hominum
loquar et angelorum, caritatem autem
non habeam, factus sum sicut es
sonans, aut cimbalum tinniens
prima Canonica Jo. iii° Qui non
diligit manet in morte, qui caritatem non
habet caret vita Etiam si habeat
omnia bona sancti spiritus Conside-
randum est autem, quod si quis habeat
omnia bona spiritus sancti absque ca-
ritate, non habet vitam, sive sint
gratia linguarum, sive prophetie sive
donum fidei, sive quodcumque aliud
ut operationes virtutum sine caritate
vitam non tribuunt Sicut corpus mor-
tuum manet prima Cor. xiii Si
habuerim prophetiam et noverim
misteria omnia et omnem scientiam
et habuero omnem fidem, ita ut
montes transferam, caritatem autem
non habeam, nichil sum Secundo

efficit dimorp madatorp imple-
no dt Gre Amor dei nuq est
otiosus opat em magf si e Si
aut opari negligit amor est
unde manifestum signu caritat(
est pmptitudo implendi dina
madata videmq aut amantem
ppt amatu magnu et difficilia
opari ppterea dicit dns Jo xiiij Si
quis diligit me sermone meum
suabit et sciend qd qui mada-
tum et legem dine dilectois
suat totam legem implet Duplex
em est modq dimorp madatorp
quedã em sunt affirmativa
et hec que implet caritas quia
plenitudo legf est dilectio Que-
dam vero sunt phibitiua et hec
etiam implet caritas qz non
agit apperam ut ait Aplus i Cor-
inth quod facit caritas est quia
ptinuit cont adusa constanciã ha-
benti in caritate illa adusa no-
cent ymo in vtilitate con-
vtunt Ro viij diligetibus
deum omnia cooperant seu coo-
pant in bonum ymo ac difficilia
et adusa suauia videntur amati
sicut et apud nos manifeste vi-
demq Quartu vero ad felicitate
pducit solum em caritate habe-
tibq btitudo pmittit omnia em
alia absqz caritate insufficientia
sunt Thi ij mo iiij Reposita est
michi corona iustitie qua reddet
michi dns in illa die iustq iudex
no solum aut ome m sz etiam
hijs qui diligunt adventu eius
et sciend qd solum differentia ca-
ritatis e dra btitudinis et no
r in aliqua alia virtute Multi
em magf abstinetes sunt

qua apli sz quando omnes in btitudine
excedunt ppt btitudine excellencie
caritatis ipi em sunt pmitias spus
habentes ut dt Aplus Ro viij unde
differentia in btitudine ex differentia
caritatf tangitur ex dictis aut mani-
festum e qd quatr efficit pdicta ca-
ritas sz pt illa quedã efficiunt q
ptermittenda no sunt et pmo quida
efficit remissione pctorp et hoc
manifeste videmq in nobis Si em
aliquis aliquem offendit et ipm
postea intime diligit ppt dilectoz
offensam sibi relaxat Sic etiã
deus diligentibq se pcta dimittit
Jacobi pmo Caritas dei operit
multitudine pctorp pverbiorp x
vniusa delicta opit caritas dei et
hoc manifeste maxime manifestat
in Marie magdalene exem de qua dr
luce vij Dimissa sunt ei pcta multa
Sz forte dicet aliquis sufficit ergo
caritas ad delenda pcta et non est
necessaria penitencia Sed considerand
est qd nullq bene diligit q vere
no penitet manifestum est em
quanto magf aliquem diligimq tanto
magf dolemq si ipm offendimq
et hic e pmq caritatis affectq Item
causat cordis illuiatione Job xxxvij
omnes involuimr tenebris Eccl
t nescimq quid agendu quid co-
sideandum Sed caritas docet oia
ad salute Jo ij o Unccio eius do-
cebit nos de omnibq et hoc quia
ubi est caritas ibi est spus sanctus
qui omnia novit qui deducit
nos in viam rectam Eccia ij o
Qui timetis deum diligite ipm
et illuient corda vra ad sa
sz necessaria ad salute Item

efficit in homine perfectam leticiam
et pacem nullus enim vere leticiam habet
nisi existens in caritate Cupiditas enim
aliquid desiderat non gaudet nec qui-
etatur donec illud adipiscatur ad principia
vero quanto magis habet tanto magis
desiderat vel quanto magis habent
tanto magis desiderant Sed nemo
potest desiderare deum nisi habeat
tum saltem in cognicione ut dicit
Gregorius omelia penthecoste habitus
quo desideratur desideratus amplius
habetur quia quanto magis habetur
non fastidium sed desiderium causat
quod non accidit in rebus temporalibus que
non habite desiderantur habente vero
despiciuntur habetur vero deus per
caritatem prima Johannis iiii qui manet
in caritate etc in quo quietantur
Augustinus in libro confessionum fecisti
nos domine ad te et inquietum est
cor nostrum donec requiescat in te
Psalmus ii et exultavit cor meum in
domino Item caritas efficit pacem perfectam
Accidit enim frequenter in rebus temporali-
bus que desiderantur quia ipsis habitis
adhuc desiderant animus non qui-
escit ymmo uno iam habito aliud
petit Ysaias lvii Cor impii quasi
mare fervens quod quiescere non
potest et item non est pax impiis dicit
dominus Sed non sic accidit in caritate
[illegible] deum qui enim deum diligit
perfectam pacem habet Psalmus pax multa
diligentibus nomen tuum et hoc ideo
est quia solus deus sufficit ad im-
plendum omne desiderium nostrum Item
caritas facit hominem esse magne
dignitatis omnes enim creature
ipsi divine maiestati subserviunt
Nam omnia ab ipso facta sunt et sic
artificiata subserviunt artifici Sed
caritas facit de servo liberum et ami-
cum Et ideo dicebat dominus Apostolis
Jo xv Iam non dicam vos servos sed
amicos Sed numquid non Paulus
servus et alii apostoli qui se servos
Christi scribunt Sed dicendum
quod duplex est servitus prima est timoris
et ista est penosus et non meritori-
us Si enim aliquis a peccato absti-
net solum timore pene non me-
retur ex hoc sed adhuc est servus
Secundo amoris qua quis non timo-
re iusticie sed divino amore patet
non sit servus sed sicut liber quia
voluntarie agit sed non coacte
propterea dicit Iam non dicam vos
servos etc Romanos viii Non ac-
cepistis spiritum servitutis iterum in timore
timor enim inest caritati sicut
dicitur prima Jo iiii Sed perfecta ca-
ritas foras mittit timorem
quoniam timor penam habet [illegible] et
Sed caritas habet dileccionem
Item non solum caritas facit li-
beros sed eciam filios prima Jo iii
videte qualem caritatem nobis de-
dit pater ut filii dei nominemur
et simus et hoc verum est enim ali-
quis extraneus efficiatur alicuius
filius adoptivus quando acquirit
sibi ius in hereditate illius Cari-
tas enim acquirit nobis ius in he-
reditate dei que est vita eterna
qua heredes quidam dei coheredes
autem Christi ut dicitur Romanos viii quod
computati sunt inter filios dei
et inter sanctos sors illorum est Ex
iam dictis patent utilitates

caritatis post quam ante tamen est
utilis studiose laborandum est ad ac-
quirendum eam et retinendum Secundo
autem quia nullus caritatem habere potest
a se quia solius dei est donum et
propterea dicitur Jo iiii non quasi nos
dilexerimus deum sed quoniam ipse prior
dilexit nos quia nos prius diligamus
eum Sed hoc ipsum quod nos diligimus
eum causatur in nobis ex dilectione
ipsius Considerandum est etiam
licet quia omnia dona sunt a patre
luminum tamen ipsius donum scilicet cari-
tas omnia alia supercessit omnia
enim alia sine gratia et spiritu sancto
habentur cum caritate vero neces-
sario spiritus sanctus habetur Roma v
Caritas dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est
nobis sive enim donum linguarum
sive sciencie sive prophetie haberi non
absque gratia et spiritu sancto haberi
potest Sed licet caritas sit do-
num divinum ad ipsam tamen
habendam requiritur dispositio ex
parte nostra Et ideo sciendum quod
duo sunt principaliter necessaria
ad acquirendam caritatem Primum
necessarium est diligens dei
verbi auditio et hoc manifestum
est satis ex hiis que apud nos
sunt audientes enim bona de
aliquo in eius dilectione acce-
duntur Sic et verbum dei au-
dientes accenduntur in amorem
ipsius ps Ignitum eloquium tuum
vehementer etc Et item Eloquium
tuum inflamet eum Et propterea
illi duo discipuli divino amore
ardentes dicebant Luce ultimo

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis
dum loqueretur nobis in via et ap-
periret nobis scripturas Actuum x
quod predicante petro spiritus sanctus in
discipulos venit qui erant audien-
tes verbum dei frequenter enim hoc
in predicationibus accidit quod si duo
corde accedunt propter verbum predica-
ad divinum amorem accenduntur Sic
est bonorum continua cogitacio In ps
Concaluit cor meum intra me Si
ergo vis divinum amorem consequi me-
diteris enim bona Durus enim esset
qui divina beneficia consecutus est
pericula que evasit et beatitudinem
que a deo promittitur cogitat si ad
amorem dei non accenderetur Et ideo
dicit Augustinus durus animus hominis
et si dilectionem nolit impedire
saltem nolit depellere et universa-
liter sicut cogitaciones male de-
struunt caritatem iste bone cause
causam nutriunt et observant Unde
monetur Ysa v Auferte malum
cogitacionum ab oculis meis Sunt
et alia duo que habita caritate
augent et primum est cordis separacio
a terrenis cor enim perfecte in diversa fer-
ri non potest unde nullus potest deum et
mundum diligere Et ideo quanto magis
ab amore terrenorum videtur animus
elongatur tanto magis firmatur
in dilectione divina ut dicit Augustinus
propter hoc ordinate fiunt religiones
in quibus illius animus a mundanis
et corruptibilibus retrahatur et erigatur
ad divina Matth Refulsit sol
qui prius erat in nubilo Solus
enim intellectus humanus est in
nubilo quando deditus est in terrenis

qui refulget secundo a terrenorum amore elongatur tunc enim splendet et tunc diuinus amor in eo crescit Quartum est firma potencia in aduersis Manifestum est enim quando quis pro eo quod vere diligimus sustinemus amor ipse non destruitur immo crescit Canticorum viij Aque multe i. tribulaciones et aduersitates non potuerunt extinguere caritatem Et ideo sancti viri qui multas aduersitates pro deo sustinent magis in eius sua dilectione firmantur Sicut artifex magis artificium diligit in quo plures et magis laborat Tercium est quod fideles quanto plures aduersitates pro deo sustinent tanto magis eleuantur in amore dei Genesis viij Multiplicate sunt aque i. tribulaciones et eleuauerunt archam in sublime i. ecclesiam uel animam viri iusti etc.

Secuntur decem precepta breuia et utilia Primo et principaliter prohemium

Audi israel precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe et dabo tibi terram fluentem lacte et melle. In verbis propositis spiritus sanctus circa diuina precepta tria tangit Primo namque tangit quod sunt hilariter audienda 2° quod sunt memoriter retinenda 3° quod duo predicta sunt eternaliter premianda premium innuitur cum premittitur Audi israel precepta domini Secundum cum subditur et ea in corde tuo quasi in libro scribe Tercium cum annectitur Et dabo tibi terram fluentem lacte et melle Quantum ad primum principale est sciendum quod precepta diuina sunt libenter et hilariter audienda triplici racione Primo quia naturam lapsam reuelat omne volnus peccati curant Secundo quia hominem de vita beata certificat Tercio quia mentem racionalem ad summam perfectionem eleuat Primum patet Natura namque humana ex preuaricatione primi parentis fuit triplicater peccati volnere sauciata Primo quidem in racionali que fuit obfuscata in cognicione primi viri Nam primus homo ante peccatum habuit sinceram cognicionem de deo per species sibi intellectualiter influxas Sed per peccatum racio fuit depressa intantum ut per species corporales diuinam cognicionem ipsum oporteret mendicare Secundo in concupiscibili que fuit viciata in dilectione summi a puritate namque diuine dilectionis concupiscibilis depressa fuit in corruptum et contaminatum amorem terrenorum Tercio in irascibili que fuit debilitata in detestacione mali non propter

vehementia passionum homo in
statu nature corrupte non potest
ita viriliter malum detestari sicut
fecisset in statu innocencie. Hoc
aut triplex vulnus per divina precep-
ta perfectissime sanatur. Nam primo
racionalem illuminant in perfecta co-
gnicione primi viri in ps. Preceptum
domini lucidum illuminans oculos.
Secundo concupiscibile inflamment di-
lectione summi boni in ps. Ignitum
eloquium tuum vehementer.
Tercio irascibile roborant in per-
fecta detestacione mali quod pe-
tebat propheta cum diceret Confirma
me in verbis tuis. Unde patet predicta
divina precepta non solum hilariter
sunt audienda, sed eciam sunt per
omnibus intime diligenda, testante
propheta qui dixit Ideo dilexi man-
data tua super aurum et topasion.
Cuius causam feliciter predictis co-
gnita reddit ibidem subdens propter
ea omnia mandata tua diligebam.
In quo innuit quod homo per manda-
ta divina dirigitur in perfecta dei co-
gnicione et intima eius dilec-
cione. Sed per hoc quod subdit,
omnem viam iniquam odio habui
oportet quod homo per ea dirigitur
in perfecta detestacione mali, et
quia precepta divina sic sanant
vulnera peccati, ideo congrue in scrip-
tura nomine ungenti sanativi ex-
primuntur. Ecclesiastici 30 viii pigmenta-
rius ungenta conficiat sanitatis.
Nam ad sananda vulnera mentis nostre
celestis pigmentarius scilicet ipse deus
in apotheca divina bonitatis et per
artem et magisterium sue sapie-
ncie conficit ungentum
et antidotum prope optime sanativum
et hoc de herbis nobilissimis ad in-
vicem permixtis, scilicet ex divina eius virtute
et eius melliflua doctrina et ex gracia
divinitus inspirata. Hoc namque artificio
divine sapiencie sibi invicem permixta illud
ungentum sanativum constituit. Secundum
patet nam ipsa voce veritatis homo ex
divinorum preceptorum observancia certissime
esse curatur de vita beata. Ideo salvator
dicit Mt xix Si vis ad vitam ingredi
serva mandata. Tercium quod salvator salvavit
ipsis discipulis eius doctrinam servantibus
et precepta ipsius adimplentibus premium
eterne beatitudinis eterne pollicetur Luce
Ego dispono vobis sicut disposuit
michi pater regnum ut edatis et
bibatis super mensam meam in regno
meo, ubi veritas eterna cum dulcedine
sine fine videbitur, sine fatigacione
laudabitur, et sine fastidio laudabitur
amabitur. Tercium patet nam suprema
perfeccio hominis attingibilis in hac
vita in triplici actu perficitur ad quam
consumacionem precepta divina, mentem
racionalem elevant, primo a cunctis
terrene plenitudinis sollicitudinibus de-
posicio et mentis ab omni specie create
perfecta denudacio, et in sui intimo
omnimoda recolleccio, quod patet
Oportet enim mentem ad spiritualem
perfeccionem conscendere, volentem ab
omni sollicitudine terrenorum esse remo-
tam et ab omni specie create esse sub-
tractam et in sui intimo totaliter re-
collectam ut pulcre figuratum est
in Moyse Exo. xxiiii cui cum
debebat in montem ascendere ad deum
primo fuit a tumultu populi segregatus
deinde fratri suo Aaron fuit sociatus
quem cum populo dimisit, postquam

ptem montis cum eo ascendit et
ita demum solus remansit Aaron
namque interpretatur depositio vel denuda-
tio et signat mentem contemplativam
ab omni tumultu seculi segregatam quod
innuitur per hoc quod Moyses legitur
a populo segregatus Item ab omni specie
denudatam et abstractam, quod innuitur
per hoc quod Moyses legitur a populo se-
gregatus Item ab omni specie denuda-
tam et abstractam, quod innuitur per hoc
quod Moyses etiam fuit fuit ab ipso
fratre suo remotus remotus et hoc
rationabiliter quia sicut Aaron
fuit Moysi naturali vinculo vinculo
colligatus Ita species species per
quas in intellectualem cognitionem
deducimur, sunt menti nostre naturaliter
coplantate quod patet patet
quia in intellectu nichil intelligitur
naturaliter nisi species fuerit informatus
Et ideo Moysi ab Aaron separatio
est mentis rationalis ab omni spe-
ciata perfecta denudatio Tercio vero
mentem contemplativam oportet
esse in sui intimo recollectam quod
innuitur per hoc quod Moyses post separa-
tionem sui a fratre xl diebus solitarius
remansit, ad insinuandum quod mens in
sui spiritus intimo perfecte recollecta fuit
Secundus actus est sui spiritus omnimoda
dilatatio Oportet namque mentem ad fa-
stigium contemplationis aspirantem
seipsam deserere et propriam voluntatem
omnimode abdicare et seipsam divine
voluntati adeo perfecte conformare quod
in nullis suis motibus sequatur im-
petum proprii arbitrii, sed in omnibus
motibus me dependiat ex voluntate
arbitrii divini Tercialiter autem mens

seipsam debeat deserere pulcre
et subtiliter docet Bernardus super Canticum
sermone 200 v. dicens cum hoc
fit cum mens ineffabili verbi electa
dulcedine se sibi quodammodo fu-
ratur et super seipsam rapitur et e-
labitur a se ut verbo divino fruatur
quod etsi alicui detur experiri
nulli tamen datur posse eloqui, cum
sit ineffabile Bernardus unde dicit cum
verbum si diligenter consideratur
apparet quod hoc emanat a fundo
cordis devoti cuius veritatem
satis experimentaliter comprobavit
in hoc enim verbo Bernardus tria innuit
que ad hoc concurrunt ut mens
seipsam deserat Primo namque re-
quiritur voluntatis proprie omnimoda
abdicatio quod innuitur per hoc
quod dicitur, quod mens quodammodo se
sibi furatur Secundo requiritur omnis
operationis naturalis omnimoda sus-
pensio et in apice contemplationis
perfecta suspensio quod innuitur
per hoc cum dicit, cum mens super
seipsam rapitur Tercio requiritur
sui spiritus desertio et sue vo-
luntatis in voluntate divinam
perfecta transmutatio quod innuitur
per hoc quod dicit, mens elabitur
a seipsa ut verbo fruatur divino Tunc
enim mens a seipsa elabitur
quando sibi ipsi et omnibus actibus
apprehensive et appetitive

suavitate divine contemplacionis
funditus moritur verbo divino fruens
et omnibus alijs mortua existens
Hec autem mors est dilectissima quod
bene probaverat Jacob patriarcha
cum diceret Jam letus moriar
quia vidi faciem tuam Hec autem
sui ipsius relictio pulchre figuratur
in Moyse cui dixit dominus ne ad
ipsum approximaret nisi calciamenta
pedum dissolveret Exo. xxx Ne
appropies inquit huc solve calcia-
mentum de pedibus tuis Nam per
calciamentum quod pedi perfecto confor-
matur et sibi quodam vinculo
ligature astringitur designatur in-
clinatio naturalis qua quilibet
inclinatur et reflectitur ad se ipsum
eius commodum competendo et
propriam voluntatem sectando que
oportet hominem prius deserere
si divine contemplacionis particeps
esse velit Et ideo pedum ex-
calciatio nichil aliud est quam
proprie voluntatis omnimoda abdi-
catio et eiusdem in divinum beneplaci-
tum perfecta transformatio Tercius
actus est mentis ad divinam ca-
liginem introductio et divine claritatis
purissima contemplatio quod fi-
guraliter innuit per hoc quod Moyses
per quendam raptum deificum ad di-
vinam caliginem introductus ipsum
deum per essentiam vidit ut dicit
Augustinus in libro de divinis nominibus
et etiam ad paulinam Ex hac
autem visione et consortio divini
sermonis eius facies cornuta
fuit quia radijs maxime

claritatis resplenduit que etiam
acumen humani visus tantum re-
percussit quod judei non poterant respicere
in faciem eius nisi prius velaret
eam panno supposito Sed notabi-
le valde est quod sola facies Moysi
claritate divina resplenduit quia cum
anima per raptum ad divinam cognitionem
producitur sola ymago anime racionalis
luce divine claritatis perfunditur Et
hoc de primo principali Secundum scilicet
sciendum quod precepta divina per nimiam
meditationem et devotam affectionem
sunt scribenda interius in corde et
exterius in corpore. Nec valet excu-
satio si aliquis dicat se nescire
scribere cum litteras nunquam didicerit
Divina scriptor huius scripture interius
in corde est virtus spiritus sancti interius
inspirans penna scribens est divina
inspiratio voluntatem ad bonum
excitans pergamenum in quo scribitur
quod dicitur esse purum et nitidum
mundum et album est cordis mundi-
cia, quia in pergameno nigro vel
lutoso, littera non apparet legibiliter
vel pulchra Incaustum autem huius
scripture est gratia spiritus sancti interius
spirans Continencia vero huius scrip-
ture est dilectio dei et proximi quia
secundum apostolum finis precepti est caritas
Et sic instrumenta predicta reconduntur
in loco secreto et privato Ista scripta
preceptorum cum sit nobilissima et
utilissima debet in secreto pectoris
observari Jeremie xxxi primo Dabo
leges meas in visceribus eorum et
in cordibus eorum scribam eas Nec
solum precepta divina scripta sunt in-
terius in corde sed per memoriali

spetuo sunt etia scripta exterius in corpore ne oblivione aliqua umquam deleantur. Sunt etiam scripta in triplici parte corporis vz in manibus iuxta x digitos manuum in pedibus iuxta x articulos pedum et in ipsis quinque sensibus iuxta quinque sensus exteriores et quinque interiores ideo aut scripta sunt in predictis tribus partibus ad designandum quod precepta divina debent reglare in nobis manus operis digressus affectionis et moderare sensus et motus conversationis ut videlicet in omni tua operatione honorem divinum intendas in omni tua affectione amorem divinum excitas et in omni tua conversatione exempla sanctitatis ostendas. Et de hac dupliti scriptura potest intelligi quod scribitur Apoc. v. vidi in dextera sedentis in throno librum scriptum intus et foris ubi per sedentem in throno intelligitur presentia divine maiestatis que in anima devota delectabiliter requiescit et illam requiem pre omnibus aliis desiderabilius appetit iuxta illud delicie mee esse cum filiis hominum per thronum vero intelligitur dignitate anime rationalis que ad modum throni debet esse clara et lucida per mentis puritate solida et firma per virium suarum in bono divino perfecta stabilitate sublimis et alta per fervens desiderium sublimatione et per omnimoda sui a concupiscentia terrenorum elongatione in hoc aut throno sedens signanter tenet librum in manu dextera quia desiderium anime devote semper inclinat ad amorem celestium et eternorum

que per dexteram intelliguntur. Sic aut liber scriptus est intus et foris quia precepta divina debet scribi in anima devota intus in corde per intima dilectione et foris in corpore per operis adimpletione. Sciendum aut quod licet ista scripta tam in corde quam in corpore hominis indelebiliter scribi debeat tamen sunt que predictus dolor in multis hanc scripturam delent et abstergunt In quibusdam aqua carnalis delectationis in quibusdam ignis temporalis affectionis in quibusdam vero ipsa vetustas inordinatis conversationis. Primum patet quia aqua carnalis delectationis in quibusdam ad modum diluvii intantum prevaluit quod multociens mentes etiam perfectorum delevit et submersit. Unde dicit Aug. in libro de singularitate clericorum Crede michi Episcope qui loquor quod vidi peste ista deiectos cedros Libani de quorum lapsu non magis dubitabam quam Jeronimi vel Ambrosii. Et ideo si precepta divina indelebiliter debeant in mente tua conservari oportet quod fluvius carnalis concupiscentie vel delectationis in mente tua desiccetur per ventum calidum et siccum fervetissime scilicet caritatis quod pulcre figuratum est scilicet Exodi. ubi dominus ferventissimo vento sic desiccavit mare rubrum quod populus Israeliticus ipsum sicco vestigio pertransivit. Et hoc vero complet in nobis per ardorem caritatis per quod omnes fluxus debiles carnalis con-

cupiscencie vel voluntatem in nobis totaliter desiccantur. Sed est sciendum quod ille ventus urens perveniens dicitur venire de deserto, quia nunquam perfecte caritas in corde hominis accenditur nisi prius ab omnibus mundanis affectionibus totaliter denudetur et mundetur. Secundum patet, nam sicut ignis materialis appositus radici arboris tollit omnem eius virtutem vigorem et fecunditatem,

Sic ignis concupiscencie terrenorum exsiccat in anima omnem fecunditatem gracie, et abstergit omnem decorem littere scripture divine in ipsa imagine divinitus inscripte. Et ideo si precepta divina et eius voluntas in mente tua indelebiliter conservari debeant, oportet quod ardor illius concupiscencie rorem celicum et refrigerium divine gracie temperetur. Ros enim gracie obvians ardori concupiscencie estum ipsius temperat et enervat. Et hoc triplici racione. Primo namque ex eo quod gracia est quedam emanacio lucis eterne, quod potest obfuscare omnem rerum temporalium claritatem et per consequens appetibilitatem. Secundo ex eo quod gracia que est quedam castitas sive fluvius spiritualis emanans ex fonte divine dulcedinis potest obruere omnem temporalium suavitatem, ita ut eorum dulcedinem in amaritudinem convertat. Quia secundum Bernardum intimus gustus mentem tanto dulcore perfundit ut de merore gaudium de labore requiem habeamus. Tercio ex eo ut gracia que est quedam donum emanans ab immensitate divine largitatis, potest menti annichilare omnem temporalium dignitatem ita ut illa que prius estimabat preciosa et magna postea reputet vilia et abiecta. Quod bene sensit apostolus cum dixit: Omnia arbitratus sum ut stercora ut Christum lucrifaciam. Ulterius cum omnia temporalia sunt vacua et egestate plena prout scribitur Ysa. iiii: Aspexi terram et ecce tota vacua erat et plena nichili. Dicitur autem terra vacua quia non potest esuriem anime saciare. Sed dicitur plena nichili quia non possunt desiderium eius quietare.

Tercium patet, nam vetustas viciose conversacionis ad modum vetustatis naturalis hominem tripliciter impedit. Primo excecat in divina cognicione et mentem infrigidat in divina dileccione, et virtutes naturales debilitat in bona operacione, quia talis nichil potest efficere deo gratum ut patet 1a Cor. xiii. Et ideo hanc vetustatem divina precepta in homine abolentem apostolus docet deponere per hoc quod dicit ad Ephe. iiiio: Expoliantes inquit vos veterem hominem etc., id est antiqua peccati consuetudine hominem inveteratum. Facit enim hominem cecum in divina cognicione, frigidum in divina dileccione et impotentem in bona operacione. Talis autem vetus homo debet exui cum actibus suis, id est cum omni affeccione et inclinacione derelicta peccandi consuetudine, ita quod intime animus detestetur peccatum quod nunquam preterite delectacionis suaviter recordetur. Sequitur: Et induite novum hominem qui secundum deum

creatus est in iustitia et sanctitate
veritatis. Ubi signanter advertendum est
circa novum hominem quem induere debes
per totius virtutis exercitium et decorem
notabiliter dicitur esse creatus in iustitia
ut scilicet quod tibi velis fieri hoc pro-
ximo facias. Hanc enim iustitiam natur-
alem Christus docuit personaliter. Dicitur
etiam creatus esse in sanctitate, ut in
omni conversatione tua proximo tuo
exemplo sanctitatis adhibeas. Sed di-
citur esse creatus in veritate ut in omni-
bus bonis operibus veram et rectam
intentionem habeas, in eis solum
intendendo divinam laudem, honorem
et proximi edificationem. Et tunc ve-
raciter poteris dicere cum Apostolo Phili-
ppensium iii°: Nostra conversatio in celis est,
quia licet pertendas in existentia
naturali conditione humana, sumas
tamen in efficacia virtuali virtutem
angelicam. Propter quod nota quod quicumque
precepta divina sic spiritualiter audierit
et ea tam in corde retinuerit, et
nichilominus in opere adimpleverit, ta-
lis sine dubio eternam beatitudinem fe-
liciter obtinebit. Propter quod aperte
pars subiungitur textus: Et dabo tibi
terram fluentem lacte et melle. Ubi
per terram eterna beatitudo intelligitur
propter stabilitatem et permanentiam eterne
felicitatis, que quidem terra fluit lac-
te, id est claritate cognitionis divine essentie,
melle, id est suavitate divine fruitionis.
Quam nobis prestare dignetur pater
et filius et spiritus sanctus.
Intendentes igitur pro communi exhor-
tatione fidelium aliquam notitiam
divinorum preceptorum tradere, tria sunt

notabiliter intelligenda. Primum respi-
cit preceptorum distinctionem. Secundum
respicit ipsorum originem. Tertium
autem ipsorum traditionem. Propter primum
nota quod distinctio preceptorum potest
fieri tribus modis. Primo distinctio
sumitur ex diversitate status. Et sic
quedam precepta nos ordinant in vita
contemplativa, sicut tria precepta
prime tabule; quedam in vita ac-
tiva, sicut septem secunde tabule, que
docent homines virtuose et quie-
te ad invicem conversari et agere.
Secunda sumitur ex diversitate situs, et
sic quedam precepta finaliter nos
ordinant in deum, sicut precepta
prime tabule, quedam vero nos
ordinant respectu proximi, sicut pre-
cepta secunde tabule. Tertia su-
mitur ex diversitate formalis ob-
iecti, que in hoc differt a secunda
quia ista distincte explicat secundum
quam rationem formalem unumquodque
preceptum ordinat hominem in deum
vel in proximum, quod non faciebat
secunda distinctio, quod sic est videre.
Nam homo ordinatur in deum secundum
triplicem rationem. Primo quidem in
obsequio operis, quod debetur
divine potestati. Et hoc quantum ad per-
sonam patris. Et sic est primum
preceptum quo dicitur: Non adorabis
deos alienos. In quo precepto
secundum Augustinum includitur quod ob-
sequium operis est deo necessario
exhibendum. Secundo in reverentia
oris, que debetur divine veritati
quantum ad personam filii. Et sic est
secundum preceptum: Non assumas no-
men dei in vanum. Tertio in de-
votione cordis, que debetur

diue bonitati quantu ad psona
spiritus scti et sic est tciu preptu
Sabbata scificees et sic patet sub
qua ratione p precepta pme tabu-
le homo distincte ordinat in deu
Per alia vero precepta scde tabule
homo ordinat ad pxim et hoc
duobq modis, pmo quide in be-
neficentia ut bona que pt pximo
impendat et sic est qrtu prepm
honora patrem et matre Scdo
in innocentia ut nichil iniusti sibi
inferat, nec in aliquo sibi noceat
Proximo aut potest inferri triplex
nocumentu puta cordis oris et
opis, ope aut quid nocet pxio
pmo quida in psona ipa et hoc
phibet qntu preceptum Non oc-
cidas Scdo in psona coniuncta, et
hoc phibet sextum preceptum No
mechaberis Tertio in exterior
substantia, et hoc phibet septimu
preceptum, no facias furtum No-
cumetu aut oris phibet octauu
preceptum, Non falsum testimoniu
dices vbi 2m Aug phibet im-
plicite ome nocumetu oris re-
spectu pximi Tertiu nocumetu
est cordis, ut qndo quis cogitat
mala contra pxim, aut ergo
hoc est in intellectiuo respectu
et diuidui et hoc phibet nonu
preceptu Non concupisces re pxi-
mi tui, aut est in affectiua respectu
speciei et hoc phibet decimu
preceptu Non concupisces vxorem
pximi tui, propter scdm e sicud
q 2m Aplm plenitudo legis
est dilectio ideo dici pt, q oia
precepta et eorum adimpletio

salutifera originaliter emanat a ra-
dice caritatis, tanqz a suo fundametali
principio et in ipm vltimate ordina-
tur tanqz in fine et terminu completiu
ut patet Nam precepta pme tabule e-
manat a dilectione dei, 2e vero ta-
bule a dilectione pximi quod sic e
vide, na pfecta dei dilectio mente
vnit diue ptati, diue veritati, diue
bonitati Cuius racio est quia ex pfecta
dei dilectione, sic homo vnitur cu deo
q p eam omes suas actiones refert
in laude dei et honorem ipsius pote-
ciam ad obsequio venerando qntu
ad madatu pmu Similiter omes
suas locutiones p eam refert in ho-
norem diue bonitatis, diue bonitati
p amorem pfectum suauissime inhe-
rendo, qntu ad tciu, q aute alia
septe emanat a pfecta dilectione
pximi est sic, constat enim q quicuqz
pximu pfecte diliget ipm libenter
honoraret, et eius necessitatibus
studiose et nunqz aliquod nocume-
tu sibi inferret, nec corde nec ore nec
ope in quo alia precepta scde tabu-
le includunt ut patet ex dictis
Post tciu nota, q precepta decalogi
possunt accipi, uel ut data, uel
ut madata, si pmo sic solu per-
tinebat ad ppłm israeliticu cui fue-
runt data et diuinitus promulgata
Si 2o sic obligant omes homines
quia quodqz continet precepta de-
calogi explicite, hoc lex nature
in corde cuiuslibz hominis descripta
cotinet implicite ut pz Na istud
preceptum nature, quod tibi no vis
fieri alys ne feceris includit in se
omia precepta negatiue sicut

Non occidas non furtum facias
et sic quidem que decalogus explicate
ponit tantum duobus vsis de forma cuius
libet precepti singulariter est agendum
forma autem cuiuslibet precepti potest
distingui in tres partes principales
secundum tres expositiones cuiuslibet precepti
ut videbitur in processu

Primum preceptum appropriate re-
spicit personam patris quantum
ad voluntarium obsequium
omnibus operibus quod debetur divine
potestati Et hoc explicatur cum dicitur
Non adorabis deos alienos quod
quidem preceptum christus exponit Mathei
iiii° dicens dominum deum tuum adorabis
In quo evidenter deorum pluralitas ex-
cluditur et unus solus verus deus
colendus et adorandus ponitur Certi-
tudine expressius patet Deuteronomii
vi° Audi israel dominus deus tuus unus
est Sciendum autem secundum Augustinum quod unum
solum verum deum debemus colere et
adorare tripliciter Primo quidem fide
integra Secundo spe sincera Tertio
caritate perfecta et secundum hoc accipitur
tripliciter intellectus primi precepti propter
primum nota quod fides dicitur integra
propter tria primo quia in actu suo non
est diminuta Secundo quia bonis o-
peribus est probata Tertio quia in
caritate est informata primum patet
Nam fides secundum Augustinum habet tripli-
cem actum Nam uno fides credit
deum sicut cum aliquis credit ipsum
esse primam causam omnium Alio credit
deo sicut quia ipse est omnipotens
Et quod unicuique retribuit iuxta me-
rita sua Et isti duo actus sunt
imperfecti Et possunt etiam ipsis de-
monibus convenire quia demones
credunt et contremiscunt unde patet
etiam a fide informi Tertio in
fidelis credit in deum et iste actus
fidei est perfectus et caritate infor-
matus quia secundum Augustinum In deum
credere est credendo per amorem in ipsum
tendere et ei per fide formata caritate
sibi ultimo inherere Secundo fides
integra debet esse bonis operibus
approbata et per caritatis efficaciam
vitaliter informata quia fides
sine operibus est sicut cadaver mor-
tuum sine anima propter quod scribitur in
Canonica Jacobi Fides sine operibus
mortua est propter istam autem exposi-
tionem non solum dampnantur fide-
les infideles non baptizati sicut
iudei qui preter unum deum credunt
in messiam Et Saracenum qui
credunt in Machometum verum
etiam quatuor genera baptizatorum
contra hoc preceptum etiam peccant
et dampnantur Primum genus est
decipientium sicut heretici qui falsis
deceptionibus surreptionibus sim-
plices in fide subvertunt qui
etiam excommunicati sunt ipso iure ex-
tra de hereticis excommunicamus sicut
sortilegi et divinatores de quibus
extra de sortilegiis ex tuarum
dicitur qui inspectiones sortilegas
faciunt Etiam si hoc ex zelo vel
simplicitate faciunt gravissimum
peccatum incurrunt Et si sacerdos etiam
hoc ex simplicitate facit per annum
debet segregari ab altaris ministerio
laycus vero si hoc fecerit quatuor
dies peniteat et communione ecclesie
privetur et excommunicetur clericus vero
officio et beneficio privari potest
ut patet ex decreto quod ponitur

26 questione quinta ubi dicitur
Non licet christiano elementa solis
nec lune et stellarum cursus obser-
vare in coniugiis faciendis, nec in
herbis colligendis, nec incantationi-
bus licet attendere, omnes enim artes
huiusmodi ex quadam pestifera societate
hominum et demonum, quasi infideles et
dolose amicitie pacti sunt, fugi-
ende christiano. Unde qui talibus cre-
dunt, aut ad invocandum eorum domos
introeunt, vel eos ad domos proprias
introducunt, sciant se fidem catholicam
et baptismum prevaricasse, et se paga-
num et apostatam et dei inimicum et
iram dei in perpetuum graviter incurrisse
ut patet 26 questione quinta Non
observetis. Et hoc genus infide-
litatis reducitur observatio dierum egip-
tiacorum et aliarum horarum pro incantatio-
nibus faciendis, et coniugiis faci-
endis et herbis colligendis et
huiusmodi ut patet xxvi questione
quinta Non liceat, ut in superiori de-
creto visum est ibi. Ut autem magis
appareat quando tales actus divina-
tionis sit mortale peccatum et quando
veniale, Sciendum est quod actum
divinationis et sortilegii quis potest
tripliciter exercere. Primo credens
se illum actum realiter assequi quem
intendit, puta alicuius amorem
vel furti revelationem, vel futuri
eventus prognosticationem, ut sciat quis
cum qua contrahere debeat, qua
in re, cum amor hominis dependeat
a libera voluntate humana, cuius
motus solum subest potestati di-
vine, et similiter revelatio occultorum
et prognosticatio futurorum, contrarium est

quod qui talia credit se consequi pos-
se per actum divinationis, oportet quod
credat in illo actu aliquid existere
divini numinis, et per consequens fidem
et baptismum, hoc est veritatem professam
in baptismo abnegat, est deterior
pagano, quia decidit a fide professa
(quod non facit paganus) et incurrit
iram dei in perpetuum nisi peniteat.
Et hoc est gravissimum peccatum mortale,
quia corrumpit fidem, que est funda-
mentum totius spiritualis edificii. Secundo
modo licet homo non credat se per
actum illum realiter assequi quod in-
tendit, vult tamen curiose experiri
utrum aliquid sit efficacie in tali ac-
tu vel non, et hoc etiam est mortale
peccatum licet non sit ita grave sicut
primum. Et ratio est quia talis est
dubius et fluctuans in fide, post-
quam contra veritatem et firmitatem
fidei presumit experiri talia, que scit
vel scire debeat per fidem catholicam
reprobata. Tertio modo, si ex sola le-
vitate et simplicitate talia exerce-
at, non tamen credens in hoc esse
virtutem et efficaciam, nec etiam expe-
riri intendit an in hoc aliqua
efficacia existat, sed solum ex sim-
plicitate et levitate hoc faciat,
Et hoc videtur solum peccatum veni-
ale et maxime quantum ad laycos
et ydiotas. Sed quantum ad clericos
qui scire tenentur hoc iure esse pro-
hibitum semper est mortale peccatum,
cum ppt iura decernat eos per
canonicam censuram puniendos, quod solum
indicatur pro peccato mortali. Circa
autem observantiam dierum facien-
dam Sciendum est quod si certum tempus
observetur in hiis actibus qui dependent

a causa naturali, puta ab influentia
celesti, sicut potionis sumptio et agri-
seminatio, hoc non est ydolatria sed pa-
ganitatis et providentie. Si vero hoc
observetur in hiis actibus qui solum de-
pendent ab hominis libero arbitrio, sicut
est inceptio, uxoris traductio et bel-
li ingressio, cum solum virtus divina
possit imprimere et movere liberum
hominis arbitrium, oportet quod qui tali
intentione menses quinque dies excercet, quia
credit talibus actibus aliquid inesse
divini numinis, et per consequens peccat
mortaliter. Unde ad Galatas iiij° dies
observatis et annos, timeo ne frustra
predicaverim vobis. Ex premissis igitur
patet sicut quod observatio dierum et temporum
quandoque est ydolatrie et infidelitatis,
quandoque providentie et paganitatis, quandoque
autem obedientie et necessitatis, ut
patet in festis colendis et in nup-
tiis contra statuta ecclesie celebrandis.
Patet etiam ex hoc, quia necesse sit
homini ut in talibus et consimilibus
ad discretum confessorem recurrat per
quem possit informari, quando predicti
actus sint mortale peccatum vel ve-
niale. Secundum genus est in fide
debilium, qui tempore necessitatis vel fi-
dem simpliciter deserunt, ut patet
in apostolis fugientibus a Christo, vel qui
fidem solum volunt observare in
corde, licet ore non audeant confiteri,
tamen sine dubio per hanc expositionem
dampnatur. Contra quod Apostolus ad
Romanos x°: Corde creditur
ad iustitiam, ore autem fit confessio ad
salutem. Ideo sacramentum confirmationis
datur in fronte, ut christianus libere
audeat nomen Christi confiteri. Ter-
tium genus est in fide negligentium

qui articulos fidei negligunt ad-
discere, cum possint et debeant eos
scire. Sed numquid laycus tenetur scire omnes
articulos fidei? Ad hoc respondent
doctores quod scire omnes articulos
fidei explicite, hoc est fidei iam
perfecte, que solum requiritur in clericis.
Scire autem omnes articulos implicite,
hoc est fidei diminute, et per con-
sequens peccatum mortale. Scire
autem quosdam explicite, quosdam
implicite, hoc est fidei necessario.
Et tales sunt articuli quorum festa
in ecclesia necessario celebrantur,
puta Christi incarnatio, nativitas,
passio et resurrectio, vel etiam
quorum usus frequens est in ecclesia,
ut articuli de trinitate, qui ex fre-
quenti auditione sciri possunt. Et
quia in parvo symbolo apostolorum
pauco plus quam totales articuli
continentur, ideo omnes christiani
cum ad annos discretionis pervenerint
tenentur dicere et scire illud symbolum,
nisi esset doctoris impossibilitas
vel nisi prohibeat tarditas ingenii.
Unde ad removendum impedimentum
predictum statuerunt iura, quod patrini
tenentur suos filios spirituales docere
symbolum et orationem dominicam,
ut patet per decretum Augustini,
quod ponitur De consecratione dis-
tinctione quarta: Vos autem omnes,
tam viros quam mulieres, qui filios in
baptismo suscepistis, amoneo vos
cognoscatis fideiussores apud deum
extitisse pro illis, quos visi estis de
sacro fonte suscipere. Ideo semper
eos amonete ut castitatem cu-
stodiant, iustitiam diligant, caritatem
teneant, ante omnia symbolum

et oratione divinam et vos ipi
tenete et illos quos excepistis de
sacro fonte ostendite Quartum
genus est se extollencium et pre-
sumptuose fidem perscrutari volencium
qui nichil volunt credere nisi possit
eis ratione liquida demonstrari.
Exemplum in Aug° qui volebat
humana ratione apprehendere et
tales mortaliter peccant et meritum
fidei perdunt Quarum Greg
fides non habet meritum ubi racio
humana prebet experimentum unde hanc
presumptuosam perscrutacionem dehortatur
Sapiens Ecclesiastici iij°, altiora te
ne quesieris et forciora ne perscrute-
ris quia qui scrutator est maiestatis
opprimetur a gloria et ideo dicit
Bernardus fidem presumptuose scrutari te-
meritas est credere pietas est
nosse vero vita eterna est Cui
videtur alludere Aug sic dicens
Inquirere trinitatem periculosa curiositas
est credere autem et tenere sicut sancta
Ecclesia tenet pax et securitas est
videre autem eam sicuti est perfecta et
summa felicitas est Secundo adorabis
unum verum deum spe sincera
totam tuam spem ponendo in ipso
deo et racionabiliter digne nam
in ipsum homo totam spem suam
ponit sine quo nichil potest ad
momentum subsistere nec aliquid
potest boni operari Johannis xv°
Sine me nichil potestis facere
et qui ex ingenita bonitate
eum in nulla necessitate umquam
noluit deserere unde super illud
Mathei vi Ego sum noli timere
dicit Glosa Ego sum qui in omni

necessitate vobis semper paterne
assisto et numquam invocatus vobis deesse
potero Ideo scribitur Ysa. Omnis speravit
in domino et delictus est Sciendum
autem quod secundum duplicem spem est duplex
adoracio sive cultus divinus Nam quedam
est spes salutis et hec in solo deo est
ponenda Et ideo solus adoratur ad-
oracione ydolatrie et ymago eius
et corpus Christi racione ypostatice
unionis Alia est spes suffragii que
potest haberi in creatura dignissima
ut in virgine gloriosa Et ideo ipsa
adoratur adoracione yperdulie que impor-
tat excellentem cultum veneracionis
potest eciam spes haec poni in aliquo
sancto in celo vel in mundo per cuius ora-
ciones confidimus adiuvari Et talis
adoracio proprie dicitur dulia per hanc
autem exposicionem dampnatur quidam
heretici qui suis pravis suggestionibus
homines retrahunt a sanctorum vene-
racione pericolose dicentes quod nec
beata virgo nec aliquis sanctorum debeat
adorari quia ad impetrandum
effectum gratie in nullo ut dicunt
per ipsos possumus adiuvari tamen solus
deus sit causa gratie et dator gratie
quod quidem dictum est nephandum
et hereticum licet enim solus deus
efficaciter sit causa gratie Beata
tamen virgo et ceteri sancti meritorie
per modum suffragii deprecativi possunt
esse causa gratie Est eciam notandum
quod ex ista exposicione iudei nos
de ydolatria calumpniantur obicientes
nobis illud Exodi xx Non facias
tibi sculptile et non adorabis neque
colas ea Ad quod dicendum quod non
adoramus ymaginem ut res quedam

est / quia hoc esset ydolatria / sz quātū
ymago est signū alicuius rei / et quia
ibidē est motꝰ / quo quis ꝟtit̾ in ymagine
in quātū signū est / ad ipsam rem cuius
signū est / ideo ctiā est eadē adoracio q̄
venerām ipam ymaginē et rem cuiꝰ
est ymago Sed ad hoc obiciūt / q tn̄
in veteri lege nusq̄ erāt vsus ymaginū
adoracōis / que tamē a figura noue est
g° nec in noua lege debet esse Ad
hoc dicend̄ ꝙ quia deus in veteri
lege nō fuit humanatꝰ .i. homo fctus
/ ideo nō habuit nec debuit habere
figurā nec ymaginē Sed ꝯ vlteriꝰ
obicit̾ q nec in noua lege ꝟsq̄ inve-
nit̾ vel videt̾ expressum de ymagi-
nibꝰ g° nō videt̾ q sint tradicionis
dīne / sz humane ficcionis Ad hoc
dicend̄ q q forme ymaginū nō sūt
adinvenciones noue legis sz tradiciones
aplice et dīne quia narrat Augꝰ
in libro de ciuitate dei q xp̄us
pannū ꝓprie faciei supposuit et im-
pressit et regi Abagaro transmi-
sit Et btūs lucas etiā dicitur
depinxisse ymaginē xp̄i et etiā
sculpsisse ymaginē beate ṽginis
que ambe rome habent̾ ffuūt
aūt introducte ymagines ꝓpter
tria primo ꝓpt̾ simplicitate rudiū
/ ut qui nesciūt legē in codice le-
gant saltem in pariete Secundo
ꝓpt̾ affectiuū tarditate ut qui ad
deuocōnē nō mouet̾ ex auditis
moueat̾ tamē ex visis Tercio ꝓpt̾
labilitate memorie / ut si a memoria
labent̾ audita ut sepe contingit
ut ꝑ vnā aurem audit̾ vel intrat
ꝑ aliam exit / saltem memorit̾
teneat̾ visa et principalit̾ depicta
Tercio adorabis vnū solū verum

deum caritate ꝑfecta ex toto corde
et ex tota aīa dñm deum tuum
diligendo et omnem actum sue di-
leccōnis contrariū abiciendo Quod
confirmat glo° Exo. xx sic dicens
Sciend̄ q cum hoc mādatū ser-
uac̄ decreueris debes habē et colē
vnū deū tm̄ sicut in baptismo
ꝓmisisti Hoc est aut̄ bellū de-
nūciasse omnibꝰ hijs quibꝰ in
baptismo renunciasti solum con-
fidē patrem et filiū et spiritum
sctm̄ / sz nisi cum toto corde diligamꝰ
deum nr̄m / tota aīa tota ṽtute
ei adherendo / non possumꝰ ꝑticipes
esse domini Vnde talibꝰ dicet
Nescio vos Sed hic racionalis du
bitacio incidit Vtrum in hac vita
aliquis possit preceptū dileccōnis
adimplē sz illud Diliges dñm
deū tuū ex toto corde tuo Ad quod
dicend̄ q ꝑfeccio dileccōnis pt̄
capi dupliciť Vno° ut excludat̾
actus omīs extinguꝰ sic nō pt̄
in hac vita impleri / ut sz actu
homo semꝑ diligat deum ex toto
corde .i. intellectu sine diuisione
ex tota mēte .i. actuali memoria
sine obliuione obliuione / et ex
tota aīa .i. voluntate plena sine
retractōne / hoc eñ nō patit̾
fragilitas p̄ntis status Secundo
ut excludat̾ omīs actus contrarius
caritati / et sic pt̄ impleri in hac
vita / quia caritas pt̄ esse intm̄
ꝑfecta / q omnem actum mortalis
pcī excludat Qualit̾ aūt
homo ad tantā ꝑfeccionem di-
leccōnis excrescat q nunquam
mortalit̾ pcēt Considerandum

est, quod hoc potissimum contingit
ex inde, quod homo perfecte incorporatur
caritate dei et quod perfecte intel
ligendum, duo sunt intelligenda
Primo qualiter ymago caritatis christi
fuerat figurata et in quibus coloribus
fuerat insignita. Secundo qualiter
sue caritati tamquam forme exemplari
debeamus imprimi et ei perfecte pro
modo nobis possibili conformari
Propter primum sciendum est quod forma et
ymago caritatis christi fuit triplici
colore insignita Primus color est
humanus, secundus celicus, tercius divi
nus. Primus color est virtualis effi
cacie. Secundus gratualis affluencie
Tercius spiritualis existencie. De
primo patet. Nam primo gradus
sui amoris mensurabatur ex tota vir
tute anime sue, et omni viribus ipsius
et ex tota virtute sui cordis et secundum
ultimum posse, quod potest competere
cuicumque virtuti create, et ideo iste co
lor signatur dicitur color virtualis
efficacie, quia gradus sui amoris
mensurabatur secundum ultimum posse to
cius anime tocius cordis et tocius
virtutis sue nature. De secundo patet
Nam sue caritatis gradus mensurabatur
secundum ultimam perfectionem omnis gratie
et omnis virtutis sive sit gratia gratis
data, sive gratum faciens, vel eciam
unionis. Omnes enim gratias istas
et omnes virtutes, et omnia dona
ad perfectionem pertinencia christus in sum
mo habuit. Ideo scribitur Jo. iii° c°
non fuit ei datus spiritus ad mensuram
quod non est intelligendum, quod gratia
christi fuerat infinita, sic quod non
esset creata, sed quia non accepit gratiam
ad mensuram aliorum hominum vel eciam
angelorum, sed longe excellenciorem
quia ipse tanto excellencior est angelis
factus quanto differencius nomen pre
illis hereditavit ad Heb. primo. Inde
est eciam quod gratia christi dicitur esse gratia
capitis. Quia sicut in capite est
plenitudo omnium sensuum in aliis autem
membris corporis solum est sensus
tactus, sic in christo fuerat plenitudo
omnis gratie, in aliis sanctis fuit gratia
limitata et ad certam speciem sive ad
certum modum habendi determinata. Sicut
enim a capite ceteris membris influitur
motus et sensus. Sic a gratia ipsius
christi influitur nobis sensus ipsius de
vocionis, et motus bone operacionis
Et ideo signatur iste color dicitur gra
tualis affluencie, quia sua dileccio
omnem perfectionem gratie apprehendit
De tercio patet. Nam tanta fuit ex
cellencia caritatis christi, quod non solum
mentem ipsius inseparabiliter coniungebat
divino supposito, et ex hoc fuit tres
prerogativas consecutus nobilissimas
Prima est, quia esse naturalis subsis
tencie ipsius ipsius nature humane
est esse persona et ypostaticum verbi
divini Secunda est quia ex hoc christus
dicitur dei filius naturalis, eciam secundum
humanam naturam quia naturaliter ex
istit in esse divino et ypostatico, quod
est proprium filii per naturam etc.
Tercia est, quia omnis honor et
cultus latrie qui exhibetur ipsi
deo, eciam secundum naturam humanam
competit ipsi christo Et ideo dicit
Apostolus Adorant eum omnes
angeli eius, Et ideo bene dictum
est, quod iste color dicitur esse divinus

quia sue caritatis perfectio potissime
mensuratur ab esse hypostatico et divino
Christi. Secundum est sciendum quod iste forme
exemplaris debemus triplicater conformari
Primo ex hoc quod homo ex caritate
tenetur vivere deo et ei placere secundum
ultimum posse sue cognitionis affec-
tionis et operationis ita quod in exteriori
conversatione tam lucide exempla
sanctitatis ostendat et etiam in interiori
mentis illustratione tanto decore
gratie perfulget quod videatur sibi
convenire ut de primogenito scribitur
Hic est filius meus dilectus etc. Talis
enim homo efficitur speculum et exem-
plar recte vivendi omnibus secum
conversantibus quia exemplo suo
ipsos virtualiter cogit et dulciter alli-
ciendum vivendum et ad placendum
soli deo Et ideo de talibus scribitur
Ysa. Omnes qui viderint eos agno-
scent eos id est approbabunt vitam et
sanctitatem conversationis ipsorum Et di-
cunt quoniam hoc est semen cui benedixit
dominus Secundo in hoc quod homo
ex caritate vivat deo secundum omnia
dona virtutum et gratie que ab ipso
recepit hec enim debet omnia per
devotam graciarum actionem in deum re-
fundere nichil de hoc suis meritis
vel viribus ascribendo sed omnia
prima vena largitatis divine hu-
militer refundendo ut ex hoc in-
fluencia donorum et gratiarum sibi lar-
gius augeatur et hoc subtiliter
innuit Salomon cum dicat Ecclesiastes
primo Ad locum unde exeunt
flumina revertuntur ut iterum fluant
quia per hoc quod homo per dona gratie
per humilem cognitionem in deum
refundit sibi fluxus gratie co-
piosius augeatur. Tertio in hoc quod
homo deum ex caritate diligat secundum
eandem formam et modum quo ipse
Christus eum primo dilexit Constat
autem quod Christus dilexit hominem fortiter
dulciter et constanter. Fortiter quidem
quia tanto amore et tam sitibundo
desiderio nostram salutem appetiit quod
coram Pilato stans ad interrogationem
respondere noluit ne hac respon-
sione data protegeretur tempus sue pas-
sionis et nostre redemptionis
Dulciter quidem quia tam prompto
affectu et leta mente ex caritatis
dulcore pro nobis passus fuit ac
si passionis acerbitatem et obprobri-
orum calamitatem sibi summas delicias
reputaret Constanter vero quia tam
perseveranter nos dilexit quod numquam
vinculum amoris ad momentum
dissolvit quod patet per hoc quia
sue unione cum humana natura
nec propter propter mortis acerbitatem
nec propter penarum et obprobriorum
multiplicitatem voluit separare Et
ideo Leo papa dicit tanta fuit
illa unio quod nec penis nec obpro-
briis poterat diminui nec morte
dissolvi Sic etiam si tu velis im-
primi forme exemplari sue di-
lectionis debes ipsum diligere ardenter
ut ardor sue dilectionis omnem
transitoriam affectionem in te ab-
sorbeat et adeo dulciter quod in
dulcore sue dilectionis tibi omnes
adversitates transitoria dulcescat
Et adeo perseveranter quod nulla res
transitoria te ab ipsius amore

revellat dicens videlicet cum Apostolo
Quis nos separabit a caritate christi
Sic igitur patet tibi quo deum debes
adorare caritate perfecta Sed est
sciendum quod contra hoc preceptum
faciunt superbi cupidi et gulosi nam
superbus pro deo colit vanam gloriam
cupidus nummos vel pecuniam Sed
gulosus ventrem sive ventris in-
gluviam unde dicit Apostolus ad Gal.
iiiº quod avaricia est ydolorum servitus
Et de gulosis dicit ad Philip. iiiº quorum
deus venter est nam hoc quod est
regulare secundum Augustinum et Gregorium quod
illud quod unusquisque super deum vel
equaliter deo diligit Sed sciendum
quod superbia in triplici genere in deo
colitur quia enim superbia colitur
vel exercetur in pompa seculi
sicut in conviviis et ornamentis
et vestibus preciosis et hoc est mor-
tale peccatum si fiat propter pompam
vel ostensionem Aliter vero puta si
fiat propter generacionem militare vel ut
homo decenter alijs conveniat quia
eciam exercetur in virtutibus et religiosis
actibus et illa secundum Augustinum est multum
deterior prima quia magis decipit
sub specie religionis Et hic con-
tingit quatuor modis primo cum
quis bonum quod habet a se ha-
bere existimat sicut fecit phariseus
se preferens publicano Secundo si hoc
sibi data existimat credit tamen
sibi pro suis meritis erogatum
Tercio quando quis iactat se habere
quod non habet cum sibi datum
putat Quarto cum quis abiectis
ceteris singulariter vult videri hoc

Glosa super illud Luce xviij duo
homines Quinta exercetur superbia in sa-
cramentis sicut quando quis per contemptum
et inobedienciam abstinet a commu-
nione vel non confitetur tempore pro
statuto ab ecclesia et si hoc ex te-
meritate fiat peccatum mortale est non
aut si fiat ex obediencia et reve-
rencia sacramenti Generaliter eciam faciunt
contra precepta qui deum confitentur ore
factis autem negant et offendunt
De quibus conqueritur dominus Ysa. xxix
populus hic labiis me honorat cor autem
eorum longe est a me Ex premissis
eciam patet qualiter sit confitendum
de transgressione huius primi pre-
cepti Et primo de prima eius exposi-
cione Si quid contra fidem deliqui-
sti corde contra fidem aliquid senci-
endo vel tenendo Ore aliquid contra
fidem docendo vel veritatem doctrine
fidei deridendo in falsificando ope-
racionis exercendo vel exercentibus
fidem adhibendo dies egipciacos
et certas lunaciones supersticiose ser-
vando veram fidem debiliter tenendo
et eam non per vitalia opera exercendo
vel eciam articulos fidei negligenter
addiscendo Item de secunda exposi-
cione si in aliquo bono creato spem
tuam posuisti si per nimiam sollicitu-
dinem spem tuam a divina providencia
subtraxisti et si aliquos verbo et
exemplo a spe divini auxilii retra-
xisti vel si in ecclesia pro salutis
et divini suffragii non orasti sed po-
cius pro sanitate utilitate aliqua
temporali Item de tercia exposicione
Si contra deum vel supra deum

vel equaliter deo dilexisti vel etiam
si actiones tuas passe in eius amo-
rem non ordinasti vel sepitam tuam
exemplari forme sue dilectionis non
conformasti et breviter quidquid
contra caritatem deliquisti ex quibus
etiam patet potest quod necessarium sit
cuilibet ad discretum confessorem recurrere
per quem de predictis plenius valeat
informari. Sequitur de secundo

Secundum preceptum est
Non assumas nomen dei
tui in vanum ubi secundum
Aug. prohibet iuramentum fieri in dei
et etiam periurium. Peccat enim et qui
pro modico vel nichilo iurat et qui false
iurat nomen dei assumit in vanum
quia primo sine causa nominat di-
vinam veritatem secundo eam nominatam
contempnit peierando. Et hoc
preceptum tripliciter exponitur. Primo
de transgressione iuramenti ut sit
sensus Non assumas nomen dei
tui in vanum execrabiliter scilicet
iurando vel peierando. Circa
quod tria sunt per ordinem decla-
randa. Primum est qualiter et quibus
modis illud preceptum male iurando
violetur. Secundum est quia sunt atten-
denda in hoc quod aliquis licite et
sine peccato possit iurare vel iurame-
tum recipere. Tercium est que sunt illa
per que quis a reatu periurii merito
excusatur. Primum nota quod nomen
dei in vanum assumit male iurando
tripliciter. Primo quidam iurando va-
ne et inutiliter et hoc fit divinam
veritatem sine causa nominando et
obtestando. Secundo iurando dolose
et fraudulenter ut in contractibus
proximum suum decipiendo et iurando
rem suam esse meliorem quam sit vel
quod plus te constiterit quam fecerit.
Tercio iurando temerarie et contumaciter
quod etiam fit tribus modis. Primo ex-
ecrabiliter iurando ut cum quis iurat
per intestina dei vel per pulmonem
eius. Secundo irreverenter iurando ut
cum quis iurat sine causa per quinque
vulnera Christi. Hec enim iuramenta
enormiter sunt vana quia tum primum
sonat in dei blasphemiam eo quod
aliquid deo ascribitur quod sue digni-
tati non convenit. Secundum autem sonat
in dei irreverentiam quia magna
est irreverentia deo sua vulnera
preciosa in vanum assumere unde nobis
tanta salus effluxit. Ideo si ta-
lia iuramenta ex deliberatione
fiant sunt peccata mortalia. Ex
quo etiam in quibusdam terris talia
iuramenta sic sunt restricta quod qui-
cumque in talibus deum offendit au-
rem vel digitum vel etiam quandoque
linguam perdit. Si autem talia fiant
ex cursu lingue et indeliberate sunt
venialia sicut primi motus infide-
litatis. Tercio scienter periurando
vel veritatem divinam contumaciter
contempnendo. Et hoc secundum theo-
logos et etiam iuristas contingit
quatuor modis et quolibet eorum
periurium committitur. Primo cum quis
iurat scienter falsum et hoc est
peccatum mortale semper. Secundus est
si ignoranter hoc fiat putans esse
verum quod iurat et non tantum
qui periurat sed etiam ille qui plena
voluntate disposuit periurare
etiam antequam periurat videtur
periurus censendus quia deus non
iudicat ex operibus sed ex cogitatio-
nibus ut patet xxii questione
secunda. Sciendum tamen quod periurium

solempnisatio et deliberatio est
pctm mortalissimum vnde p tres
digitos quos homo ponit super
sctos significatur q corpus et
aiam siue rem siue aiam dat i
ptatem dyaboli deliberatum
Etiam iuramentum licet non sit
iuramentum solempnisatum si tn
seriose iurat et plene delibeat
itm est pctm mortale Si aut
hoc fiat solum cursu vborum
et no sit solempnisatum nec de-
liberatio sic est veniale Scdo
dicitur piurium iuratio indiscreta
siue dubitatiua ut cum qs iurat
iurat de quo dubitat an sit
verum et si hoc sit ex deliberatione
et pposito sic est pctm mortale
et maxime quando e solempnisatum
Si aut incaute vel iocose a
leuitate fiat sic est veniale
Tertio dicitur piurium iuramenti
transgressio aut qo iurame-
tum est illicitum ut cum quis iu-
rat no dare elemosinam et sic sit
piurus ipso facto et peccat iurando
z no peccat conueniendo Cuma
scdm ysidorum in malis promissis
rescinde fidem et in turpi voto
muta decretum aut choitum
ut cum quis q nolit ludere pro
polendo et ostulendo et sic mor-
taliter peccat quotiensque ludit
Si aut quis iurat dare elemo-
sinam et iurare ieiunare vel pe-
regrinari si tunc transgreditur ex
necessitate vel impotentia ex-
cusatur a piurio Si autem ex
voluntate piurus efficitur extra
de iure iuo querelam Quarto dicitur
piurium iuramenti receptio qui
enim piurat et qui piurare

compellit vterque piurus est ut
xx questione v talo cuius ratio
Cum enim aliqua ad piurandum com-
pellit et sit scit eum falsum iurare
vincit homicidam quia ille corpus
occidit iste aiam immo duas aias
illius sc qui iurat falsum et suam
pprius qui recepit ut patet xxii a
questione 2a illa et capitulo si exigit
Propter tamen nota q ad hoc q aliquis
possit licite iurare vel licite exigere
aut etiam accipere iuramentum conside-
randum est q exigens iurame-
tum aut est psona publica ut
puta index et talis non peccat
quia tenetur ex ordine iuris re-
cipere iuramentum siue sit verum siue
falsum aut est psona priuata et
tunc aut exigit ad obligationem
confirmationis et hoc fit sine pcto
aut ad veritatis subuersionem ut cum
scit eum falsum iurare sic peccat
mortaliter aut ad dubitationis re-
motionem ut quando pro re litigiosa
iuratur et sic no peccat exigens iu-
ramentum cum sit finis controuersie
ut scribitur ad hebreos vi sic etiam quis
in innocentia purgare iuramento
et in hoc debet sibi credi nisi con-
trarium possit per testes conuinci
Ad hoc qo q aliquis possit
sine pena iurare et iuramentum
recipere tria requiruntur Primo ve-
ritas ex parte conscientie Scdo
iudicium i discretio siue deliberatio
ex parte rationis Tertio iustitia
ex parte rei iurande i q illud
quod iuratur sit iustum et licitum
et pdicta tria scdm Jeronimum di-
cuntur comites iuramenti q dicunt
comitantur quodlibet licitum iurame-
tum prout hoc notauit Jeronimus
xxii questione scda Animaduer-
tendum propter tamen nota q quilibet
a piurio debet cauere propter

tria mala que ex periurio amittimus
Nam primum malum quod ex periurio
amittimus est penitentie austeritas
tercia 2m Canones pro periurio
manifesto et solempnisato debet
imponi pnia septennis Secundum
malum est reatus in maiestas ex
2m Hostiensem hoc crimen in pena
comparatur homicidio voluntario ymmo
2m Aug' cum cogit alterum pe-
rari duplici racione superius tacta
vincit homicidam Tercium malum
est fame irrecuperabilitas quia
periurus infamis efficitur nec postea
quantumcumque peniteat in testimonium
admittitur ext. de testibus et te-
stacionibus Sunt eciam tria bona
que ex periurio perdimus amor nature
veritatis tria bona in homine opera
quibus ex periurio denudatur primum
bonum est quod amor et consolatio
veritatis hominem a perpetua servitute
liberat vnde scribitur Joh viij Si
veritas vos liberaverit vere liberi
eritis Secundum bonum est quod ipsum
omnibus bonis virtutibus fecundat
vnde scribitur in Eccli° penetrabo
inferiores partes terre et illuminabo om-
nes sperantes in domino Tercium est
quod hominem de adepcione beatitu-
dinis assecurat vnde scribitur sapie
vj° Concupiscencia et amor sapiencie
deducit ad regnum perpetuum Sed hic
notabile est sciendum quod ex illo
verbo quod xpus dixit Ego dico
vobis non iurare omnino quidam
simplices sumpserunt occasionem
erroris sic intelligentes quod xpus
inhibuit omne iuramentum tamquam
illicitum et hoc multi heretici sense-
runt et senciunt quod hic non est verum
quod xpc in hoc verbo non prohibuit

simpliciter iurare sed solum sine cau-
sa legittima et necessaria non
est iurandum et hoc patet periurij
peccatum evitandum Secundo hoc preceptum
ex debito ponitur de transgressi-
one voti sub hoc sensu Non as-
sumas nomen dei invanum scilicet
tuum votum deo factum transgrediendo
Tercia secundum Hugonem de sacra-
ment libro 2° ca° viij° votum
est testificacio quedam promissio-
nis spontanee que ad solum
deum sunt et inferuntur ad ea que
dei sunt referuntur Ex quo patet
quod transgressio voti in hoc precepto
prohibetur Vnde ad maiorem huius
evidenciam circa votum sunt principaliter
quatuor intendenda Nam primo
inquirendum est quid sit votum
que et quot requiruntur ad ipsum
Secundo potest votum licitum semper obli-
gare ad servandum Tercio votum
post votum simpliciter quis possit
contrahere matrimonium Quarto vtrum
melius sit aliquid facere cum voto
quam sine voto patet primum est sciendum
quod votum nichil aliud est quam spon-
tanea promissio cum deliberatione
vel obligatione firmata Ex quibus
patet quod ad votum tria requiruntur
primum est propositum voluntatis quod
debet fieri ex animi libertate
non autem ex coacta necessitate Ex
quo patet si aliquis cogatur
metu cadente in constantem ali-
quid fovendum non tenetur exsolvere
Secundum est deliberatio voluntatis
quia si aliquis subito aliquod
bonum concipiat non obligatur ad
servandum ex voti necessitate sed
solum ex quadam decencia et

congruitate inquantum diuinis et bonis instinctibus non est resistendum Tercium est quod votum sit de re bona, quia si fiat de re mala non obligat, dicente Ysidoro In malis promissis rescinde fidem et ponitur xxij questione quarta Propter secundum est sciendum quod votum licitum semper obligat ad sui reddicionem si vovens sit sui iuris quia eius transgressio est peccatum mortale exceptis quatuor casibus Primus est si aliquis voveat sub condicione, tunc enim non stante condicione non tenetur solvere votum, puta si aliquis vovit ieiunare beate virgini Marie ut sanaretur Si talis non sanatur infra tempus prefixum non obligatur ad solucionem voti Secundus est si accidit dispensacio eius qui potest que tamen numquam debet fieri nisi in eque bonum vel melius committetur, circa quam queri potest utrum papa in voto continencie solempnizato possit dispensare, ad quod quidam respondent Iohannes Hugo Hostiensis et Innocentius quod sic, quia in omni voto sicut in omni iuramento intelligitur excepta potestate pape et hoc dicitur posse de plenitudine potestatis et maxime si quando utilitas regni vel provincie hoc exposcat Sed Albertus in quarto libro summe dicit quod votum continencie solempnizatum nullo recipit dispensacionem quia hoc nichil rerum dignius valeat potest compensari quod non sit digna ponderacio anime continentis ut scribitur Ecclesiastici xxvij unde iuxta summam

magistri papa in voto continencie non potest dispensare ut videlicet illud quod dicitur de utilitate regni vel provincie, quia secundum Augustinum Non sunt facienda mala ut eveniant queque bona unde legitur in legenda Mathei Epigenia virgo deo dicata noluit nubere regi quod tamen secundum dominum ipso suo permitteret Per Matheus apostolus de hoc assentire vellet, sed pro deo potius mortem sustinuit, et hanc opinionem sine iudicio reputo tuciorem Tercius casus est Si impotencia et impossibilitas attendat, nam quod votum fingendum impediret si prius esset, hoc ipsum superveniens voto facto obligacionem aufert unde si aliquid possibile sit dum vovetur Si postea fiat impossibile tollitur obligacio Contrarium ad hoc puta si aliquis dives vovit edificare ecclesiam postea paupertate superveniente perficere non posset non obligatur hoc tamen est intelligendo quod si sit factus omnis impotens, absolutus est a toto Si autem sit impotens in parte ita quod totum perficere non possit, tunc remanet solum obligatus ad id quod potest et non ad aliud Quartus casus Si vovens non sit sui iuris quod enim votum sit spontanea promissio melioris boni cum deliberacione firmata ut visum est, patet quod solum ille vovere potest et per consequens ad suum votum obligatur qui sui iuris existit Et ideo quicumque subest voluntati seu potestati aliene, non potest aliquid vovere quia illud cui subest a debito subiectionis impediat a servicio domini Per eciam qui subest inficiens contrarium ad reddicionem

Hic non est defectus

debiti, et econverso mulier non potest
vovere continenciam sine eius licen-
cia, nec etiam peregrinaciones longas
excepto voto terre sancte, licet ab-
stinenciam Similiter vir possit abs-
que licencia mulieris Mulier vero
quia subest viro in omnibus igitur
nichil vovere potest sine consensu vi-
ri Nec etiam Monachus sine con-
sensu prelati Similiter etiam Episcopus
quia subest pape in hiis que ad
episcopatum pertinet Ideo non potest
vovere peregrinaciones longas Nec
etiam religionem intrare sine conse-
nsu pape Abstinenciam autem et hu-
iusmodi bene vovere potest et
elemosinam et per que non abstrahitur
a ministracione sibi commissa Clericus
etiam secularis, quia subest ipsi
Episcopo quantum ad beneficium Ideo nichil
vovere potest quod ipsum abstrahat a ser-
vicio beneficii, licet alia vovere
possit in quibus sui iuris existit
Filius etiam familias, quia subest
patri in hiis que ad regimen domus
pertinet Ideo circa talia nichil vo-
vere potest Hec notat Gamfredus et
Hostiensis Sed cum mulier nichil vo-
vere possit sine consensu viri, multi
dubitatur utrum peccet emittendo
aliquod votum sine consensu mariti
Ad hoc dicendum quod non, nisi faciat
temerarie, licet enim votum uxoris
et omnium huiusmodi qui non sunt sui iu-
ris non sit firmum sine consensu eorum
quibus subiciuntur, non tamen peccat
vovendo absolute loquendo, quia in
eorum voto intelligitur debita condi-
cio scilicet si suis superioribus complacu-
erit, vel si expresse non renitentur
in talibus enim sufficit tacitus con-
sensus secundum Innocencium, puta si
superior sciat et non contradicat

argumentum extra questione 2a Si in
quolibet Sciendum tamen quod licet uxor
possit vovere aliquid sine consensu
viri si tamen fiat non debet contra-
venire auctoritate propria, sed vir eius
potest irritare Etiam si voverit antequam
matrimonium sit contractum dum-
modo non fuerit adimpletum, immo
etiam quod plus est Si mulier de con-
sensu viri voveat abstinenciam pe-
regrinacionem vel huiusmodi et postea
vir execucionem prohibeat, debet obe-
dire viro et non peccat viro obediendo
licet vir peccet id quod consenserat
retrahendo vel etiam prohibendo xxxiii
questione iii Noluit in hoc casu
tamen distinguendum est, quia aut
dedit licenciam in facie ecclesie et quasi
in iudicio Et tunc secundum Petrum non potest
revocare, aut dedit in privato et
tunc etiam ante usum licentie po-
test revocare, puta si dedit lice-
nciam de ingressu religionis, sed
postea non potest Thomas et Albertus
dicunt quod si vir expresse dedit li-
cenciam coniugi de castitate voveda
non potest eam post votum emissum revo-
care, sed intellige hoc non potest sine
peccato Sed si vir solum dissimulat et
post plenam deliberacionem velit re-
vocare Mulier tenetur sibi obedire
in hoc casu causa videtur dare Inno-
centius dicens, quia dat licenciam
vovendi, nam propter hoc impediri ex-
igere debitum, nisi et ipse similiter
voveat, illa tamen que vovit im-
peditur ab exigendo non tamen a
reddendo Sed forte dices, nunquid
vir peccat irritando votum uxoris
quod sine suo consensu emiserat
Ad hoc est dicendum quod non, quia

vti(s) iure suo sibi concesso et etia(m)
sibi concesso et etia(m) sibi a Canone
indulto ppt(er) tu(n)c est sciend(um) s(e)c(un)d(u)m p(ro)
post votum simpl(e)x quis p(otes)t contrahe(re)
matrimoni(um) tria sunt videnda / p(ri)ma
p(ri)mo est ostendend(um) q(uod) mortaliter
p(ecc)at qui post votu(m) simplex con-
tinentie contrahit matrimoni(um)
Cum tame(n) faciat cont(ra) p(re)ceptum
p(ri)mu(m) quod dicit(ur) reuete et red-
dite tame(n) quia in foro consciencie
et apud deu(m) tantu(m) obligat s(ecundu)m
doctores votum simplex q(ua)ntu(m) so-
lempne Ex quo euident(er) patet
q(uod) p(ro)fane faciunt qui dat co(n)siliu(m)
et licentia(m) aliquas p(er)sonas con-
trahe(re) post votum simplex conti-
nentie emissu(m) qui peccat tripli(citer)
P(ri)mo q(uia) suo consilio ad pecc(atu)m infi-
delitatis impellunt q(uia) transgres-
sio voti sicut et iurame(n)ti est q(ue)da(m)
abnegatio diuine v(er)itatis et ideo
post ydolatria(m) pecc(atu)m piurij et
transgressio voti videt(ur) s(e)c(un)d(u)m lo-
cum tene(re) in q(uan)titate delicti p(ro)pt(er)
quod etia(m) vtrumq(ue) p(ro)hibet(ur) in s(e)c(un)do
p(re)cepto quod immediate se habet
ad p(ri)mu(m) / 2(o) quia p(er)sona(m) illam ma-
ximo p(er)iculo exponunt cu(m) s(e)c(un)d(u)m
ter(t)iorem modernor(um) opinione(m)
nu(m)q(ua)m possit debitu(m) pete(re) sine p(e)cc(at)o
Tercio quia dignitate angelica(m)
homi(ni) abiciunt / quod patet / quia p(er)
continencia(m) homo puritati angelice
conformat(ur) / ymo etiam per eam
angelica(m) dignitate(m) supgreditur
q(uia) s(e)c(un)d(u)m Jeroni(mum) continencia in
carne corruptibili conseruare est
dignius et excellencius et maio-
ris meriti q(uam) eam habe(re) per na-
turam S(e)c(un)do videbit(ur) v(tru)m ille

qui post votu(m) simplex co(n)tinentie
postea iurat se cum aliqua con-
trahe(re) / vtrum plus debeat seruare
votu(m) q(uam) iurame(n)tu(m) Dicend(um) q(uod)
votu(m) est magis seruand(um) extra de
cleri(cis) ante votu(m) possunt contrahe(re)
ta(li)s rursus vbi dicit(ur) q(uod) votu(m)
simplex seruand(um) sit Etia(m) si postea
iurauerat q(uan)da(m) duce(re) et pro te-
merario iurame(n)to penitentiam
agat / licet hostiens(is) in casu cont(ra)-
rio vbi quis p(ri)us iurauit q(uan)da(m)
duce(re) et postea votu(m) continentie
emisit / dicat iurame(n)tu(m) esse magis
seruand(um) q(uam) votu(m) Tercio videnda est
An votu(m) sit magis obligatorium
q(uam) iurame(n)tu(m) / na(m) obligatio voti
causat(ur) ex fidelitate qua(m) debemus
deo ut impromissu(m) seruemus Sed ob-
ligatio iurame(n)ti causat(ur) ex reue-
rencia qua(m) debemus deo ex qua
tenem(ur) ut verificemus quod per
nome(n) eius p(ro)misimus Omnis aute(m)
infidelitas est irreuerencia et no(n)
e(con)u(er)so / C(ontr)a infidelitas videtur
esse irreuerencia maxima C(ontr)a
tame(n) infidelitas importat sum-
ma(m) irreuerencia(m) Maior videtur
obligacio voti q(uam) iurame(n)ti / si atte-
damus ad p(ro)pria(m) ratione(m) obligatio-
nis vtriusq(ue) C(ontr)a aut(em) hostiens(is) d(icit)
vtrumq(ue) esse eiusde(m) firmitatis q(uia)
p(er)t(inet) verificati q(uan)tu(m) ad ydemptitate(m)
obiecti quia vtrumq(ue) obligat

xpi deo Sed quantum ad racionem obligandi maior videtur esse obligacio voti ut dictum est Propter quartum nota quod multum melius est aliquid facere ex voto quam sine voto ut patet ex tribus Primo quia votum est actus latrie que est nobilior virtus constat autem quod actus qui a perfectiori virtute elicitur perfectior est quare etc Secundo quia secundum Ansalmum perfectius est dare arborem cum fructu quam fructum sine arbore vel fructum tantum Sed constat quod bona voluntas est quasi arbor fecunda actus autem continentie est quidam fructus bone voluntatis Cum igitur ille qui continet sine voto solum dat fructum qui autem ex voto continet etiam ipsam bonam voluntatem cum omni fructu ex ea proveniente deo perpetue dedicavit patet quod multo melius est continere ex voto quam sine voto Nec valet si dicatur quod continens sine voto libere continet Qui autem ex voto continet ex necessitate continet Melius autem videtur aliquid fieri ex libertate quam necessitate quare etc Ad hoc respondit Ansalmus secundo libro Cur deus homo dicens quod felix est necessitas que ad meliora compellit Constat autem quod necessitas que nascitur ex voto procedit ex voluntate libera qua homo spontanee se deo obligat per votum quare etc Tertio hoc idem patet quia per votum voluntas immobiliter inviolabiliter firmatur in bono facere autem ex voluntate magis firmata ad bonum hoc est perfectius quia pertinet ad perfectionem virtutis ut patet 2o Ethicorum quare etc Tertio hoc preceptum exponitur

de transgressione ubi maledicti hoc sic Non assumas nomen dei tui in vanum in verbo scilicet maledicto Et sic contingit peccare quatuor modis Primo non maledicens deo sicut lusores faciunt cum non prosperantur in ludo taxillorum qui culpam dyabolicam retorquet in divinam innocentiam et deo maledicunt quod etiam horribile est audire Horum dampnacionis participes sunt qui talibus conviciatoribus hospicium concedunt vel qui vestimenta eorum delusa dividunt et cum ipsis familiariter bibunt vel ab ipsis sortem luminis recipiunt Secundo non maledicens alicui sancto et specialiter beate virgini sicut faciunt iudei blasphemi ante enim tales non possunt absolvi nisi ab episcopo vel ab eius penitenciario et maxima debet eis pena imponi ut dicitur extra de maledictis statuimus ubi plura invenies de hoc in textu et in glosa Tercio non maledicens verbo dei ipsum subpanando seu etiam predicatorem impediendo continue quod faciunt qui verba predicatoris derident vel ad impediendum ipsum verba clamosa risus vel alias truphas excitant Quarto Non maledicens divine voluntati ut faciunt illi qui maledicunt auram pluvialem vel corporis infirmitati seu etiam rerum perditionem propter quam multi maledicunt deo et etiam sibi ipsis Exemplum de clerico per quatuor annos infirmato qui dixit Deus tu accepisti michi corpus et ego accipiam tibi animam dyabole veni accipias michi animam quod divino iudicio statim factum fuit Notandum tamen quod maledictio aliquando procedit ex voluntatis ultionis et odio

pequetis et hoc prohibet quia est
pctm mortale tendo eciam ex a-
more iusticie et hoc conceditur nec
est pctm cum eciam sci ea vsi sunt
ut pz xxiii questione iiii^a cum
sci etc Insup est sciend q illud p-
ceptum a malis xpianis triplicit
violatur corde ore et opere Corde
quidem sicut mali xpiani qui solo
nomine vocant rem aut et verita-
tem nominis abnegantes qui licet
sacramentum baptismi recipiunt re
tamen sacramenti i gratia carent
Ore videlicet mala iuratione
voti transgressione verbi dei derisi-
one predicatione que fit vana inte-
cione et inde dicitur vota oracione
de quo ysa dicit populus hic labiis
me honorat cor aut etc Opere
sicut ypocrite qui nomen dei inani-
ter assumunt in simulacione operis
exterioris et non in pietate cordis
bene namque illud invanum recipiunt
qui vanam gloriam expetentes
ideo mercedem suam recipiunt Ex
premissis igitur diligenter consideratis
potest patere qualiter quis de isto
precepto debeat confiteri

Tercium preceptum est Memen-
to ut diem sabbati sanctifices
Hoc preceptum fertur ad spiritus
sancti bonitatem sicut secundum ad filii
veritatem et primum ad patris potestatem
Deus enim hominem per affectum devo-
cionis hoc die voluit quiescere in
deo ita quod si homo quidquid in o-
racionibus vel bonis operibus per
totam septimanam neglexerit hoc
ista die recuperet Unde ad evi-
denciam huius precepti primo queritur
quare hoc preceptum fuerit homini
datum Ad quod dicendum quod huius
precepti est triplex racio litteralis
prima fuit divini cultus vacacio
ut isto die simpliciter homo de-
vocioni studeat et quidquid boni alio
tempore neglexerit hoc isto die
potissime restauraret Secunda fuit
avaricie restrictio unde non tantum
ab operibus mechanicis sed eciam a
mercacionibus abstinere debemus
Tercia fuit divine omnipotencie
maior recordacio quia sicut deus
requievit die septimo ab omnibus
operibus vel rebus quas fecerat
in obsequium hominis Ita homo
debet requiescere ab omni opere
exteriori ut vacet divine laudi
et deo grates referendo pro creacionis
beneficio Omnia enim deus in sui
obsequium et subsidium produxit
Est eciam huius precepti triplex ra-
cio mistica prima est allegorica quia
sabbatum signat requiem corporis
xpi in sepulcro Et eciam conso-
lacionem animarum in limbo que per
presenciam anime xpi facta fuit Secunda
est tropologica quia sabbatum
signat requiem anime a peccatis et
quietem anime in xpo per devocionis
effectum et contemplacionis exerci-
cium Tercia est anagogica quia
sabbatum signat requiem animarum
in celo ad quam per presentem vaca-
cionem mentis in deo speramus per-
venire Secundo queritur quare dies
sabbati fuerit translata in diem
dominicam Ad quod dicendum quod simili-
ter fuit triplici racione et gracia
brevitatis alias resecamus Primo
ob memoriam beneficii incarnacionis
quia sicut die dominico mundus fun-
datus Ita eodem die fuit per
misterium incarnacionis recrea-
tus et hoc beneficium dignissime

est in memoria habendum iugiter cum
per hoc nobis deus summam caritatem
exhibuit dicente apostolo propter nimiam
caritatem qua dilexit nos deus filium
suum misit etc. Hec maxima enim ca-
ritate processit ut coeternum dei verbum
fieri homo voluit ut nos deificaret
et ut hominem abiectum ineffabiliter
exaltaret et ut hominem mendicum
thezauro divinitatis locupletaret
et ut ita in nobis lumine effulgeret
divine claritatis abscondere voluit the-
zaurum sue divinitatis sub velamine
nostre paupertatis Secundo propter memoriam
beneficij nostre redemptionis Nam xpistus
illa die naturam humanam de vinculis
captivitatis eripuit in quibus fere
per quinquaginta milia annorum mise-
rabiliter fuerat captivata et de car-
cere tenebrarum eduxit quia licet
anime non haberent penam sensus in lim-
bo erant tamen private divina visio-
ne ad quam illa nocte per divini pueri
presenciam feliciter admittebantur illa
etiam die dyabolum alligavit eius
potenciam adimendo que quidam
beneficia merito debent in memoria
haberi et iugiter recolligi cum gratiarum
actione ad quod monemur exem-
plo ysaie qui dicit Miseracionum
domini recordabor Tercio propter
memoriam beneficij resurrectionis
que fuit causa et exemplar nostre
resurrectionis Nam illa tria bona
nobis contulit vel beneficia primum
quia mortem destruxit et eam in
seipso occisus occidit Nam secundum
Augustinum dignum erat ubi dyabolus
xpistum innocentem peremit potestatem
perderet in eos quos sua calliditate
devictos tenebat Secundum quia
naturam humanam veste immor-
talitatis induit cum immortalis
et impassibilis resurrexit

Tercium quia timorem mortis nobis
abstulit quando per suam resurrectionem
nos de eterna beatitudine assecuravit
cum certum sit quod membrum sequi de-
beat ubi caput suum precessit Et ideo
dicit Leo papa quod hec dies talibus
divinarum dispensacionum misterijs est
consecrata ut quoddam insigne est
a deo constitutum in tribus in huius
diei dignitate sit gestum ut patet
in spiritus sancti missione in episcoporum
consecracione in sanctimonialium ve-
lacione et huius Specialis tamen
racio fuit translacionis ne videremur
iudaisare diem sabbati more iudeorum
observando Nota quod illud preceptum potest
accipi tripliciter primo generaliter ut ces-
semus a vicijs Secundo specialiter ut cessemus
ab operacionibus carnalibus et actibus
mechanicis per que mens impeditur
ne libere deo vacare possit Tercio
specialissime ut contingit fieri spe-
culativis et contemplativis qui
se ab omnibus occupacionibus mundanis
abstrahunt ut totaliter deo vacent
Prima vacacio est ad salutem neces-
saria Secunda est debita quia continet
obedienciam divini precepti Tercia est
perfecta que solum convenit perfectioni
status contemplacionis qui sibi in
omnibus mundalibus mortuus soli deo
vacet Et iuxta predictam distinctionem
illud preceptum tripliciter exponitur
Primo sic Memento ut diem sabbati
sanctifices id est summo studio illam diem
honores nichil scilicet operis corporalis in
ea faciendo quod possit impedire qui-
etem mentis in deo Et secundum hunc intel-
lectum istud preceptum contingit trans-
gredi quatuor modis Primo ma-
nualiter operando Secundo mercacionibus
intendendo Tercio placita secu-
laria frequentando Quarto actum

iudiciarium exercendo Est enim iure
statutum ut illo die strepitus iudi-
ciarius conquiescat possset tamen in
illo die ut dicit Anteling in glosa pro
pace tractari vel pro pace firmanda
iuramentum licite prestari Ex quo patet
quod quicumque sabbatum violat mor-
taliter peccat quatuor modis vel cau-
sis Primo propter laboris vel operis mo-
dicitate puta si labor tam modicus
sit quod quietem mentis impedire non
possit in deo et hec ratio innuitur
in glosa Exo. xxxi super illo Qui-
cumque violaverit sabbatum glo-
sando quietem mentis morte mo-
rietur scilicet corporis et anime Ex quo
patet quod solus ille labor qui tollat
quietem anime et spiritus libertatem cau-
sat peccatum mortale Secundo propter
laboris necessitatem que tanta debet
esse ut labor operis sine rei periculo pre-
veniri vel differri possit sicut con-
tingit in messibus propter incursum
hostium et in vindemiis propter
frigus et in captura allecium quod
solum fit tempore determinato in
talibus enim excusat necessitas
que legem non habet ut patet extra
de consuetudine quanta quanta etiam
sit necessitas vel laboris quantitas
que a peccato excusat ad arbitrium
boni viri iudicandum est ut dicit
Vilheling in glosa quod minutores
et ferratores equorum et mactores si ta-
lia faciunt non propter questum proprium
sed propter necessitatem aliorum excusantur
a peccato aliter non Tercio propter operis
pietate quia bene licet licet
in sabbato propter deum arare et a-
gros pauperum seminare vel ducere
religiosis ligna et aliis misera-
bilibus hominibus seu personis Quar-
to propter publicam utilitatem puta
laborare pro ponte vel pro via
seu etiam ecclesia reparanda dum-
modo hoc gratis fiat Sed hic inci-
dit dubitatio Cum enim observatio
sabbati sit de precepto divino divinum
autem preceptum sit maius quam huma-
num dubitabile videtur quomodo
ecclesia que utitur potestate humana
poterit dispensare ex causis predictis
super transgressione divini precepti
Ad quod dicendum quod ecclesia bene videtur
super casibus predictis dispensare
duplici ratione Primo quia ecclesia
non tantum utitur ratione humana
ut ratio supponit sed divina et ideo
eadem potestate ecclesia dispensat in pre-
cepto divino qua deus ipsum condidit
de quo patet quod quicumque potestatem
vel claves ecclesie contempnit dei
potestatem contempnit Luce x. Qui
vos spernit me spernit Secundo quia
dispensatio vel sumitur pro mandati
relaxatione et sic est verum quod
ecclesia vel minor potestas non potest dis-
pensare in mandato superioris vel
sumitur pro mandati interpretatione
puta declarando in quo casu con-
intentione legis latoris mandatum
ad sui observationem obliget et
in quo casu non et hoc modo ecclesia
potest dispensare in precepto divino Secundo
exponitur sic sabbatum sanctifices id est
ut summo studio precipue mortalia
peccata caveas nichil in eo faciendo
facinoris vel committendo quod multo
maius est peccatum delinquere tali
die sancto quam alio unde narrat
beatus Gregorius in libro de allegatione
quod quedam legittima a viro suo
cognita cum se processioni coniungeret
a diabolo arripiebatur et multum
ab eo vexabatur et si hoc fit in
personis legittimis quanta pena

plectendus et concubitus illegittimi vnde dicit Aug in libro de x cordis dico tibi quod spiritualiter obseruet mandatum hoc scilicet sabbatum non quo iudei obseruant corporali enim vacacione ocio volunt ad nugas et luxurias suas multo autem melius facerent quod in agro suo die sabbati aliquid vtile seminarent quam quod in teatro sedicionibus insisterent et melius femine eorum die sabbati lanas facerent quam tota die in coreis impudice saltarent vnde Seneca derisit sabbata iudeorum dicens eos perdere septimanam partem vite vnde in talibus impletur illud Trenorum viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eorum et hoc racionabiliter Cum enim principalis intencio legislatoris sit propter hoc nos abstinere ab operibus corporalibus ut liberius vacare spiritualibus possimus patet de consecracione distinctione quarta capitulo ieiunijs patet ergo quod illorum sabbata merito derident qui tali die deuocione deuecta solum ocio carnali et sue lasciuie vacant Sciendum enim quod duo sunt peccata que maxime frequentantur diebus dominicis et festiuis scilicet corea et ebrietas et ideo primo notandum est de corea quod licet in se non sit peccatum mortale ex quatuor tamen circumstancijs contrahit difformitatem peccati mortalis primo quidem racione persone puta si persona sit religiosa vel ecclesiastica tunc enim racione scandali potest committi peccatum mortale Secundo racione temporis ut si tempore misse vel alio deuocionis tempore aliquis coriset Tercio racione loci ut si fiat in ecclesia vel in cimiterio tunc enim propter irreuerenciam deo et loco sacro exhibitam potest committi peccatum mortale Quarto finis vel modi ut si fiat libidinosa intencione vel si fuerit impudica gesticulacio vel saltacio lasciua prouocans ad libidinem ad qua intencionem videtur referri verbum Augustini suppositum de x cordis et predicte quatuor condiciones complectuntur tali metro Tempore fine loco persona corea careto Secundo notandum est de ebrietate et gula quando sint mortalia et quando venialia Nam ebrietas vno modo potest dici mentis obnubilacio et gula potest importare solam corporis aggrauacionem et sic non sunt peccata sed pene peccati ut patet ex questione prima capitulo primo Secundo ebrietas potest importare immoderatam potacionis et gulam immoderatam assumpcionem et tunc in talibus actibus si quis appetat vel intendat inebriari aut eciam crapulari sic vtrumque est peccatum mortale Si autem talia non appetit nec intendit sed solo casu euenit vel ex fortitudine potus vel ex inanietate cibi vel ex debilitate sumentis sic sunt peccata venialia ut notat Iohannes distinctione xx capitulo cimus Est autem notandum quod transgressores huius precepti videntur specialiter amisisse memoriam propter quod eis signanter dicitur memento ideo videntur amisisse memoriam quia non recordantur eorum que videntur in natura ubi omnia vegetabilia et sensibilia quiete appetunt post laborem sicut est

videm in animalibus et plantis que fructificant et laborant in estate et quiescunt in hieme, ne etiam recordantur eorum que leguntur in sep-tuag legimus enim quod deus quievit die septima ab omni opere quod patraverat Isti autem laborant per tota septimana pro miseriis cor-poris, sed in die dominico laborant pro dampnatione anime Quod tamen deus precipue ab hoc die tali pre-cepit vacare ab opere corporali ut homo liberius vacaret divino cultui et quieti Cuius utique vi-dentur isti obliti quia per totam ebdomadam sanctificantur laborando in operibus licitis, sed diem dominicum polluunt et contempnunt intenden-do voluptatibus ebrietatibus et choreis, de quibus conqueritur dominus Ezechiel 2° Sanctuaria mea sprevistis et sabbata mea pol-luistis propterea dabo vos contemptibi-libus cunctis nationibus Tertio exponitur hoc preceptum sic Me-mento ut diem sabbati sanctifices id est ut illo die purissime contem-plationi et perfecte quieti mentis potissime intendas ab omnibus mundanis occupationibus te subtra-hendo et per actum interne contem-plationis veritati divine liber-rime vacando, quod proprie men-tibus competit contemplativis que singula dei beneficia mente devotissima pertractant, et pro quolibet percepto divino beneficio per-fectas gratiarum actiones exsolvunt replicantes illud cottidie Ysaie Misericordiarum domini recordabor

laudem domini pro omnibus que reddidit nobis deus noster Et istam quietem mentis in deo quelibet mens devota fervens emulari debet propter tria bona que exinde consequitur Primum est seminis virtutum in anima sepulti germina-tio quod patet ex hoc, quia multa se-mina virtutum naturaliter complantata latet in mente rationali et ibi qua-dam desidia et aviditate mentis pereunt et desiccantur que omnia fructum copiose producerent, si per flumi-na divine gratie et per fervorem devotio-nis fecundarentur, cuius exemplum patet in sole materiali qui radiis sui splendoris et fervoris terram pe-netrans semen de terra depressum et occultatum multiplicatur vivificat et fecundat Sic etiam per lumen divine gratie et fervorem devotionis flamen quiescat in deo virtutum semina in mente latentia rationali uberius fecundantur Secundum est presentis vite attediatio et omnium terrenorum libera despectio, nam certum est quod dul-cor in quo mens intimo fervore quiescit in deo causat in homine tedium et merorem presentis vite et inducit menti devotione quandam insipiditatem et nauseam omnium terre-norum nec mirum quia ut dicit Gregorius Gustato spiritu desipit omnis caro Cuius ratio est quia sicut ignis materialis a rebus suo fervore adustis aufert omnem pulcritudi-nem et placabilitatem reddens ea nigra et difformia ad videndum ita fervor interne devotionis vite presentis dulcorem in tedium et me-rorem et rerum temporalium pulcritudinem vel placabilitatem in quadam

insipiditate convertat. Tercium est
cordis frigidi duri et rigidi perfecta
liquefactio et divinorum instinctuum
prompta execucio quod patet. Nam si-
cut radii solares glaciem resolvunt
ita fervor intime devocionis men-
tem frigidam gelu corporis et
desidie adeo resolvit et liquefacit
ut prompte divinis instinctibus con-
senciat et viam mandatorum dei
in omni virtutum exercitacione ferven-
ter et celeriter currat quod motum bene
senserat propheta cum diceret viam
mandatorum omnium tuorum cucurri nec
si diceret postquam mentem meam
dilatasti et inflamasti fervore
tue devocionis et omni desidia
procul mota tua mandata ferventer
adimplevi et omnibus divinis instinc-
tibus prompte et delectabiliter ac-
quievi. Sed dices quis pauper
sum tantum habeo laborare pro
omnibus indigentiis quod bene obli-
viscor contemplacionis oracionis
huic respondeo quod talis diligenter
debet advertere an sua occupacio
maior sit quam illius eximii regis
David qui habuit regnum latis-
simum et tribus plurimas gubernare
qui tamen de se ipso dicit Meditacio
cordis mei in conspectu tuo semper
Et alibi Septies in die laudem
dixi tibi de horis canonicis
Sciendum autem quod sicut quilibet xpia-
nus adultus tenetur omni die
ad aliqualem memoriam de deo
et suis beneficiis habendam ita
religiosus et clericus beneficiatus
tenetur ad horas canonicas quas
si sine causa legittima omit-
tit peccat mortaliter et non
solum illi qui horas ad quas

tenetur totaliter omittunt peccant
mortaliter verum et illi qui eas
negligenter dicunt non quidem ex
impotencia vel infirmitate sed
pocius ex contemptu vel mala
consuetudine quia licet in talibus
negligencia secundum se et secundum fra-
gilitatem humanam consideratam
sit venialis contemptus tamen
et mala consuetudine facit ea
mortalem patet distinccione xxv
tales primo in textu et in glosa
Et sic patet tria prima precepta
que ordinant hominem ad deum
primum quidem ad venerandum patris
potestatem Secundum ad colendum filii
veritatem Tercium ad iugiter medi-
tandum spiritus sancti bonitatem Sed est
diligentissime advertendum quod contra
ista precepta predicta contingit pec-
care tripliciter primo ex impoten-
cia et infirmitate aut eciam
ex timore sic peccatur contra patris
potestatem vel potenciam et contra
primum preceptum Dicitur autem peccatum
ex impotencia vel infirmitate
quando peccator ex passione que
indicat nature corrupte fragi-
litatem et impotenciam Ex timore
autem contingit peccare dupliciter
secundum duplicem timorem est enim qui-
dam timor humanus quando scilicet
timentur pericula corporis et est ti-
mor mundanus quando scilicet timentur
pericula rerum et illi timores mali
sunt et mortaliter peccant quia propter
hos faciunt aliquod illicitum quod
est contra deum vel omittunt aliquod
licitum ad quod tenetur unde istos
timores excludit salvator quando
dicit Nolite timere eos qui oc-
cidunt corpus animam autem non

possunt occidere. Sed potius eum
timete qui potest corpus et animam
mittere in iehennam. Ex quo patet
correlarie Si miles iuuat dominum
suum in iniusto bello uel si credat probabiliter
cum bellum iniustum habere
in hiis duobus casibus potest iuuare
dominum suum sine peccato, sed non amicum
seu cognatum nisi sciat eos habere
iustum bellum et hec probantur
xxiii questione prima quid culpatur.
Iustum autem bellum secundum wilhelmum
est quod ulciscitur iniurias vel
quod queritur pro rebus debite repetendis
et sic gens uel ciuitas
plecti potest Secundo fit peccatum ex ignorancia
siue errore, quod contra
filii sapienciam et sic peccat contra
secundum preceptum dicitur autem peccatum
ex ignorancia quando ignoratur
aliquid eorum, quorum sciencia a
peccato impediuisset, et tunc distinguo
quia aut hoc fit ex
ignorancia iuris, et hoc non excusat
si est vincibilis ut patet
prima questione quarta capitulo. vor.
Sed si est inuincibilis excusat sicut
patet de infantibus furiosis uel
dormientibus quibus non imputatur
quod faciunt Sicut dicit Bernardus
in glosa, similiter etiam excusatur
qui sequitur unam opinionem famosam
probabilem ubi magistri contra
se contraria opinantur, aut hoc fit
ex ignorancia facti et sic excusatur
homo de peccato oblito, dummodo duo
in se habeat. Primum est si adhibeat
diligenciam quam potest ad inueniendum
peccatum oblitum dicente cum
Ysaia. Recogitabo tibi omnes annos
meos Secundum est ut si orat deum
ut inueniat, dicit enim secundum Augustinum

aut reuelat aut relaxat. Tercio
fit peccatum ex malicia siue ex elacione
ut cum homo ex voluntate deliberata
peccato adheret et sic peccat
contra tercium preceptum, quia contra
bonitatem spiritus sancti, unde talia dicuntur
peccata in spiritum sanctum circa que
duo secundum ordinem sunt declaranda
primum est que et quot sunt peccata
in spiritum sanctum Secundum est an illa
peccata semper sint mortalia, uel tamen quandoque
etiam possunt esse venialia propter
primum est sciendum quod peccatum in spiritum
sanctum proprie dicitur illud quod impugnat
bonitatem spiritus sancti ex cuius gracia
fit remissio peccatorum. Tale est
peccatum quod fit ex certa malicia
secundum theologos, uel ex electione
secundum philosophum in Ethicorum 7°, et tale peccatum
dicitur irremissibile ut patet Mathei
xii in textu et in glosa, non quia
numquam remittitur, sed quia non habet
causam remissibilem tollit enim
omnia illa que requiruntur ad remissionem
peccatorum Et quia sunt sex
condiciones que concurrunt in remissione
peccatorum, ideo sex sunt
species peccati in spiritum sanctum, Horum
sex duo sumuntur ex parte remittentis
primum est misericordia dei
cum donat peccata et contra hanc
est desperacio qua homo propter
grauitatem peccatorum exemplo Caym
desperat de venia dei Secundum est
eius iusticia obligans ad penam
et contra hanc est presumpcio
paruitatis Similiter ex parte penitentis
duo requiruntur primo
dolor de preteritis peccatis, et contra
hoc est finalis impenitencia
Secundo propositum abstinendi a futuris

Et tunc hoc est obstinatio qua ita firmatur in peccato mens peccatoris quod non vult penitere Similiter ex parte gratie contum facientis per quod similiter remittitur peccatum duo requiruntur prima hec gratia vel confertur in fide ecclesie et tunc hoc est impugnatio veritatis agnite vel in sacramentis ecclesie vel nove legis et tunc hoc est invidia fraterne gratie Et sic patet que et quot sunt peccata in spiritum sanctum quia sex desperatio presumptio finalis impenitentia obstinatio impugnatio veritatis agnite invidia fraterne gratie Patet etiam qualiter ista peccata dicuntur irremissibilia et qualiter non propter quod sciendum est si quis labatur in desperatione ex infirmitate vel ex gravitate complexionis et de hoc dolet et revertitur inquantum potest sic desperatio non est peccatum nisi forte veniale Si autem hoc contingat ex errore vel ex deceptione puta si estimat se obsequium prestare deo si se ipsum occidat sic desperatio est peccatum mortale Si vero desperat quis ex certa malicia et electione ut diffinitive dicat cum Caym Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear sic desperatio est peccatum in spiritum sanctum Et similiter de aliis est dicendum Nam presumptio aut innascitur ex infirmitate qua homo vivens de misericordia dei confidit sic videtur peccatum veniale aut innascitur ex errore nimis de meritis suis presumendo sic presumptio est peccatum mortale et species superbie aut innascitur ex certa malicia que omnino intendit dei iusticiam enervare sic ipsa est peccatum in spiritum sanctum Similiter etiam impugnatio veritatis agnite aut provenit ex infirmitate ut cum aliquis propter verecundiam vinci volens impugnat veritatem agnitam sic est peccatum veniale aut provenit ex ignorantia scilicet cum propter munera et aliqua stipendia que excecant intellectum quis impugnat veritatem in dampnum alterius ut plurimum advocatus sic est peccatum mortale Aut hoc provenit ex certa malicia ut cum quis deliberate impugnat fidem katholicam vel similia seu precepta evangelica sic est peccatum in spiritum sanctum Similiter invidia fraterne gratie aut provenit ex infirmitate puta si dolet aliud meliorem sibi preferri tunc si dolet propter suam insufficientiam non potest tertia secundum gloriosum Bernardum Dolor iste bonus est Si autem dolet solum propter eminentiam alterius et talis motus sit indeliberatus sic est peccatum veniale aut provenit ex ignorantia cum quis dolet de excellentia alterius quia per hoc timet sibi propter bonum diminui sic est peccatum mortale et est species invidie aut provenit ex certa malicia puta cum propter dampnatione affectus aliquis non amat bonum in se ipso nec in alio etiam unde potest sic ipse est peccatum in spiritum sanctum De obstinatione et finali impenitentia sciendum est quod talia aut sumuntur privative et sic obstinatio dicit permanentiam voluntatis in peccatis et finalis impenitentia solum importat privationem penitentie Et sic ista duo non sunt peccata spiritualia Sed circumstantie cuiuslibet peccati aut capiuntur contrarie sic obstinatio

importat voluntatem deliberatam permanendi in peccato et finalis impenitentia importat voluntatem non penitendi, que duo peccata sic differunt. Nam finalis impenitentia capitur respectu preteriti quia importat propositum non penitendi de malo commisso, et sic privat peccati emendam. Obstinatio vero capitur respectu futuri unde privat peccati cautelam et sic ista duo contrarie dicuntur peccata in spiritum sanctum. Ex premissis patet diligenter consideranti, qualiter confitendum sit de transgressione huius precepti secundum quinque eius intellectum. Et sic patet de prima precepta que hominem ordinat ad deum. Cui deus gloriosus donat nobis spatium penitendi, et sic sequitur.

Quartum preceptum est Honora patrem et matrem. In quo precepto secundum Augustinum implicatur omnis actus beneficentie proximo impendendus sive ex debito naturalis obligationis sicut honor qui debetur patri carnali, sive ex debito caritatis sicut alii actus pietatis qui ex caritate ipsi proximo impenduntur. Implicantur etiam in hoc precepto omnes actus virtutum qui ex caritate vel pietate vel ex humilitate sunt circa proximum exercenda ut videbitur in processu. Et ideo hoc preceptum habet triplicem expositionem, secundum quod pater et mater tripliciter accipiuntur. Primo quidem pro patre naturali prout est principium generationis naturalis. Secundo pro patre spirituali prout est principium generationis spiritualis. Tertio pro patre eternali videlicet pro ipso deo qui est principium generationis supernaturalis et cuilibet istorum trium triplicem honorem deferre debemus. Primo patrem et matrem naturalem honorare debemus ipsis reverentiam exhibendo, non verbo non facto vel umquam eis aliquam iniuriam inferendo. Ad quod hortatur Ecclesiastici vii Honora patrem tuum et gemitus matris tue ne obliviscaris, memento quoniam nisi per ipsos non fuisses. In quo verbo innuitur potissima ratio quare parentes honorare debemus, quia recepimus ex ipsis perfectionem nobilissimam, que est esse. Hec enim est prima et fundamentum aliarum omnium aliarum perfectionum. Ideo dicit philosophus viii ethicorum filii parentibus non possunt reddere equalia, quia tria dona nobilissima ab ipsis receperunt, quorum nullum eis recompensare possunt sufficienter, scilicet esse nutrimentum et doctrinam. Nam ratione esse naturalis quod trahimus a parentibus ipsis tenemur humiliter et reverenter servire tribus modis. Primo ex tota virtute corporis ut si debiles sint corporaliter portemus et eis manualiter serviamus, contra quod est contra illos qui parentibus manus violentas iniciunt vel ipsis necessarium victum subtrahunt. Secundo ex tota virtute cordis ut ipsos tota virtute diligamus quod est contra illos, qui parentibus mortem optant, ut ipsorum hereditatem percipiant aut sine reprehensione secundum motum proprie voluntatis vivant. Tertio ex tota virtute oris, ut non verbis duris, nec asperis verbis umquam cum ipsis respondeamus et ipsorum reprehensiones patienter et humiliter sustineamus, contra quod est contra illos qui parentibus maledicunt, et ex hoc divinam maledictionem incurrunt Exodi xxi Qui maledixerit

patri uel matri morte moriatur
Secundo ipsos honorare debemus ipsis si
indiguerint vite necessaria ministran=
do, et post hanc vitam ipsorum animas
missis et elemosinis de purgatorio
liberando, et hoc tenemur propter secundum
donum ut ab ipsis recepimus naturale
vz nutrimentum in quo et filij non
possunt reddere equalens parentibus
quia parentes nutriuerunt filios
de sua carne et substantia propria
filij autem nutriunt parentes de substantia
aliena, et ideo filij qui parentibus
in necessitate non subueniunt, mor-
taliter peccant, sicut illi qui eos mo=
lestant iniurijs quod patet per glosam
Exo. xx. que dicit cum hic precipitur
ut filij parentes honoret officio
pietatis ipsis videlicet in eorum ne=
cessitatibus subueniendo et ipsis
beneficia exhibendo Tercio debemus
honorare patrem et matrem ipsis
in hijs que ad bonum nostrum et
salutem pertinet obediendo, et ad
hoc tenetur filius ratione tercij
doni quod a patre accepit filius
vz informatione et doctrina et ad
hoc nos xpus suo exemplo indu=
cit, qui suis parentibus subditus
fuit ut patet Luce 2º vnde contra
istud preceptum faciunt filij, quando
suorum parentum precepta negligunt
uel contempnunt Et ideo morta=
liter peccantes iram diuine vltionis
incurrunt, quod patet ex hoc, nam tri-
plici hasta diuine vltionis percuciuntur
tot filiorum, qui suos parentes co=
ntristant, uel indigentias eorum non
subleuant, aut eorum mandatis p=
tinaciter rebellantur, Prima est
rerum temporalium subtractio, nam di-
uino iudicio digne talibus in=
fortunia rerum eueniunt, qui prius

parentibus contra diuinum preceptum
in suis indigentijs non succurrunt Secunda
est abbreuiatio temporalis vite et prodito
fame nam sicut premium parentes
honorantium est vite longeuitas ita
assensu contrario ipsos dehonorantium
pena est vite breuitas quia ut
plurimum inprouise et subitanee mo=
riuntur post subito deserunt perierunt
propter iniquitatem suam Tales etiam
secundum iura redduntur infames ad
testimonium ferendum et ab omni
actu legittimo repelluntur vnde
secundum Canones et legittimas sanc-
tiones parentibus ingrati a testa-
mento et donatione sibi facta exclu-
duntur et successione hereditaria priuantur
Tercia est condempnatio anime vnde
glosa super illud Exo. xxi. Qui ma-
ledixerit patri uel matri moriatur dicit
id est moriatur morte eterne dampnationis
non mirum si tales reputantur indigni
vita eterna, hec enim vita penalis
et miseria, eis diuino iudicio repente
subtrahitur Cum tamen alijs pecca=
toribus vita ad penitentiam conceditur
Et ex hoc ratione potest colligi
quantus sit reatus transgressionis
huius precepti, quia contra hoc peccan=
tes eximuntur ob huius peccati detesta=
tione a sententia pietatis ipsius domini
qui dicit de ceteris peccatoribus.
Nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur
et viuat De istis autem propter re=
pentinam mortem qua plectuntur
per diuinam sententiam dici poterit
e contrario Nolo vitam peccatoris
hic scilicet preceptum transgredientis
sed ut repente moriatur et eternaliter
dampnetur Secunda expositio re=
spicit patrem spiritualem puta sacer=
dotem et confessorem, qui de fonte
baptismatis generat, qui tibi per

sacrametu dnicu alimetu ministrat
qui scis pdicacoibus et exemplis
te instruit et informat sicut premi
tt plicat honorare debes primo ei hu
militer obediendo in hiis potissime
ad que de iure teneris plebano tuo
puta cu tibi celebrare pcipit ce
lebres cu ieiunare ieiunes ut in
terdicta sntes eccle qr excomicatos
strictissime vites cum em pcepto
transgressio si fiat ex delibeatoe
et contemptu induat pctm morta
le Circa quod sut tria notabiliter
aduertenda primu quitu ex comica
cois sntam quilz xpianus debeat
abhorrere p ipam em excomicatus
a consorcio dnio et btorum in
etna felicitate excludit p ipam
etia omni suffragio et comuioe
omni bonorum que fiut in eclesia
militate puat totalit per ipam
eciam a ptate dei ut sic loqui li
ceat et defensione scorum ange
lorum eripit et tam in aia quam in
corpore ptate dyaboli traditur
Scdm est cu quanta cura et dili
gencia ipos excomicatos et ab
eclia pasus debeas euitare qd
patet ex hoc quia excomioe corp
ptinaci pctm mortale incurr
Ideo aut dixi comunioe ptinaci
quia si p ignoranciam uel inad
uertenciam seu etiam p coacoe
absoluta excomicato comites puta
si aliquod dapnu tpale comiuet
et ex hoc cum excomicato comites
sntam non euitas quia licet
talis metus culpam alleuiat
seu attenuat no tame inhibilat
cum pro nullo metu rei tpalis
quis debeat pctare mortaliter ex
tra de hiis qui vi metus cau
sa fiut factis Sed hoc colligit
hostiens de hiis qui in contemptu
clauiu comutat vel quod pba
bilius credut claues ex hoc contep
ni ext de cleico si celebrauit Ter
ciu est cum quanto conatu et di
ligencia pniam tibi in confessioe
impositam debeas adimplere quia
negligencia et contemptus penite
cie in mete facit confessione pre
dente no valere vnde in hoc casu
in alys quatuor casibus oportet
totam confessione reiterare ut p
bat de pnia distinccone pma me
suram vnde in aggrauacone huius
inobediencie scbit bernhardus ymo
curri supbieit nolens obedire sa
cdotis impeio morte moriatur
est aut sciendu qr quilz xpianus
ad obediendu supioibus suis inito
debet induci ppter tria vel tres
prerogatiuas ipsius obediencie
Prima est qr obediencia est via
certa etne salutis quia sicut p
inobedienciam homo fuit exclusus
a gaudys padisi ita p obedie
ciam certitudinalit redire debz
vnde legit in figura hmoi de tribus
regibus magis quia p viam
aliam reuersi sut in regione sua
ut exponit Gregorius Scda e qr
obediencia est scala celestis e
tne videlz felicitatis In cuius
figura Jacob vidit scalam cuius
sumitas celo stangebat et an
geli per eam ascendebat et
descendebant et dns erat inni
xus scale In quo innuit qr
obediencia ponit homine in
vita celesti et in conuersacone
angelica et in manu tenencia
dnica Bene naqz dns sicut sca
le innixus e quia mente et
cor viri obedientis in seipsum

inobliquabiliter dirigit et firmat
hominis desiderium ne unquam ad mo-
mentum a divino beneplacito deflectat
Huius autem scale tantum tres sunt
gradus quantum ad presens gradus licet
licet Virgilius septem gradus assi-
gnat Huius scale celestis primus est
quia debes diligenter obedire sine
retardatione ad quod hortatur
Eusebius Cesariensis episcopus omelia
prima dicens Quicquid nobis a sup-
erioribus precipitur hoc ita accipite ac si
sit ore dei platum Secundus gradus
est quia debes obedire hilariter
sine remurmuratione qui enim invitus
cum remurmuratione obedit tamquam
post xpm portat ut eum iterum
crucifigat Exemplum in Simone
Sireneo qui cum magna angaria
et invitus crucem xpi portabat
Tercius gradus est quia debes
obedire perseveranter et sine interrup-
cione quia non qui incipit sed qui
perseveraverit usque in finem hic sal-
vus erit dicit Salvator Tercia
prerogativa est quia obediencia
est clavis eterne iocunditatis
quia sicut nobis per inobedien-
ciam aditus eterne iocunditatis
est clauditur ita e contrario per obe-
dienciam aperitur Secundo ipsum hono-
rare debes sibi iusticie debitum
integraliter persolvendo ut scilicet sacrifices
quando est sacrificandum et decima-
tione prestas de omnibus bonis
tuis de quibus est decimandum
et eciam ut sibi confitearis quando
fuerit confitendum Sed diceres
quociens et quando debeo sacerdoti
meo proprio vel tenear confiteri
Ad quod dicendum quod de rigore
iusticie et de iure scripto tene-
ris sibi semel adminus in anno
confiteri hoc est in quadrage-
sima et eciam de bona equitate

equitate et qua consuetudine ac
sui poteris vultum cognoscere debeat
prout a te exigere ut sibi confitearis
quociens tibi eukaristiam debeat mi-
nistrare aliis temporibus per totum annum
postquam debitum tuum exsolveris tu ple-
bano semel confitendo poteris
post vel ante cuilibet religioso per
sedem apostolicam privilegiato libere
confiteri Sed hic incidit notabi-
liter triplex dubium Primum est an
de necessitate absoluta subditus
teneatur sui prelati licenciam petere
cum religioso privilegiato voluerit
confiteri Ad quod dicendum quod postquam
subditus per confessionem semel saltem
proprio curato satis fecit de debito
iusticie et paruit statuto ecclesie
non videtur quod de necessitate abso-
luta teneatur requirere licenciam
alteri confitendi potissime in eo
casu ubi privilegiati actum confes-
sionis exequatur non solum virtute
privilegii eis concessi sed eciam de vo-
luntate et de assensu dyocesani
quia per privilegium 2m omnes conce-
ditur eis liber usus clavium assen-
sum dyocesani episcopi videtur fieri
applicatio illius usque ad debitam
naturam quantum ad personas in sua
dyocesi contentas Dici tamen
potest quod licet non de necessitate ab-
soluta teneatur ad dictam licenciam
petendam Ad hoc tamen teneri
videtur ex quadam congruitate et
decencia Unde si non precise sit
necessarium utile est tamen tale
licenciam petere propter duo Primo
quia in petendo licenciam per bonum
obediencie meretur et suus actus
magis meritorius redditur Secundo
quia per humilitatem petendi a nota
inobediencie et contemptus ex-
cusatur quam notam forte ...

videt' inta' Si no petita licentia
alij psumet confitei vnde cuius
absolute no videat' necessariu
iuxta data ypothesim licentiam
pete est tamen consultum et vtile
ppt causas pdictas Secda questio
est vtz curatus subdito petenti
dae teneat' licentia alteri confi-
tendi maxime postqz statuto
ecclie satis fecit semel in anno
sibi confitendo dicendu q sic ex
debito sui officij quilibet curatus
tenet' zelae et pcurae subditis
suis salute Sz constat q salus
cuiusqz auget' ex hoc q pluries
confitet' sua pcta et q a pluribus
peritis p ipsorum consiliu ad cau-
telam et pseruacone aut etiam
emeda suoz pccoz dirigit ergo
curatus talem licentia subdito pe-
tenti concede tenet' quia si eam
negaret euidens signu esset q
suam salute no zelaret sz potius
impediret cum sibi viam precluderet
per qua posset assequi pmptiore
venia de commissis et vberiorem
cautelam ac psuacone de com-
mittendis vnde ctu est q nullus
eoz qui salute suoz subditoru
sincerit' amplectut' talem licen-
ciam petentibus negant sz potius
cgtant et libealit' indulgent Sci-
endu tamen q multi casus sunt
in iure expressi in quibus irrequi-
sito curato ymo etiam contra eius
phibicone expressam pt quis lici-
te alteri confiteri Primus est Si
sacerdos sit inscius et ignarus
Scdus est si sit reuelator confes-
sionis Tercius si ipsemet sit parti-
ceps criminis ut pote si peccauit cu
psona que confitet' tunc enim tol-
lit' erubescentia confitendi et
ut plurim puritas contricionis

impedit' Quartus est si verisi-
milit' timeat' q psona confite-
tem sollicitat ad pctm et maxime
si hoc constat ex pbabilibus in-
dicijs Quintus est si pctm commissum
sit directe contra psona curati et
potissime si tn sit tale pctm cuius
confessio requirat expressionem
circumstancie illius psone in quam
commissu est ut pz de infamia
et de detractione et huiusmodi
Sed quid si ex mente ptinacia cu-
ratus petenti licentia negat et
subditu phibeat ne alteri cofitea'
dicendu q in hoc casu senciunt ma-
iores doctores ecclie q subditus no
pt phiberi qn sua salute querat
confitendo illi qui auctoritate a-
postolica et etia epi ipm potest
absolue nec in hoc tenet' ei obe-
dire quia talis phibicio e directe
contra caritate et contra subditi sa-
lute puilegiatus tamen absoluens
debet iniunge confesso q se pntat
pprio sacerdoti et dicat se esse confes-
sum et absolutu et sacerdos tene'
ei crede et eukaristia ministrare
et in hoc sufficit sacerdoti pro sua
consciencia q ex dicto penitentis
sciat ipm esse confessum et ab-
solutu cum de pctis seu consciencia
eius no posset habe' alia certitudi-
ne nisi per ipsummet vnde sicut
tenet' de hiis sibi crede que in
confessione sibi reuelauit ita
pari racione tenet' sibi crede
si dicat se confessu et absolutu
ab eo aplica auctoritate ipsum
pt absolue vnde dicu q tenet'
ei crede et iniuste agit si de-
negat ei eukaristia qui pt pro-
hibet se esse confessu cu quia

preuat eum iure suo, eo quod omnis katholicus habeat ius participandi eukaristiam. ymmo si contritus fuit et confessus tamen etiam quia eneruat quantum est in se auctoritatem sedis apostolice dantis liberam facultatem priuilegiato sibi confessos absoluendi. Et hec de secunda questione sufficiant. Tertia questio est utrum confessus priuilegiato teneatur eadem peccata sua curato ob petendi iterum confiteri. Dicendum quod de hoc fuerunt antiquitus diuerse sententie doctorum. Quidam enim dixerunt quod cum prelatus teneatur cognoscere vultum peccatoris sui quod subditus teneatur sibi iterare peccata uel confessionem si prelatus aliter non posset cognoscere utrum est dignus recipere eukaristiam, quam sibi tradere tenetur. Preterea dicit Dn in glosa super verbo sacerdoti, ut cum quis ex causa declinat a proprio sacerdote et confitetur superiori, potest absolui ab eo, ne teneatur huiusmodi peccatum confiteri proprio sacerdoti, sed non tenetur ei credere quod sit absolutus, nisi sibi constiterit de hoc per litteras superioris, alio modo legittimo. Ergo multo magis uidetur quod subditus debeat reputare de peccatis absolutus priuilegiato confesso ut eadem sibi confiteatur. Alii dixerunt et uerius, quod nullo modo eadem peccata tenetur proprio sacerdoti confiteri, cuius ratio est, quia nullus tenetur peccata que non habet confiteri, sed iste qui est absolutus a penitentiario episcopi uel priuilegiato per sedem apostolicam, iam non habet ista peccata, ergo non tenetur eadem peccata iterum confiteri, si tamen aliqua postea commisit, illa tenetur confiteri antequam ad communionem accedat. Sed si tempore communionis immediate confessus sit priuilegiato tunc sufficit quod solum se reputat suo curato et dicat se confessum tali persone priuilegiate, et sacerdos tenetur ei credere, tamen quia de occultis sacerdos nichil potest scire nisi per ipsum referentem, et quia in foro conscientie tenetur sacerdos credere subdito et pro se et contra se, cui concordat Hostiensis in questione qua querit utrum sit ordinarius patriarche ubi dicit: In foro etiam penitentionali credo cuilibet qui dicit se habere licentiam a suo iudice. Sed ipse caueat ne mentiatur. Et hoc nunc expressius determinatum est per Johannem papa xxii qui dicit, quod confessi superioribus non plus tenentur eadem peccata iterum confiteri, quam si ea fuisset confessi suo proprio sacerdoti et sententiam contrariam que dixit, quod eadem tenentur iterum confiteri, papa dicit expresse esse erroneam et a katholicis mentibus esse respuendam. Nec illa cogunt que pro opinione contraria supra sunt dicta. Nam ad illud quod primo inducitur, quod pastor tenetur cognoscere uultum peccatoris sui, dicendum est, quod uerum est quod tenetur si adhuc peccatum aliquod habeat, ut possit diiudicare, si ipsum ad communionem debeat admittere, sed de hoc sufficienter informatur per hoc quod dicit se esse confessum priuilegiato, cui etiam tenetur credere in foro conscientie ut uisum est. Illud aut quod obicitur per Dn, non obuiat, quia hoc intelligitur de peccatis manifestis, uel quando plebanus probabiliter habet suum subditum suspectum de aliquo peccato notorio, tunc enim non tenetur credere subdito

de absolucione facta per superiorem
nisi eum probet legittimo documento
peccatus aut est de occultis in quibus
subdito credere debet sive pro se
sive contra se ut visum est Tercio pa-
trem spiritualem honorare debes ei
debitum honorem et reverenciam exhi-
bendo Et hoc scribit Ecclesiastici vii° Hono-
rifica sacerdotes et da eis partem ut
mandatum est Ve illis qui sacerdotes
non honorant sed detrahunt eis et
infamant qui rursus crucifigunt filium
dei in semetipsis ut ait Apostolus Nam
quociens religiosis vel sacerdoti de-
trahunt tociens spineam coronam
capiti christi imprimunt quia ipse fuit
caput et superior pars ecclesie mi-
litantis quociens autem iniuriam
ipsis faciunt tociens ipsum christum clavis
configunt quociens eis conviciati
fuerint tociens in christi faciem conspu-
unt quociens ipsos exosos habuerint
dicta vel facta eorum exprobraverint
tociens lancea latus eius trans-
figunt unde volens deus ostendere
quantum peccatum istud detestetur declaravit
hoc in pena insolita qua Datan
et Abiron percussit dum eos viuos
terra absorbuit pro eo quod ipsi sacerdotibus
insultaverunt et ignem alienum ob-
tulerunt ex quibus patet quod sacerdotes
sunt ab omnibus merito honorandi
propter tria primo racione tue utilitatis
quia te per absolucionem a peccatis
purificant et per sacramenta in esse
gracie te confirmant et regnum ce-
lorum per clavem sue lingue tibi
aperiunt et reserant Secundo ra-
cione dignitatis que tanta est
quod suum creatorem mirabiliter cre-
ant et pro humana salute im-
mortalem hostiam consecrant
Tercio racione status quia iram dei
per oblacionem suam placant et manum

dei ad ulciscendum erectam quo-
dam modo immobilitant virtute
oblacionis pro te facte Tercio hoc
preceptum exponitur de patre superiali
videlicet ipso deo qui te creavit qui
te propria ymagine insignivit et
te propria carne et sanguine pavit
Hunc patrem debemus honorare
tripliciter primo quidem in se ipso Secundo
in eius filio unico ihesu christo Tercio
in eius matre benedicta virgine
gloriosa In se quidem debes honorare
patrem tripliciter primo sibi de
omnibus suis beneficiis donis naturali-
bus quam gratuitis devotas et in-
gentes graciarum acciones referendo ad
quod exequendum monet te scrip-
tura propheta dicente Benedicam dominum
in omni tempore etc. Ad hoc eciam
movet te tota natura videmus enim
quod avicule statim cantant et creatorem
suum laudant cum in auroram lucis
et diei divinum beneficium senciunt Ideo
valde valde absurdum est quod ibi
obmutescat creatura racionalis ubi
deum plaudat et iubilat creatura
irracionalis ad hoc te excitat tua
propria natura Nam in corpore huma-
no ingeminavit tot membra ut
dicunt philosophi quot sunt dies in anno
ut ex hoc racionabili instinctu
informeris ut nulla dies detrans-
eat sine laude divina et graciarum
accione Secundo ipsum honorare debes
omnes acciones cogitaciones et
affecciones tuas in eius laudem
referendo et gloriam et quod hortatur
Apostolus cum dicit Omnia quecumque
facitis in verbo vel opere omnia in
nomine domini ihesu christi facite omnia
scilicet dicta vestra facta et cogitata
in eius gloriam referendo et ex hoc
tue acciones non sapient huma-
ne sed pocius celice et divine

quia celitam forma ipis imprimis
qndo in eis solu honorem diuinu in-
tendis Econtra maximam iniuriam
deo irrogat qui in suis actibus
intendit ostensionem gl'am aut co-
placentia humana Exem de illo
cui arborem fructiferam platata
in ortu alicuius sibi per violentiam
surripit et in ortu proprio repo(su)it
Nam arbore fructiferam arbor
fructifera est bona voluntas p
diuina gratiam irrigata et fecundata
que tot fructus bonos producit ut
actus bonos et meritorios elicit
qndo tunc de ortu dei euellimus
et in ortu dyaboli transplatamus
qndo de actibus virtuosis in aliis
donis nobis diuinitus concessis
superbimus et nobis ipsis ascribimus
uel per ipsorum recognitione deo
laudes non referimus Tercio
ipm honorare debes prae omnibus
et sup omnia diligendo ad qd
potissime moueri debes ex eo qui
tante amoris beneficiis te diligendo
preuenit Nam cum no esses de
nichilo te creauit cum perditus esses
suo sanguine te redemit ut ~~bts~~
beatus esses seipm in laboris
tui premium repromisit Gen xv
Ego ero merces tua magna nimis
deo 2m Aug te tam multiplici
dilectione preuenit ut omne in-
gratitudine et tepiditate sui
amoris a corde tuo excludet
ut si quis ~~tepuisset~~ amare ta-
non ~~piguit~~ te piguisset amare
iam no pigeat reamare Scdo
istud patrem honorare debes in
eius filio vnito dno nro ihu
xpo et hoc tripliciter Primo salte
semel ipm in anno ad tuum
hospitium dulciter inuitando Sciens
qui quotiens comunicas deuote

tociens ipm ad tuu hospitiu dul-
citer inuitando ipm inuitas et qui
cumque saltem semel in anno statutu
eclie omittendo pertinaciter violauit
pctm mortale incurrit Scdo quia
quociens videris corpus xpi in missa
eleuari seu in via portari teipsum
genibus flexis humilies et eum de-
vote et reuerenter adores Ad quod
hortatur triplus philip ij^o in no-
mine dni ihu xpi omne genu flec-
tatur Tercio ut corpus eius bndic-
tum in sacramento altaris quilibet
xpianus ad minus semel in die libet
videat et deuote contempletur qr
ex illa visione peccatori duplex so-
lacium prouenit primu a de pctis
compunctio Exem de petro cui
statim post negacione cu xpm
vidit compunctus est Scdm est
eterne salutis assecucio Exemplu
in Jacob qui dixit in Gen vidi
dnm facie ad faciem etc Ob hoc
enim xpus nobis suum corpus in
sacramento reliquit ut seipm nob
quasi pro pignore et cara eterne
salutis obligaret Tercio ipm ho-
norare debes in matre benedicta
virgine gloriosa quam merito debes
honorare triplici racione qr in ista
matre est omnis meorum que ad
salute ptinet iubendi auctoritas
quod a pte figuratu est in iijo
Regum vbi Salomon matri sue dixit
pete a me quid vis non enim phas
est ut auertam a te faciem meam Scdo
quia in ista matre est diligendi
sinceritas sicut enim mater necessitate
naturalis affectionis inclinatur ad filii
dilectione Sic virgo bta exdicata
sue benignitate ad dilectionem
tui inclinatur vnde quilibet nostrum
pt illud dicere quod dicitur scdo
Regum iij Sicut mater vnicum

amat filium etc. Ob hoc xpc in morte videtur matrem recommendasse discipulo ut aut matrem ipsam diligenti in sui mortis articulo se matrem piam et spiritualem exhibet nos ab incursu demonum protegendo ut ita per sue pietatis patrocinium cuilibet nostrum peccatori posset dici illud Johannis xix Ecce mater tua. Tertio quia in ipsa est patiendi fidelitas quod pulcre figuratum est iii Regum iii° ubi mater illa pia cuius filius erat vivus dixit ad regem Date illi infantem vivum et non occidatur ad quod rex respondit Date huic infantem vivum hec enim est mater sua Et potest esse ubi xpo respondente matri sue pro peccatoribus interpellenti ut dicat suis angelis Date huic infantem vivum vel peccatorem matri que materna pietate pro sua vita et salute petiuit et non diuidatur per mortis scilicet resolutionem ubi corpus datur vermibus bona temporalia parentibus carnalibus et anima demonibus Rogemus ergo virginem gloriosam ut in nostro mortis articulo se nobis matrem piam ostendat nos ab hoste maligno defendendo et ad gaudia celestia perducendo etc.

Quintum preceptum est Non occidas In quo explicite prohibetur homicidium Sed implicite prohibetur omne nocumentum quod potest fieri contra proximum siue illud nocumentum consistat in interiori mentis conceptione in ira vel invidia siue in expressione oris ut detractio contumelia siue in perpetratione operis ut percussio vel depellatio Sciendum autem quod multe sunt species homicidii quod est homicidium corporale quoddam spirituale. Corporale dicitur illud quo homo corporaliter occiditur et hoc committitur dupliciter scilicet manu uel lingua. Spirituale est quo quis mentaliter uel spiritualiter occiditur. Et 2m hoc triplex est expositio huius precepti. Prima respicit homicidium corporale quod completur manu vel facto et hoc homicidium committitur quatuor modis. Primo iusticia dictante ut cum iudex reum condempnat vel minister taliter dampnatum occidit et tale homicidium non potest esse peccatum immo potest esse meritorium si fiat amore iusticie et pro conservatione boni communis scilicet reipublice. Peccatum autem esset si iudex reum dampnaret livore vindicte, uel si minister exequeretur non de mandato iudicis sed sola libidine et delectatione fundendi humanum sanguinem vel pro aliquo questu quod exinde consequi se speraret. Tale est utrobique quia scilicet tam iudex quam minister mortaliter peccant si reum occidunt iuris ordine non seruato hoc est si occidant non sententialiter dampnatum et hec habentur xxiii questione quinta ubi queritur an sit peccatum iudici reos occidere. Talis miles et talis tamen minister Ex quo patet quod subtiliter vicia quandoque se mentiantur esse virtutes dum sub clamide virtutis et iustitie talia homicidia que sunt peccata mortalia committuntur. Et hoc pulcre docet

Bernardus super Cantica dicens cum mens
illa que in magna celsitudine
perfectionis conscendere nititur debet
actus virtutum suarum in pulverem
redigere hoc est omnes circumstancias
et intenciones actuum subtili mentis
consideracione discutere ne aliquid
impurum in ipso ipso actu et inten-
cione virtutum valeat latitare quia
multociens aliquis actus virtuosus
estimatur qui si subtiliter discuciatur
latens in eo vicium reperitur iuxta
illud Est via que videtur homi-
nibus recta novissima autem eius ducunt
ad mortem Et ideo necessarium est
tam iudici quam ministro ut suos
processus semper exerceant servato iu-
ris ordine et cum recta et debi-
ta finis intencione si peccatum mor-
tale voluerit evadere Secundo fit ne-
cessitate instigante sed tunc distin-
guendum est quia aut illa necessi-
tas est evitabilis puta cum quis
potest evadere hostem insequentem se
et tunc reus est homicidii et
tamquam pro mortali debet agere
penitenciam Aut est necessitas
inevitabilis puta si quis occi-
dit insequentem se non ex odii vo-
luntate sed ex omni dolore quia aliter
non poterit periculum occisionis eva-
dere et talis non peccat nec astringetur
ad penitenciam nisi ad cautelam propter
ambiguum dubietatis quia ut
dicit glosa xxiii questione quinta
Excommunicatorum potest timere ne illum
occiderit motus ex indignacione
vel iracundia vel libidine vin-
dicte et non ex sola necessitate
defendendi se in tali casu tamen
semper debet penitenciam agere et suis
peccatis ascribere quod in tantam
devenerit necessitatem et hoc concordant
Gaufredus et Hostiensis questione de
tercia casu iiii^o qua pena et quid
si necesse Sciendum quod licet pro conserva-
cione persone proprie liceat in necessitate
inevitabili alium occidere ne ab ipso
occidatur hoc tamen nullatenus est
licitum pro conservacione rerum temporalium
quia vita proximi preferenda est re-
bus fortune nisi forte et talium ob-
lacione aliquis extremam necessitatem
incurreret puta si quis iret in deserto
remotus a comitatu hominum et tantum
unum panem haberet tunc videtur quod il-
lum pro necessitate victus sui sicut
et personam propriam conservare debet Tercio
hoc fit casu sed ibi distinguendum quia aut
dabat operam rei illicite aut licite
Si illicite puta si proiciebat lapidem
vel baculum sive in ludo sive in corpo-
ris exercicio vel in loco ubi consuevit
esse transitus hominum reus est homicidio
ut patet xv questione prima Merito
queritur utrum irregularis efficitur ut patet
per Innocencium casu exhibito Si vero
dabat operam rei licite puta si pul-
savit et baculus cadens interfecit a-
liquem vel occidit non imputatur ei
vel si quis secans arborem et arbor
cadens casu fortuito aliquem occiderit
non est culpabilis quod verum est si
fiat in privato loco Si autem fiat
in loco publico non adhibeat plenam
diligenciam scilicet circumspiciendo et alte
clamando quod sibi caveat sibi impu-
tatur ut patet distinccione l^a Hii qui
et duobus capitulis sequentibus Quarto
hoc fit voluntate impellente puta
si quis ex odio vellet sive causa
vindicte aliquem occidat et tunc
sine omni distinccione dicendum est
quod tale homicidium voluntarium semper
est mortale peccatum ut patet distinccione

ka Si quis voluntarie excusatur
tamen quis aptto 2m hostiensem
a volutario homicidio in triplici
casu primo si hoc fiat iuris permissi-
one sicut occidit iudex malefactores
p dampnationis sniam Scdo si hoc
fiat pro sua necessaria defensione
ut visum est Tercio si laycus interfi-
cit aliquem in bello iusto hoc non
imputatur ei ut patet xxiij questi-
one prima qui culpatur Scda expo-
sicio respicit homicidium corporale
quod completur lingua et hoc co-
mittitur tribus modis primo quidem
precepto et sic pilatus occidit xpm
precipiens ipm tradi et crucifigi Scdo
hoc fit consilio puta cum quis alteri
sua dat uel rogat homicidium
facere ostendens sibi utilitatem se-
quetem ex homicidio Et talis
2m innocencium est reus et tum
hoc irregularitatem incurrit nec solum
ille homicida efficitur qui directe
psuadet homicidium fieri verumeciam
ille fit homicida et irregularis
qui psuadet homicidium illud con-
sequitur homicidium ut pz p innoce-
cium in glosa sup capitulo ad audien-
ciam puta si suasit alicui iacturam
maxime contra hostes vel quod vadat
ad capiendum castrum quod defacili ca-
pi non pt sine morte hominum nam si
ibi occidetur aliquis erit reus ho-
micidij et irregularis efficitur secundum
innocencium ibidem ut dicitur de prima
distinccione ka non solum qui ma-
nibus occidunt homines homicide
sunt sed eciam illi quorum consilio et
fraude homo occiditur nec interest si
ille cui dat consilium statim occidat
vel ideo postea tempore interiecto nisi
in terminum contrarium suadeat et primum

consilium revocaret ymmo quod plus
est opz quod illi denunciet de cuius
morte et tractatum est quod sibi ca-
veat nisi probabiliter credat quod post
revocacionem consilij ille cui de-
dit consilium revocetur a proposito
occidendi ut dicit innocencius ibidem
Sed in eo autem ut mandasset fieri ho-
micidium psone videtur sufficere
quod tantum contrarium mandaret ut
si patrem cum eo iniret uel paren-
telam cum eo contraheret sciente eo
cui mandatum erat de occidendo
Az ff. d. distinccione ka Et est
racio diversitatis quia quando manda-
to alterius et pro alio tamen debet
fieri homicidium videtur quod contrario
mandato uel volutate contraria
ostensa debet ab homicidio cessare
Sed ubi non fit homicidium p alio
sed p se ille qui consulit semper
debet contrarium suadere et etiam
illi denunciare ut visum est caute
tamen nequaquam p dicta si autem
antequam revocet consilium ille p-
cedat in actum homicidij etiam
postquam penituerat reus erit homi-
cidij et cum hoc irregularis efficitur
et ad istud duplex homicidium dis-
cernendum quidam euangeliste dicunt
seu tradunt xpm crucifixum hora
tercia alij hora sexta Tercia iudei
suis prius consilijs machinantes
in morte xpi ipm linguis crucifi-
xerunt hora tercia Milites vero fa-
cto impleuerunt hora sexta Tercio
hoc fit defensione seu auxilio de-
fendendi eum qui homicidium
perpetrat ut pz Nam si quis vadit
ad interficiendum aliquem et tamen
ipm facit associabis non timon

ipsum incitas ad perpetrandum homicidium vel si super hoc aliqua verba cum eo habuisti vel ipse tecum, immo tu sibi ex adverso dissuasisti licet tibi acquiescere noluerit nichilominus tamen tu de ipso times associas ipsum eo animo ut si forte ille insequeretur eum tu ipsum defenderes per te et sic associatus aliud occidit in hoc casu dicit Hostiensis vel quod si quis quod talis est homicida extra eadem sicut dignum vel vivus poterit ad ordines promoveri et sic intellige quod sola defensione committitur homicidium quod de clerico pugnante in duello hereticos sed utrum teneatur quilibet liberare proximum a morte vel defendere cum possit videtur quibusdam magistris doctoribus quod sic ipse hoc quod scribitur extra eodem sicut dignum illi at ubi dicitur quod potuit hominem liberare a morte et non liberavit ipsum occidat Item Ambrosius dicit xxiiij questione 3a inferenda qui a socio suo non repellit iniuriam cum possit tam ipse in vicio est quam ille qui facit et Augustinus xxiiij questione iiija capitulo ultimo dicit quod qui desinit obviare cum potest indubitanter consentit sed hoc quidam intelligunt de iudice qui ex officio tenetur repellere iniurias Alii autem dicunt quod hoc generaliter de omnibus intelligendum sit et hoc videtur approbare Hostiensis et hoc idem dicendum de eo qui potest defendere clericum ne interficiatur et non defendit excommunicatus est et hoc videbitur rationabilius dicit quod quilibet ex debito caritatis tenetur repellere iniuriam a proximo si potest ut visum est auctoritate Ambrosij et Augustini Et istam

veritatem docet evidenter instinctus naturalis in brutis animalibus ut apparet in delphinibus prout docet philosophus iiijo de animalibus Non tamen quilibet homo tenetur se pro liberatione alterius periculum mortis exponere sed solum ad hoc iudex tenetur qui eciam manu armata iniuriam repellere tenetur officio Si autem ex caritate et pietate hoc faciat opus perfectionis et supererrogationis exercet ut patet in beatum Paulum episcopum qui seipsum in captivitate regi tradidit ut filium vidue liberaret cui pro tanto pietatis a[illegible]u deus hanc graciam rependit ut reddita sibi omni captivitate parrochianorum et eos cum honore et opibus ad patriam liberatus est remissus Sciendum autem quod ad istam defensionem aliter tenetur persona publica aliter privata Nam persona publica tenetur hoc defendere potestate et cum armis dummodo credit quod tales liberare possit De personis vero privatis dicunt magistri doctores quod si credat quod solo verbo possint hominem liberare a morte iniusta quod teneatur verbo impedire immo etiam credo quod ad hoc teneantur si hoc possint perficere sine corporali periculo personarum Alioquin non credo quod persona privata teneatur se exponere periculo corporali in tali casu sed qui faceret hoc esse perfectionis consilij et opus supererrogationis ut visum est Tercia expositio respicit homicidium spirituale quo quis ex intentione dicitur homicida et hoc homicidium spirituale committitur quatuor modis primo quidem committitur in corde proximum odiendo vel invidendo sibi De quo prima Johannis iijo Omnis qui odit

fratrem suum homicida est et scitis
quia omnis homicida non habet vitam
eternam in se manentem Glosa ibidem
et si vivere inter sanctos per fidem videre
cernitur in perpetuum cum Caym damp-
natur et istud homicidium tanto est
gravius homicidio corporali quanto
anima que per invidiam occiditur est pre-
stantior corpore / quod etiam secunda
patet ex hoc quia per homicidium cor-
porale homo interficit alium per invidiam
autem homo perimit seipsum et ideo
quanto nephandius est hominem occidere
seipsum quam alium tanto detestabi-
lius est spirituale homicidium corporali
et isto modo tam priori iudeorum quam
multis christum crucifigentium facti sunt
homicide hoc modo de quibus scribitur
Sapiencie ii^o Ipsi vero homicide the-
zaurizaverunt sibi malum et insipien-
tes et maligni odiverunt sapientiam
et rei facti sunt in cogitationibus
suis et quia secundum Augustinum super
Genesim invidia est dolor felicitatis
aliene ideo considerandum est circa
dolorem qui concipitur de prosperitate a-
liena aut subito transit et sic
vocatur passio et sic est veniale
peccatum aut diu manet aut dolet de
prosperitate temporali et sic est peccatum mor-
tale et vicium capitale quod invi-
dia vocatur / aut dolet de prosperita-
te spirituali et sic adhuc distinguitur
secundum Glosam ad Romanos iii^o Circa
aut ipse dolet / quod non est similis
melioribus propter suam insufficientiam
et talis dolor est bonus / quia cau-
sat in homine displicentiam et con-
temptum sui / aut dolet de excel-
lentia alterius et sic est peccatum pec-
catum in spiritum sanctum ut patet ex supra
dictis et reducitur ad invidentiam
fraterne gratie Secundo committitur

in voluntate fetum scilicet spiritualem
et bone voluntatis propositum suffo-
cando Nam quotiens bonum in te
conceptum tibi divinitus in spiritum per
negligentiam et per contemptum ex-
tinguis totiens fetum divinum ma-
tri[c]ine gratie in te plantatum voluntarie
iugulas et perimis / qui tanto est
crudelius quanto divinus fetus est nobi-
lior et perfectior quam humanus et uti-
lior Tertio committitur verbis verbis
et de proximo detrahendo / quia ille
cui detrahitur in conscientia illius
qui audit detractionem occiditur
in qua prius vivebat per bonam
famam et hanc detractionem diffinit
Eysheling in libro de similitudinibus
dicens Detractio est quotienscumque
aliquid false quis ea intentione
de aliquo dicit unde ipse minus amari
vel appreciari possit unde notandum
quod tria concurrunt ad hoc quod detractio
sit peccatum mortale / Primum est quod quis
loquatur falsum saltem aliquid de quo
dubitat an sit verum et hoc innuit
Eysheling / cum dicit false aliquid
Secundum est quod hoc loquatur deliberato
animo / et ideo dicit ea intentione
Tertium est animo nocendi illius in
corpore vel in anima / seu etiam in fa-
ma ideo dicit unde ille minus amari
vel appreciari possit Et sic detractio
semper est peccatum mortale / quod et
bene homicidium dicitur / Circa est
gravius homicidio corporali / quia ibi
solum corpus unius occiditur / hic autem
plures anime simul perimuntur / una ipsius
detractoris / alia eius cui detrahitur
Tertia solum audientium unde tale
homicidium est periculosissimum quia est
contagiosissimum / serpit enim de uno

ad aliud et mortalit inficit omnes illos in quos venenum detractionis infudit et ideo istud peccatum est summe formidabile propter tria. Primo quia est contagiosum et infectivum aliorum ut visum est. Secundo quia inter omnia alia peccata istud magis difficulter videtur expiari, quod patet per hoc quia secundum Augustinum non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Cum igitur per detractionem abstuleris proximo famam suam, qui inter bona corporalia est aliquid nobilissimum quam tunc impossibile vel summe difficile videtur ut ei possit restitui cum scire non possis in quot cordibus hominum virus tue detractionis sit infusum quare etc. Tertio quia illud peccatum inter alia omnia magis videtur inhumaniter committi ut patet per Eusebium in quodam tractatu quem fecit de detractione sic dicentem. Quotiens proximo detrahis totiens morsum dirum sub carnibus tuis dentibus infigis unde illud vitium propter sui detestabilitatem assimilatur lupe rapacissime que in hoc ab aliis animalibus dedignatur quia nullum aliud animal vescitur carnibus sue speciei sed alterius, quia visus non comedit visum etc. De lupo autem legitur quod per nimia fame comedat lupum sed in hoc ipse detractor adhuc pravitate lupe superat quia lupa solum comedit recentes et crudas carnes detractor autem frequenter morsum detractionis infigit etiam in carnes putridas dentibus tuis inhumaniter laceras et consumis. Quarto committitur in opere victum necessarium in necessitatis articulo pauperi subtrahendo. Nam qui victum necessarium pauperi in necessitate subtrahit homicidium spirituale incurrit unde dicit Ambrosius pasce fame morientem si non pavisti occidisti et quia huius queritur utrum dare elemosinam cadat sub precepto ad cuius evidenciam quatuor sunt per ordinem declaranda. Nam primo videndum est quando dare homini elemosinam sit homini in preceptis et quando in consiliis. Secundo videndum est qualiter sit danda ipsa elemosina. Tertio videndum quibus pre aliis sit danda. Quarto declarabitur que sint illa que digne quemlibet hominem movere debent ad elemosinam cum hilaritate et promptitudine irroganda. Propter primum notandum quod dare elemosinam in necessitatis articulo cadit sub precepto ut patet per hoc quia ipsam omittentes eternaliter punientur ut patet Matthei xxv. Esurivi etc. et non dedistis michi manducare et ratio huius est quia cum dilectio proximi sit in precepto necesse est omnia illa cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non servatur ad dilectionem proximi pertinet ut non solum velimus ei bonum sed etiam operemur secundum illud prima Johannis tertio non diligamus verbo vel lingua sed etiam opere et veritate, ad hoc autem quod velimus bonum alicui requiritur quod eius necessitati subveniamus iuxta illud prima Johannis 3°. Qui viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei maneat in illo, ergo elemosinarum largicio est in precepto. Sed quia precepta dantur de actibus virtutum necesse est quod hoc modo donum elemosine cadat in precepto secundum quod actus est de necessitate virtutum, puta secundum dictamen recte rationis et secundum hoc est aliquid considerandum ex parte dantis et aliquid

ex parte recipientis. Ex parte quidem
dantis requiritur tu illud quod elemosi-
na datur sit superfluum non solum respe-
ctu ipsius sed etiam respectu aliorum quorum
sibi cura incumbit, quia recta racio dic-
tat quod prius unusquisque sibi provideat
et hiis quorum sibi cura incumbit et
postea de residuo necessitati aliorum
provideat. Ex parte recipientis requiritur
quod necessitatem habeat alioquin non esset
racio pietatis quare ei daretur, unde dicit
Canon lxxxi ca^lo vii his pauperibus
danda est elemosina, qui suis ma-
nibus laborare non possunt, nam qui
laborare potest si se immiserit elemosi-
ne impatronis redigitur in servitute
ut patet codice de mendicantibus validis
lege prima. Et quedam glosa super
Matheum dicit, iustius fecerit si
iniuste petentes correxeris, quam
si eis dederit, non autem omnis ne-
cessitas obligat ad preceptum sed solum
illa sine qua quis sustentari non
potest et ideo relinquitur quod dare
elemosinam de superfluo est in precep-
to respectu eius, qui est positus in
extrema necessitate et sic intelligitur
verbum Ambrosii quo dicit, pasce
fame morientem etc. Sed citra
necessitatem extremam dare elemo-
sinam est in consilio sicut de quolibet
meliori bono dantur consilia unde
dicit Basilius Cur tu habundas
ille vero mendicat nisi ut tu bone
dispensacionis merita consequaris
ille vero paciencie meritis decoretur
famelici panis est quem tu tenes
tunica nudi quam in conclavi con-
servas discalceati calceus qui penes
te marcescit, quo circa tot iniurias
committis quod dare vales et non
das Idem dicit Ambrosius dis-
tinccione l vii sicut hic Sciendum
tamen quod non est simpliciter expectan-
da extrema necessitas, quia tunc
forte non posset innaturari nata fame con-
sumpta Sed tunc intelligendus est
casus extreme necessitatis, quando ap-
parent signa probabilia future ne-
cessitatis extreme, ut cum aliquis
videt alios impotentes vel pigros
ad subveniendum ut videt pauperem
vite necessariis indigere nec posse sibi
satisfacere, tunc enim ex precepto caritatis
tenetur sibi subvenire. Ad secundum
est sciendum quod circa dacionem elemo-
sine tria sunt consideranda primo
quod fiat de proprio et licite acquisito
non autem de alieno i. scribitur proverbiorum
iii^o honora deum de substancia
tua et hoc est necessarium, quia
alias perditur triplex fructus, qui est
proprius elemosine primus est quia
animam a peccato mundat, quod facere
non potest facere elemosina de furto
et usura acquisita, nam sicut aqua
turbida vestes lotas non depurat
sed maculat, ita elemosina de il-
licito acquisito animam a peccato non
mundat, sed magis contaminat Secundus
quia iram divine ulcionis placat
quod non facit elemosina de illicito
acquisita habet enim dantes inficit
et proximum ledit cui suum per in-
iusticiam reddi debuit et deum of-
fendit. Ecclesiastici xxxiiii offert sacri-
ficium de substancia pauperis sicut
victimat filium in conspectu patris
Tercius quia animam divina contem-
placione irradiat Tholie quarto
Elemosina a morte liberat, et
non permittit animas ire in tenebras
sed eas ad fontem vite luminis e-
terni perducit, quod non potest facere
elemosina de illicito acquisito

quia hec potius a luce d(iv)ine cla-
ritatis excludit, et ad tenebras e-
ternas perducit. Secundo considerandum
est quod elemosina fiat recto ordine
et decenti modo, rectus aut(em) ordo
attenditur in hoc quod homo primo
exerceat pietatem ad seipsum et postea
ad aliud, sicut enim preposterus ordo esset
quod homo neglectam indigentiam pa-
tris et matris extraneis subveniret
quia in hoc non exerceat pietatem
sed pocius crudelitatem. Ita multominus
danda est elemosina quam quis
facit alteri propria salute neglecta unde
dicitur Eccli xxx° Miserere anime tue pla-
cens deo. Decens aut(em) modus in
hoc attenditur quod elemosina detur
leto vultu, dulci verbo, prompta manu
quia letus vultus elemosinam in
divina acceptatione saginat cum
hilarem datorem diligit deus. Dul-
ce verbum ipsam dulcorat, dura aut(em)
verba et obiurgatoria dicta pauperi
ipsam elemosinam amaricat. Sed
prompta manus elemosinam multi-
plicat iuxta illud, Bis dat qui cito dat.
Tercio in modo dandi
elemosinam consideranda est recta
intentione, ut non detur pro vana
laude, sed pro divino amore et honore
quia nimis esset insipiens qui
mercedem eterne retributionis com-
mutaret in fumum vane et transitorie
laudis secundum Greg(orium). Tercio est videndum
quibus pre aliis sit danda elemo-
sina, propter quod est sciendum quod circa
dationem elemosine modus et dis-
crecio servanda est. Nam eorum qui pe-
tunt elemosinam, quidam petunt eam
ex debito ut predicatores et ple-
bani talibus namque debetur, et si non
ex debito stricti iuris, saltem ex
debito caritatis, et etiam naturalis
equitatis ut recipiant sustentationem

ab hiis quibus predicant vel sacramenta
ministrant ut docet evidenter Aug(ustinus) in
libro de opere Monachorum Si evangeliste
sunt vel ministri altaris fateor plane
habent potestatem vivendi de sumptibus
fidelium unde sibi ista non arrogant
sed quasi plane ex debito vendicant po-
testatem. Alii petunt elemosinam ex
gratia iuris pro corporis sustentatione
In primo casu distingue, quia aut
sunt noti aut non, si primum et constat
eos missos vel institutos talibus pre
omnibus est danda elemosina, cum
eis simpliciter non est gratia, sed quasi
ex debito officii debeatur unde dicit
Apostolus Si nos seminavimus vobis spiritua-
le non est mirum si vestra temporalia metamus
Si vero sunt ignoti et dubitatur
si tale officium sit eis commissum prius
debet examinari, si ita sit antequam
recipiatur. In hiis vero qui simpliciter
petunt pro sustentatione corporis
similiter distingue, quia aut potest suf-
ficere omnibus aut non. In primo casu
debet indistincte dare omnibus indi-
gentibus, nisi forte quis ex securitate
cibus (?) contineret et iusticiam negligeret
In tali enim casu dicit Aug(ustinus) Esurienti
utilius panis tollitur si de cibo securus
iusticiam negligit quam esurienti panis
frangatur ut per iniuste seductus vivat
et ponitur xi(a?) · li · questione v · non
omnes. Sed hoc dictum intelligitur
de hiis qui non esuriunt ad mortem
tunc enim quantumcumque iusticiam negli-
gerent pasci deberent ut patet lxxxvi
di(stinctione) questione distinctione pasce
In hoc etiam casu ubi si quis sufficit
omnibus indigentibus loquitur Johannes
Crisostomus quiescamus inquit ab hac
dyabolica curiositate differendi
inter pauperem et pauperem non
enim ex eorum vita quos reficis

vita. mercedem tibi tributurus est
deus / sed ex voluntate bona ex miseri-
cordia et bonitate multo quam ipsis impe-
dis / Quinto aut casu scilicet cum quis non potest
omnibus sufficere cui tunc sit magis dan-
dum docet Aug. in quarto libro de doc-
trina christiana sic dicens / illi qui sunt
nobis magis coniuncti / quasi qui nobis
sorte quadam adveniunt eis magis
providere debemus Circa hoc tamen est
hec discrecionis racio adhibenda communi
differencia coniunctionis et sanctitatis et co-
munis utilitatis vera multo sanctiori
magis indigenciam patienti et ma-
gis utili pro bono communi magis esset
danda elemosina quam persone propin-
quiori unde in extrema necessitate
magis subveniendum est extraneis
quam patri non tanta necessitate pati-
enti / si aut duorum / qui reputantur
eque perfecti et sancti eque utiles pro
bono communi unus sit magis coniunctus
et alter magis indigens / non potest
certa regula dari cui sit magis sub-
veniendum / sed hoc prudentis diiudicandum
est ex diversis gradibus indigencie
et propinquitatis Ambrosius tamen
docet in talibus .ix. esse consideranda
ex quibus potest eliciri / quis sit aliis
preferendus in elemosina puta fidem
quia fidelis preferendus infideli Secunda
causa quia illi qui tenentur captivi
ab hostibus / sunt in misericordia a-
liis preferendi Tercio locum ut si quis
iniustus tenetur in carcere propter debitum
quia licet omnibus debeatur misericordia
tamen iusto et afflicto per amplius
Quarto tempus / quia tempore afflictio-
nis magis debemus misericordiam
exercere Quinto modum ut non uni
totum detur sed elemosina pluribus
paratur Sexto sanguinis propinquitatem

quia tales ceteris paribus extraneis
sunt preferendi Septimo etatem quia
senes sunt iuvenibus preferendi Octavo
debilitatem quia claudi ceci et egro-
tantes preferendi sunt Nono nobilitatem
quia hii qui ex diviciis sine vicio suo
labuntur in egestatem magis est providendum
subvenire eis / quia tales de ege-
state magis verecundantur et eciam
magis cruciantur / Quarto declarandum
est que sunt illa que unumquemque
digne movere debent ad dandum
elemosinam / cum hilaritate et promp-
titudine et talia sunt ista primo
debes attendere quis sit ille qui
petit quia ipse deus in figura pau-
peris iuxta illud Matthei xxv cum
uni ex minimis meis fecistis
michi fecistis / cum quanta autem gra-
titudine deus sibi factum reputat
quod impendis pauperi apparet
ex hoc / quod de solo isto actu in die
iudicii gloriabitur omnibus virtutibus
aliis omissis quando dicet venite
benedicti in regnum patris mei etc.
Et hoc ibidem apparet ex hoc quod istum
actum pietatis singulari honore
premiatur et attollit quod evidenter
apparet in Martha sua hospita
quam dominus noster Ihesus Christus manu sua
propria sepelivit ut patet in copia ex-
emplorum Secundo quia debes atten-
dere cuius petit non enim deus petit
tuum sed suum quia dona dei sunt
que possides et tu non es dominus
sed solum dispensator ex istis Et
ideo sicut ille servus infidelis et
nimis iniustus existeret
qui domino suo rem suam petenti ne-
garet et eius bona contra eius
voluntatem infideliter dispensaret

ista tu infidelis et ingratus ex-
istis ipsi xpo quando sibi petenti in
pauperis persona negas modicam ele-
mosinam qui tibi tot bona contulit
terrena et tuam hoc omnem creaturam
in tui obsequium deputauit et in-
super seipsum tibi pro mercede eterne
glorie repromisit Tercio debes atte-
ndere quare petat quia non pro suo
sed pro tuo comodo petit nec petit
pro dato sed pro mutuo vult enim
liberaliter tibi reddere in presenti vita
donum centuplum in futuro eterne be-
atitudinis premium vnde dicit Aug
O homo quid feneraris homini pocius
ius deo feneraris quia centuplum
accipies et vitam eternam possidebis
Ideo nimis est insipiens et ingratus
qui ad tales vsuras non vult deo
comodare ad quales iudeo mu-
tuaret vel Saracenos quare quod
scribitur Luce xii vendite que possi-
detis et date elemosinam facite
vobis sacculos qui non veterescunt
thezaurum indeficientem in celo etc.

Sextum preceptum est
Non mechaberis quod
quidam expresse prohi-
bet lesionem coniugalem
in persona coniuncta sicut precedens
preceptum prohibet lesionem in persona
propria alicuius Sed secundum Aug implici-
te prohibet omnem illicitum concubi-
tum et illorum membrorum omnem illi-
citum vsum Immo etiam prohibet
omnem illicitam concupiscentiam ut
videbitur et omnem carnis inmundi-
ciam Et hoc preceptum solum habet
triplicem exposicionem Prima respicit
mechiam corporalem que talis est
Non mechaberis id est nulli alii ex-
cepto federe matrimoniali com-
misceatis ut dicit glosa interlinearis Sed
tamen quod istud preceptum preuaricantur octo
genera hominum secundum transgressionem octo
legum Nam primi transgrediuntur legem
naturalis discrecionis et isti sunt fornica-
rii qui tenentur dictamine recte racionis
suis concubinis carnaliter commisceri
Et licet huiusmodi criminis quidam fautores
dixerunt fornicacionem simplicem non
esse peccatum mortale cum vti membris
aliquo secundum actum debitum et secundum
inclinacionem nature sue non videtur
peccatum ad hoc sit per naturam insti-
tutum hoc est falsum et impossibile
quare duo Primo quia fornicacio simplex
inuenitur diuina lege prohibita lex
autem diuina nichil prohibet nisi peccatum
mortale et ideo relinquitur quod for-
nicacio simplex sit peccatum mortale
Et quod etiam Secundo euidenter patet ex hoc
quod nichil a participacione regni cele-
stis excludit nisi peccatum mortale
homo autem quare simpliciter fornicatur
excluditur a participacione regni celestis
ut patet per Apostolum Ephesios quinto Hoc
autem scitote quod omnis fornicator aut
immundus non habet partem in regno
xpi et dei quare etc. Secundi transgre-
diuntur legem spiritualis perfeccionis qui
erronee dogmatisant quod homo
possit in hac vita tantum gradum
perfeccionis attingere quod corpus esset
ita subditum racioni quod homo libere
possit sine peccato indulgere corpori quecum-
que corpus appetit quod simpliciter
est falsum et erroneum Nam quare
infeccione fomitis naturalis corporalis
in ipsam concupiscenciam inclinatur
ipsa est lex carnis que secundum Apostolum
etiam in viris perfectis aduersatur
legi mentis iuxta illud Romanorum
viio video legem aliam in

membris meis repugnantem legi men-
tis mee. Hec autem naturalis inclinatio
fomitis licet per gratiam possit reprimi
non tamen potest totaliter tolli de lege
communi licet hoc per privilegium speciale con-
cessum fuerit virgini gloriose. Tertii
transgrediuntur legem naturalis libertatis
et isti sunt raptores virginum qui per
potentiam invitis parentibus quasque
virgines rapiunt et eas contra legem
naturalis libertatis et libere voluntatis
opprimunt virginalem integritatem in
ipsis deflorentes deflorantes. Ubi
sciendum est que hec est differentia inter
raptum et stuprum. Nam stuprum
est illicita virginum defloratio ita tamen
quod ipsa puella spontanea voluntate
in talem deflorationem consentiat. Rap-
tus autem dicitur quando virgo per raptus
violentiam defloratur et talis raptus
committitur dupliciter. Primo cum ipsa
puella violenter rapitur eo tamen animo
ut in perpetuum teneatur. Secundo cum ipsa
puella rapitur sed usus eius ipsa pro-
hibente violenter usurpatur. Quorum
pena secundum leges est ut talis capite
puniatur et eius bona rapte applicentur
si tamen rapuit ingenuam. Si vero
ancillam vel libertam tunc non
amittit substantiam sed solum decapitatur
argumento xxxvi questione prima
de raptoribus. Secundum canones vero
efficitur servus rapte nisi velit se
redimere ut dicitur ibidem. Potest tamen
rapta contrahere cum raptore si velit
extra eodem accedens. Item raptor
debet excommunicari cum omnibus suis
fautoribus ut patet xxxvi questione prima
capitulo primo. Sed est sciendum quod predicta
pena solum infligitur in foro iudi-
ciali ut dicitur extra de adulterio

Et si quis virginem invitam tenet
eam ducere vel contrahere cum ea vel
maritare nisi defloravit voluntariam
adventicium tenetur in foro iudiciali
ut dicitur extra de adulterio. Tamen
penitentiali est iniungendum tali quod
puelle satisfaciat vel contrahat cum
ea vel componat. Quarti trans-
grediuntur legem coniugalis promissi-
onis qui fidem thori coniugalis
temere violantes per adulterium se
polluunt. Unde dicitur adulteratio
quasi ad alterius thorum illicita acces-
sio. Et ideo adulterium est gravius
peccatum quam stuprum quia maior fit
iniuria in abusu mulieris que al-
terius potestati subicitur quantum ad usum
generationis quam in persona que alteri
subicitur quantum ad solam custodiam.
Utrumque autem istorum aggravatur per
violentiam. Et ideo raptus virginis
est gravius peccatum quam stuprum. Sed ad-
ulterium excedit utrumque. Quinti
transgrediuntur legem regularis pro-
fessionis que votum continentie quo
se deo commiserunt miserabiliter vio-
lant et isti peccant contra fidem
deo datam et contra veritatem divine
obligationis qua se deo contraxerunt.
Unde tales sacrilegi dicuntur ut sunt
religiosi et clerici sacris ordinibus
constituti et sanctimoniales post-
quam per velationem domino fuerunt con-
secrate et hoc peccatum est omnibus
predictis gravius quia in eo fit ma-
ior iniuria etiam ipsi deo. Sexti
transgrediuntur legem naturalis cog-
nationis ut incestuosi qui cum
suis consanguineis commiscentur
quod tamen animalia bruta facere
verentur ut patet de camelo qui

sue matri naturali refugit co-
misceri unde dicit philosophus in 2° libro
de animalibus quod quidam camelus
oculus cameli clamide sua obte-
xit et sic matrem eius submisit
quod cum camelus post coitum
cognovisset illum calcibus primit
et sui pedibus conculcat. Septimi
transgrediuntur legem naturalis inclina-
tionis que vicio indicibili se con-
taminant contra naturam peccantes
et naturalem usum coeundi quocumque
arte vel ingenio pervertentes et hoc
peccatum secundum Augustinum est gravius omnibus
propter quod mutum indicibile dicitur
eo quod ipsum nominare turpissimum est ita
ut os dicentis et aures audiencium
polluatur ut patet xxxiii questione
vii. in eo et istud ideo propter sui enor-
mitatem est primum de peccatis clama-
tibus et divinam ultionem petentibus
inugit vel postulantibus Octavi trans-
grediuntur legem naturalis delectacio-
nis ut sunt ipsi coniuges concu-
bitum coniugalem cum delectacione ni-
mia exercentes ad cuius pleniorem
intellectum est advertendum quod coitus
coniugalis alius dicitur licitus alius
fragilis alius impetuosus, licitus
exercetur tripliciter vel cum fit causa pro-
lis procreande ad cultum dei, vel cum
fit causa reddendi debitum vel
causa fornicacionis vitande non
in se sed in ipsa coniuge primus est
pietatis secundus est iusticie, tercius est
cautele. Et in hiis tribus modis
nullum peccatum committitur ymmo primus
et secundus modus sunt simpliciter
meritorii nisi aliud obsistat. Ter-
cius autem licet sit sine peccato non
tamen videtur habere racionem me-
riti et isto modo patres veteris te-
stamenti usi sunt actu coniugali

cum tanto amore dei et tanta libidi-
nis depressione et etiam cum tanta
mentis puritate solum in deo divini cultus
propagacione intendentes, quod dicit
Augustinus se non audere celibatum Johannis
preferre coniugio Abrahe, quod tamen
non sic intelligendum est quod continencia
coniugalis in dignitate perfectionis
equiperetur continencie virginali cum isti de-
beatur fructus centesimus illi solum tricesimus
sed solum sic quod ipse Abraham in tanta
caritate et intencionis puritate ex-
ercebat actum coniugalem sicut servabat
Johannes virginalem continenciam. Fra-
gilis autem est ille, qui solum fit cau-
sa delectacionis explende et hic dis-
tinguitur, quia vel illam delectacionem
exercet affectu maritali, aut fornica-
rio, si maritali ut puta si dilectio sis-
tat infra terminos matrimonii ita
quod eam non cognosceret si eius uxor
non esset sic solum peccatur venialiter
Si autem actu fornicario ut puta, quando
affectus delectacionis impetu concupi-
scencie fertur extra terminos matrimonii
ita quod eum cognoscere vellet, etiam si
uxor eius non esset tunc peccat
mortaliter, quia amor illius delecta-
cionis preponitur ipsi deo. Impetuosus
vero est ille qui ex sola libidine
premens morem honestatis et racio-
nis transcendit quod tamen fit quinque
modis Primo per meretricum blandi-
cias se provocando ad libidinem secundo
cum talis actus contra naturalem modum
exercetur Tercio cum hoc fit tempore
prohibito Quarto cum exercetur in loco sa-
crato Quinto cum accedit ad im-
pregnatam vicinam partui vel in
fluxu menstrui unde ab ista inep-
titudine viciosa boni coniuges se
debent maximo studio preservare

et hoc propter octo dampna que ex
inde sequuntur primum est cecitas mentis
quia secundum Augustinum et etiam philosophum in actu
carnali re totaliter absorbet ita quod
lumine racionis quodam extinguitur et
totus homo quasi carnalis efficitur et
inde est quod vicium carnis plus hominem
vilificat et per infamiam denigrat
quam alia vicia maiora quod contingit
ex hoc quia per extinccionem racionis
homo privatur naturali dignitate sua
qua per usum racionis ceteris precellit
Secundum est inconsideracio mortis et in
ferni intus enim voluptas carnis de
lectacioni immergit quod nec de ama
ritudine mortis cogitat nec penam
inferni formidat Sed si semper liceret
vivere semper liberet peccare et inde
est quod deus iusto iudicio actum peccati
transitorium eternaliter punit Quia secundum
Augustinum Si homo malus eternaliter viveret
semper liberet peccare Tercium est
mentis inconstancia que provenit ex
hoc quod pro voluntate malam incumbit
delectacioni transitorie et ideo necesse
est mentem variari prout una delec
tacio momentanea transit et alia
momentanee succedit Sola enim
mens illa inconstancia figitur que bono
immobili et invariabili per amorem
inicitur Quartum est amor sui quia
carnalis effectus semper et aliud so
lum amore concupiscencie diligens
omnino in suum suum commodum or
dinat ut in eis amplius delectetur
talis enim longam vitam desiderat
ut diucius carnali delectacioni de
insistat Ex quo patet quam perni
ciosum sit illud dampnum quia privat
hominem perfecto et ordinato amore
sui ipsius et omnium creaturarum Quin
tum est precipitacio sui quia

quia fervore concupiscencie excecati
precipitantur tamen ad furtum frequenter
se exponens mortis periculo propter libi
dinem explendam Sextum est odium dei
licet enim deus sit purum et summum
bonum quod directe directe odiri non
potest dicitur tamen odiri indirecte
propter duo vel propter penam quam iusto
iudicio peccantibus infligit vel propter
bonum delectabile quod mox pia provi
dencia eis subtrahit ne quid pec
cent Septimum est amor presentis se
culi cui carnales inherent per ap
petitum honorum diviciarum suavitatis
fortitudinis ceterorum per quem carnalis
affectus suum finem consequitur et
delectacione momentanee fruitur
Octavum est desperacio future beatitudi
nis quia carnalis effectus concupi
scencie carnali delectacioni finaliter
immersus si ipsi male conscius dif
fidit de futura gloria vel venia con
sequenda et hoc racionabiliter Cum
enim spes sit certa expectacione future
beatitudinis ex meritis proveniens
Ille qui nullum meritum in se ipso
conspicit merito de futura gloria
diffidit Et hec dampna ponit
Gregorius in libro moralium Secunda
proposicio respicit meditacionem spiritua
lem que talis est Non meditabe
ris turpia cogitando et in lascivis
cogitacionibus se delectando seu eciam
sensibus exterioribus abutendo Et
contra istud preceptum faciunt multe v
irgines infelices et religiosi nimium
curiosi et voluptuosi qui deo in
castitate fuerunt fervent devenientes
et ad hoc se voto committere obli
gantes et hoc in lascivis cogita
cionibus et carnalibus spurciciis de
lectantur in quo casu frequenter

peccatum mortale incurrit Si enim ali-
quis morose in carnali delectatione
vel cogitatione delectetur etiam si
nunquam adesset voluntati effectum opi-
tudine perficiendi in opere adhuc secundum
Augustinum peccatum mortale incurrit Cuius
ratio est quia talis cogitatio turpis
includit in se difformitatem peccati
mortalis et ideo cum voluntas per
consensum ad deliberationem rationis
in effectum actum inclinatur interiorem
ipsum acceptando et in eo delectan-
do constat quod talis inclinatur in ob-
iectum forme peccati mortalis et per
consequens talis inclinatio voluntatis
in delectatione interiorem cuius actus
est peccatum mortale Sciendum autem
quod delectatio dicitur morosa non secundum
moram vel diuturnitatem temporis
sed magis ex eo quod ratio deliberans
circa eam immoratur ipsam tenens
et volens nec eam repellit que
statim ut animum attingit respui
debuerat ut dicit Augustinus 2o de trinitate
Nec solum in mechia spirituali ca-
uendum est ab immundis cogitatio-
nibus sed etiam ab illicito visu odo-
ratu et tactu qui enim in hiis sen-
sibus corrumpuntur virginali dignitate
priuantur quia virgines dici non possunt
Nam propter restrictionem talium sen-
suum ab ab illicitis delectationibus
saluator omnes fideles virgines
appellat qui si continentes viuent
solum propter honorem dei et spem eterni
premii dicuntur virgines prudentes sed
illi qui continentes viuunt propter laudem
hominum vel humanam dicuntur virgines
fatue quia premium mercedis eterne
commutant in vanitate laudis hu-
mane Unde sapientibus virginibus
ad eternam vitam intromissis fa-
tuis dominus respondebit Amen dico
vobis Nescio vos id est nichil in vobis

inuenio dignum approbatione et eterna
remuneratione unde eis dicetur illud
Matthei Ite maledicti in ignem eternum etc.
Et quia ista mechia spiritualis magis
proprie locum infra in x precepto ubi
dominus omnem interiorem concupiscentiam
prohibet ideo nunc tanta de ipsa suf-
ficiant de eadem inferius latius
tractaturi Tercia expositio respicit
uxoris dimissionem vel etiam recep-
tationem que talis est Non mechabe-
ris uxorem scilicet propriam dimittendo
vel dimissam recipiendo Unde scribitur
Matthei v. Omnis qui dimiserit uxorem
excepta causa fornicationis facit eam
mechari et dimissam duxerit adul-
terat Ut autem plenius appareat quando
uxorem dimittere vel recipere sit pec-
catum mortale et quando non conside-
randum est quod uxorem dimittere est
dupliciter vel in occulto vel manifesto
In occulto sic ille dicitur dimittere
uxorem qui sibi debitum non reddit
nec exigit qui sic uxorem dimittit
aut ille scit aliquod impedimentum
occultum coniugii aut non si nullum
impedimentum sciat nec in se nec in
coniuge et tamen non vult debitum
reddere nec exigere talis peccat mortaliter
cum mulieri subtrahit debitum iniuste
ad quod tenetur tamen etiam quia ipsa
prebet viam adulterandi marito ma-
xime si sciat ipsum esse lubricum Si
vero sciat impedimentum coniugii
propter quod non posset reddere debitum
sine peccato mortali sed in facie ecclesie
hoc probare non posset talis potius
debet excommunicationem sustinere quam
debitum reddere Si vero tale impedi-
mentum pro vero nesciat sed leuiter ut
probabiliter credat tunc per prudentis
confessoris consilium debet talem cru-
delitatem temerariam et leuem de-
ponere et debitum reddere Ac etiam

exigere nisi prius ante coniugium alteri
se voto continentie astrinxerit in hoc
enim casu iuxta terciam opinionem
doctorum talis nunquam potest debitum
petere sine peccato mortali, et ideo hii
sibi provideant quia periculo exponunt
se qui post votum continentie matri-
monium contrahunt in hoc etiam peccat
quam periculose talibus quidam consulunt
qui post votum continentie emissum
de contrahendo licentiant seu etiam
consilium prestant qui non videntur
aliud facere quam animas occidere et
eas dyabolo prostituere, si autem
dimissio vxoris fiat in manifesto
hoc non licet nisi auctoritate ecclesie
Et propter fornicationem tantum que tamen
tripliciter dicitur vno modo proprie puta
propter carnale adulterium Alio mo-
do generaliter puta propter heresis et propter vtra-
que potest dimitti conuictio quantum quo
ad habitationem perpetuam licet differen-
ter quia fornicatio carnalis semel
facta sufficit ad divortium nisi alter
coniugum similiter fuerit fornicatus
spiritualis autem non sufficit absolu-
te nisi quis perseveret in heresi extra
de conversione coniugatorum in textu et
in glosa Tertio dicitur fornica-
tio generalissime scilicet quodlibet peccatum mor-
tale et tunc distingue, quia aut
peccatum vnius coniugis est scandalum
alterius sic ut videlicet eum trahere
ad mortale peccatum et sic talis potest
dimitti ad tempus quousque videlicet
corrigatur Aut peccatum vnius non est
scandalum alterius nec eum nititur
trahere ad mortale peccatum et sic non
potest eum dimittere Hec est summa
Ber. Ray. et Wilhel. ut etiam scilicet
quando quis peccat si dimissam
recipit et quando non Sciendum est
ergo quod crimen coniugis aut est occultum

et sic non potest eam dimittere
cum non possit probare crimen impo-
situm aut est manifestum et tunc
distingue aut enim adultera per-
severat in malitia et sic tenetur
eam dimittere quia qui talem
retinet vel dimissam recipit pec-
cat mortaliter quia sic videtur
crimini consentire ut legitur xxxii
questione prima capitulo primo sicut
crudelis est et iniquus qui castam
dimittit sic fatuus est et iniustus
qui retinet meretricem patronus
enim turpitudinis est qui celat
crimen vxoris aut non perseverat
sed est spes de correctione vel
etiam est correcta et sic non
tenetur eam dimittere immo iuste
potest eam recipere vnde illud quod
Christus dixit qui dimissam duxerit vxorem
dimissam adulterat solum intelli-
gitur de illa receptione quando non
est correcta Sed in malitia per-
severat aut etiam quando impedi-
mentum inuenit vel consanguini-
tatis vel huiusmodi ex premissis potest
patere qualiter de transgressione
huius precepti sit confitendum etc.

Septimum preceptum est
Non furtum facias In
quo secundum Augustinum hic prohibetur omnis
contrectatio rei aliene
proveniens ex cupiditate vel in-
iuria, quod ideo dico quia contrectatio
rei aliene potest licite fieri tribus
modis primo quando non fit ex
cupiditate sed ex obedientia sicut
fecerunt filii Israel auferendo vasa
Egiptiorum Secundo quando fit ex
cautela ut si aliquis furetur
gladium furioso ne sibi vel aliis
noceat Tertio quando fit ex

mera necessitate ut cu quis ad
mortem esuriens pane furatur
quia in necessitate extrema omnia
sunt communia. Et hoc preceptum tripliciter
exponitur prout nocumentum quod
quis iniuriose proximo infert in
bonis suis tripliciter variatur. Nam
illud nocumentum vel infert superio-
ribus vel inferioribus vel etiam equa-
libus. Et secundum hoc prima expositio est
Non furtum facias tuis scilicet superio-
ribus. Et sic contra istud preceptum
peccant sex genera hominum. Primi sunt
Curati suum plebanum defraudant
in oblationibus et decimis de iure
debitis. Ubi notandum quod integre
decimas dantes dupliciter a deo
premiantur. Primum est bonorum temporalium
augmentatio. Secundum est sanitatis
anime et corporis assecutio. Et per ista
duo evidenter tanguntur XVI questi-
one prima ubi dicitur Si decimam
dederis non solum habundantiam fruc-
tuum accipias sed etiam sanitatem anime
et corporis consequeris. Econtra
istas decimas non solventes tripliciter
peccant. Primo quia deum offendunt.
Unde scribitur XV questione prima
Hec enim dei consuetudo est ut si
illi decimam non dederis, tu ad de-
cimam non voceris. Secundo quia res
alienas invadunt, nam decime
tributa sunt egentium animarum ut
scribitur ibidem. Tertio quia ex mor-
te pauperum homicidium incurrit, quia
quanti pauperes in illis locis ubi
ipse habitat illo non dante decimas
fame mortui fuerint tantorum
homicidiorum reus ante tribunal
eterni iudicis apparebit ut scribitur
ibidem. Secundi sunt qui censum debi-
tum furtive subtrahunt suis dominis.

Tertii sunt qui bona feodalia alicuius
in aliud dominium transferunt vel
qui ipsum sine scitu et voluntate veri
domini diminuunt. Quarti sunt servi
et ancille, qui res dominorum furtive
consumunt vel etiam de rebus dominorum
ipsis invitis elemosinam faciunt. Tales
enim propter piam intentionem a peccato
mortali non excusantur. Quinti sunt
uxores que res virorum furtive sub-
trahunt et de ipsis contra voluntatem
maritorum elemosinas faciunt quod
fieri non debet. Unde scribitur XXX
questione IIIa, Nichil de tua veste
vel auro vel argento vel quacumque
pecunia vel in rebus suis invito ma-
rito facere debuisti. Fallit tamen hoc
in triplici casu. Primo si uxor tua
fuerit lucrativa. Secundo si habuerit
bona parafernalia de talibus enim bonis
sicut et de rebus lucrosis possunt
mulieres facere elemosinas sine li-
centia maritorum. Tertio si faciant e-
lemosinas de rebus sue dispensa-
tioni commissis puta de pane et
vino et huiusmodi et maxime quando
maritus nimis durus est in actibus
pietatis. Tunc enim mulier in rebus sue
dispensationi creditis ex pietate potest
facere elemosinam pro salute viri, dum
tamen illa per moderate fiat quod ege-
state in coniugibus non inducat. Sex-
ti sunt qui theolonea et vectiga-
lia dominis fraudulenter subtrahunt
qui omnes tenentur ad restitutionem
dum tamen tres conditiones habeant
huiusmodi vectigalia. Prima quod imponantur
auctoritate principis. Secunda si sub-
sit causa rationalis propter quam sint
imposita sicut pro pace facienda
vel pro via publica reparanda.
Tertio si sunt moderata quia

sit tolleranda sunt extra de verborum
significatione super quibusdam ubi dicitur
illa pedagia guidagia salmaria sci-
as esse interdicta que non sunt imperatorum
vel regum vel lateranensis consilii vel co-
ncilii largitione concessa vel ex antiqua
consuetudine cuius non extat memo-
ria introducta glosa autem ibidem ex-
ponens predicta vocabula dicit quod pe-
dagia dantur a transeuntibus guida-
gia dantur pro ductu salmaria pro
sale licet etiam predicta sunt danda
nisi cum negotiationis causa aliquid
portatur Codice de vectigalibus universi
palit het Bn et Johannes unde
ad predictorum evidentiam est notandum
quod quilibet tenetur solvere decimas nisi
se probet exemptum et nisi habeat
illas in feodo antiquo extra de de-
cimis a nobis Cuius causam quidam
assignant dicentes quod decime sunt
de iure naturali Sed hugo de sancto
victore dicit quod non sunt de iure
naturali sed divino quod probat quia
Jacob votum emisit de dandis de-
cimis votum autem non est de eo quod
quis tenetur de iure naturali preterea
greci non solvunt decimas nec paulus
qui ordinavit eorum ecclesias precepit eis
solvere decimas quare etc Sed di-
cendum quod preceptum de solutione de-
cimarum partim est morale quia
ex indictio rationis naturalis partim
autem iudiciale quia ex divina sola
institutione robur habens non
ratio naturalis dictat ut hiis qui
pro salute totius populi divinum cultum
ministrabant ipse populus necessaria
ministrabat decimatio autem certe
partis ut quod detur decima pars vel
decima decime introducta est
ex institutione divina quia dominus

mandavit decimam proventuum dari
sacerdotibus et levitis ut honorabiliter
viverent et quieta mente deo ser-
virent et sic est iudiciale quia per-
tinebat ad equalitatem inter homines
ad invicem conservandam non autem
decimatio decime partis solven-
do est auctoritate ecclesie que hoc
statuit propter quandam similitudinem ut
scilicet non minus populus nove legis mi-
nistris novi testamenti exhiberet
quam populus veteris legis ministris ve-
teris testamenti exhibebat presser-
tim cum ministri novi testamenti
sint maioris dignitatis quam veteris
et plus nove legis ad maiora
obligetur Matthei v capitulo quinto Nisi ha-
bundaverit iusticia vestra plus quam
scribarum et phariseorum non intrabitis
in regnum celorum sic ergo patet quod
ad solutionem decimarum homines te-
nentur partim ex iure naturali partim
etiam ex institutione ecclesie licet
in quibusdam terris loco decimarum
dantur aliqui census vel alique
decimationes minute Secundo ex-
ponitur non furtum facias a nullo
nocumentum inferioribus te minus te
inferas Et sic contra illud preceptum
peccant quinque genera hominum primi
sunt raptores qui aliena rapiunt
Et illo peccato participant quinque genera
hominum non solum enim raptores sunt
qui rapiunt sed etiam qui participant
et qui consulunt et qui eos sci-
enter hospicio recipiunt et qui
rapta emunt de quibus plenius
infra dicetur agentes enim et con-
sencientes pari pena plectendi
sunt Secundi sunt inventores qui
enim rem inventam non restituit
raptor dicitur pro ut legitur

xxiiij questione v ca^lo primo Si quid invenisti et non restituisti rapuisti Sed de inventione est distiguendum aut enim quis invenit thezaurum in loco sacro vel religioso vel non sacro Si in loco sacro aut hoc est casu fortuito et sic est thezaurus inventoris aut ex studio se quesivit et sic thezaurus est ecclesie Si in loco non sacro hoc est dupliciter aut quia invenit in loco proprio aut in alieno Si in proprio loco aut invenit ipsum arte magna et sic thezaurus est fisci aut sine arte magna et sic est inventoris Si aut ipsum in loco alieno invenit aut hoc est casu fortuito vel actu studioso Si primo sic thezaurus est medius inventoris et medius domini loci Si aut hoc fiat inquisitione studiosa tunc totus thezaurus est domini loci digestis de rerum divisione thezaurus et capitulo de thezauris libro quadragesimo nemo puto notat Johannes et Hasso Ad hoc enim quod ille qui rem invenit evadat penam furti debet publice pronunciare quod ille cuius sit res veniat et si certo indicio expresserit sibi reddat Tertii sunt qui preciarias et indebitas exactiones a subditis extorquent Ad cuius evidentiam est sciendum quod census illud qui ab initio fuit regi impositum sine dolo et fraude integraliter debet dari et si quis de hoc subtraxerit peccat mortaliter sed hoc distinguendum est quia aut est certum quod talis census sive onus ab initio regi fuit impositum vel non si sit certum tunc qualecumque onus sit sive census et tollerari et dari debet quia unusquisque in re sua potest onus imponere Si aut census non sit certus vel sit certus nescitur tamen utrum licite vel illicite sit institutum sic peccat recipientes quia mala fide recipiunt et tenentur restituere ut patet per Willhelmum et etiam Bernardum extra de censibus census enim non innatur tempore nisi probet legittima causam sed quia fuerit legittime institutum ut dicit Bernardus ibidem Innocentius cum dicit quod licet ignoretur causa census si tamen certum sit ipsum habentibus debere solui reddi debet extra de censibus quanto Sciendum tamen quod licet ultra debitum censum illius dominus possit extorquere a subditis sine peccato ex causis tamen rationabilibus potest moderatum subsidium petere dummodo hoc petat sine minis vel coactione directa vel indirecta indirecte aut cogit dominus subditos ut quando eis iusticiam denegat vel insinuari facit quod vult tamen habere et in tali casu cum peccato recipit quia restituere tenetur nisi ille a quo recipit esset firmus tunc enim illa res sit domini sicut et firmus non tenetur ad restitutionem licet dominus peteret si minis aggravaverit firmos suos Primus casus in quo ultra debitum censum licet moderatum subsidium domino petere est pro defensione patrie puta cum patria iniuste ab hostibus invaditur tunc enim subditi non solum tenentur res suas impartiri sed etiam tenentur corporaliter laborare ad hoc Secundus casus est si sit captus in iusto bello Tertius est si iussa principis et pape debeat ire contra hereticos vel paganos Quartus est si debeat filium militare vel filiam desponsare

XV

in omnibus hiis et similibus pt
licite pete a subditis subsidiu mo
deratu Sed si dns vult lude ad al
eas vel in aliis vanitatibq expen
de vlt vires ppt tales causas no
licet quidqz exigere a subditis et
si exigeret tenet restitue 2m vil
helmu ext de consuetudine in
fine Tercii sut q ppt debita do
minorz ipsorz cives et subditos in
debite impugnaent et q est ra
pina coram deo qua res pau
perum indebite impugnaent di
missis rebus pncipaliu debitorz
Tercii sut qui incede aliorz inde
bite detinet et consuat Vbi sciend
q iniuste detinetes incede aliorz
tripliciter peccat et triplex maliu
incurit Primu est quia iram dei
cont se gravissime provocat quod pz
qua vnu est de pctis clamatibq
et in aurib dei vindictam dine vl
cionis iugiter postulatibq dicitur eni
pctm clamae qua sua enormita
te deum provocat ad vindicta et talia
pcta sunt quator scz oppressio vidue
fratricidiu detencio incedis paup
um iniusta et vicium cont natam
Secum est quia tales sibi ipis in
fluxum dine pietatis abstruunt q
patet illud pvbiorz Qui aure
obturat ad clamorem pauperis
ipse clamabit et no exaudiet
Tercium est quia ome seme dine
gre arescit et desiccat in aia
quod pz p hoc quia seme dinum
in talibq cadit sup petram quod e
cor durum et aridu ab omi humore
gre desiccatum et ideo tale seme
oportet arescere cum nullo pietatis
humore et gre valeat humectari

Tercia exposicio talis est Non
furtum facias scz ipis equalibus
in rebus suis nocumentum aliquod
infendo Et pt cont illud preceptu
peccat ix gna hom primi sut
vsurarij et tales vel sut pvati
vel publici Nam publici vsura
rij plectunt a iure quadruplici
pena prima est sentencia excomuni
cacionis Secda pvacio comunionis Ter
cia exclusio oblacionis Quarta
pvacio sepulture q no debent
in cimiterio sepeliri et q cont
fecerit manet suspensus ab officio
donec ad arbitrium epi satisfecerit ext
eccont de vsuris qz in omnibus
Si aut sunt vsurarij pvati sic
cont hoc preceptum itm quatuor
gna hom peccat Primi sut q
prestant sub condicione et pacto
plus recipiendi et isti sut expres
si vsurarij etiam 2m iudicium e
clesie Secdi sunt qui prestant
sine aliquo pacto eo tame aio
q aliquid vltra sorte recipiat
alias no mutuarent et isti sc
vsurarij qo ad deum ppt intenco
nem corruptam quam dehortatur
salvator luce vi mutuu dan
tes nichil inde sperantes Sed hic
incidit racionabiliter duplex dubi
tacio Prima Cum lex dina prohi
beat et puniat tam manum qz
aim quare lex humana solum
prohibet ipam manum qz punit
solum actum no aut aim Secda
cum ipa lex dina prohibeat omne
iniquitatem quare lex humana
solum prohibet illam que e maior
et notabilius quia prohibet ali
que decipere vltra medium iusti

precij Ad primum dicendum quod lex hu-
mana est quedam regula et me-
sura humanorum actuum, mensura
aut debet esse virgenia mensura-
to ut scribitur in 10 Ethicorum unde
oportet quod lex humana conforme-
tur conditionibus hominum quibus datur Con-
stat aut quod lex humana multitu-
dini hominum datur in qua magna
pars deficit a perfectione virtutis
et ideo lex humana non prohibet
omnia vicia sicut lex divina que
datur solum perfectis et virtuosis, sed
solum prohibet graviora a quibus est
impossibile maiorem partem multi-
tudinis abstinere et precipue illa
que sunt in nocumentum aliorum
sine quorum prohibitione non posset
humana societas conservari, sicut
est prohibitio furti et homicidij et
huiusmodi et hoc rationabiliter con-
tingit Nam lex humana gradatim
et non subito inducit homines ad
virtutem et ideo non precipit multitu-
dini imperfectorum ut ab omnibus ma-
lis abstineat alioquin imperfecti
huiusmodi precepta ferre non valentes
in mala deteriora laberentur, quod
satis innuit proverbiorum dicit qui nimis emungit
elicit sanguinem et si vinum novum id est precepta perfecte
vite mittatur in veteres utres id est
homines imperfectos utres rumpuntur
et vinum effunditur id est precepta
contempnuntur et homines ex contemp-
tu ad maiora mala prorumpunt
Ad 2m dicendum quod quelibet lex conformatur
suo fini, lex aut divina habet
pro fine beatitudinem divine voluntatis
humana vero lex habet pro fine
conservationis sufficientiam, et ideo
quandam inequalitatem per-
mittit hominibus imperfectis que non
multum ab inequalitate iusticie exce-
dit, et que conservatorem humane socie-
tatis non multum impedit Lex aut
divina que solum intendit rectitudinem
virtutis, ideo punit et prohibet omne
illud quod contrariatur rectitudini
iusticie Secunda ratio ad idem est quod lex
humana ut visum est datur omni po-
pulo generaliter in quo multi sunt insuffici-
entes vel deficientes a perfectione
virtutis, et ideo non prohibet omnem in-
equalitatem et contractibus humanis
Lex aut divina datur tantum virtuosis
et perfectis, et ideo prohibet omne illud
quod est virtuti contrarium Tercij
sunt qui mutuant res suas ad cer-
tum terminum quo veniente nolunt pre-
stare ulteriorem dilationem donec
emolumentum percipiat, licet expresse
nichil petant, Quarti sunt qui
vendunt res suas longe carius
propter dilationem solutionis quam eis in con-
tinenti solverent, hec petunt extra
de usuris consuluit Si enim ven-
ditor statuat in corde suo pro quanto
velit rem suam dare non potest sine
peccato propter dilationem precium augmen-
tare, Sed si pecunia parata indigeat
potest quidem parato diminuere sed non
potest pro dilata augmentare ut
patet extra de emptione et vendi-
tione in dilecti et talis penultimo
Est enim regula generalis quod quicquid
cedit ad capitale usura est ut patet
xiiij questione iiija plerique Hoc
tamen fallit in certis casibus quod
notat Gaufredus et Hostiensis
quos hic mirari non oportet Pro-
tamen etiam quod ecclesia tantum detestatur
voraginem usurarum quod ea restringit
omni modo quo potuit quod patet tamen

quia publicum usurarium quadrupli
pena percellit tamen quia etiam contra
usurarum solutione multiplex remedium
adhibuit ut patet etenim si aliquis pro-
misisset usuras soluere non debet
cogi ad soluendum quia usure sunt
inhibite extra de usuris debitores
Si autem iurauerat aliquis soluere
sic habet duo remedia iuxta iura
primum est quod faciat cogi creditorem
quod relaxat iuramentum vel quod de-
sistat ab actione digestis de iure
iurando codice primo capitulo tu eis
Secundum est quod post solutionem potest
ea repetere si autem iurauerat soluere
et non repetere tunc iterum habet duo
remedia primum est quod potest iudici
denunciare et iudex ex officio suo
potest illum cogere ad restituendum Secundum
est quod potest illum cogere ad relaxan-
dum iuramentum extra de iureiu-
rando ad nostram Si autem iuraue-
rit soluere et cum hoc non repetere nec
denunciare sic est illicitum iurame-
tum non obligat ad seruandum extra
de cognatione spirituali a nobis
Secundi sunt sacrilegi qui rem
sacram furantur siue auferant de
loco sacro siue non sacro ut patet
xvij questione iiija quisquis et tale
furtum proprie dicitur sacrilegium quod
etiam committitur cum quis facit in-
iuriam clericis vel personis ecclesi-
asticis eos scilicet detinendo vel res
eorum auferendo tales enim sacri-
legi sunt excommunicati ipso facto et
priuati sacramentorum perceptione ut patet
xvij questione quarta Tertij
sunt qui nocumentum reipublice
inferunt puta monetam falsifi-
cando in pondere vel valore vel
cuiusque exactione diminute per-
soluendo vel etiam semiplene

argentum purgando et generaliter
omnes qui in varijs metallis pondera
et mensuras falsificant dicuntur fures
reipublice digestis de contrahenda
emptione lege prima et tales fu-
res exuruntur in aqua bulienti di-
gestis de falsarijs monetarum le-
ge secunda nec talis moneta reproba
liberat soluentem digestis de pig-
noratione lege elegant Etiam
illud patim reprobat prouerbiorum pon-
dus et pondus mensura et mensura
vtrumque abhominato est aput deum
Quarti sunt qui vendunt venenum
mortiferum et gladios toxicatos
seu cavillos falsos qui etiam dicuntur
fures reipublice et tales sunt
rei omnium scelerum que per emptores
perpetrantur in occasione ut patet ija
questione quarta precipue et hoc
potissime cauendum est quando talia
venduntur intentione prauisa et etiam
de illis rebus que non possunt esse
vtiles ad humanum usum ut ve-
nena mortifera et similia quia
aut res ad humanum usum debitum
perueniri possunt puta baliste et
arma in iusto bello talia licite
vendi possunt que tamen non debent
vendi ei de quo probabiliter
posset conuinci quod talibus abuti vel-
let Quinti sunt qui plura benefi-
cia curata simul tenent vel non
per statuto tempore faciunt ad or-
dines promoueri tales enim dicuntur
fures reipublice Non solum quia
furantur et male usurpant bona
illa que sunt pro bono communi fide-
lium deputata verumetiam quia deo
furantur animas fidelium qui eas
decipiunt et in absolutionibus

sacramentalibus deludunt quod verum
est si per episcopum sint moniti ut ta-
libus beneficiis cedant vel si sint ex
ipsis privati Sed quia diu episcopi tales
patiuntur tunc subditi per ipsos animarum
dispendia non merentur Hec probantur
extra de electione cum talis et in auctentis
et talis dudum et extra de prebendis
talis de multa Sexti sunt qui furantur
pecora hominum quod furtum proprie dicitur
pecorum abigeatus vel etiam qui
scienter pecora morbosa vendunt
de quo notat Raymundus non solum ille qui
furatur pecora sed etiam qui scienter
pecora morbosa vendit dicitur
fur et tenetur ad interesse intra
rem et extra rem quod ut ple-
nius intelligatur sciendum quod illud
dicitur interesse intra rem ut si ipsum
animal perit sed extra rem ut si
alia pecora pereunt ex contagione
morbosi pecoris ut notat Raymundus
et Hostiensis Si autem morbosum
pecus quis vendidit ignoranter tunc
tenetur emptori de tanto precio quanto
minoris emptus esset digestis de
actione empti iuliani Venditor
enim cuiuslibet animalis debet prestare
animal sanum potens comedere et
bibere codice de emptione et ven-
ditione lege emptor Septimi sunt
artifices qui opera sua fraudu-
lenter faciunt vel qui in diversis
mercimoniis homines decipiunt
malum pro bono reddentes.
Contra quos invehitur propheta ita
dicens Ve vobis qui dicitis
malum bonum et bonum malum
Tales raro dormiunt nisi ad-
minus septies in die proximum
decipiunt de quibus apte scribitur

ipsos pane impietatis comedunt et
supremus non capit ab eis nisi sup-
plantavit Octavi sunt qui mala
fide faciunt homines inter dapes
sicut qui alios incitant ad ludos
alee et huiusmodi Ad cuius evidenciam
sunt tria per ordinem declaranda Primum
est quantum peccatum sit ludus alearum
et taxillorum Secundum est quid sit
iuris de eo quod perditur in alea pu-
ta quando et quibus personis sit red-
denda pecunia que in ludo perditur
et quando non Tercium est qualiter
et quo tales ludi possunt esse li-
citi et fieri sine peccato mortali Propter
primum est sciendum quod quantitas peccati
in talibus ludis potest convinci
ex ix circumstantiis quarum quelibet
est peccatum mortale quas enumerat
Hostiensis de ludo alee talis primo
prima est desiderium lucrandi scilicet
cupiditas que est radix omnium ma-
lorum ut dicitur prima ad Thimotheum
quinto Secunda voluntas spoliandi pro-
ximum scilicet rapina Tercia est usura
maxima que accipitur non solum
in anno vel in mense sed in eodem
die extra de excessibus prelatorum inter
dilectos Quarta multiplicium men-
dacia et verba ociosa et vana que
in talibus ludis frequenter contingunt
Quinta est execrabilis iuratio
et blasphemia que in talibus ludis fre-
quenter in deum et in sanctos referuntur
scilicet heresis Sexta est corruptio
multiplex proximorum qui ad ludum
respiciendo de mala consuetudine
convenerunt Septima est scandalum
bonorum hominum quod ex predictis
conditionibus oritur Octava est
contemptus prohibitionis sancte

matris ecclie Nam glosa dicit q
quicumque ludi sunt prohibiti non tantum
dissuasi Nona est amissio temporis
et cum bonorum que quis illo tempore
facere potuisset propter 2am e sciendum
c. 2m leges id quod perditur in a
lea solui non debet et si solutum
fuerit repeti potest usque ad quin-
quaginta annos codice de usu
alee ludus Sed hoc intelligit
Raymundus et Wilhelmus de eo qui
non ludit voluntarie sed attractus
si enim ludit voluntarie tunc illud
quod perdidit non potest repetere sed
secundum predictos debet pauperibus ero-
gari quod autem dicit Bn in glosa q
hoc debet restitui potest intelligi
de eo qui non lusit voluntarie sed
attractus contra autem quod nullus
retinere potest ut in ludo acquirit e
hoc quia ludi alee et taxillorum
sunt prohibiti per leges et iura scripta
et ideo in talibus rebus acquisitis
deficit bonus titulus et bona fides
et iusta causa ex quibus innascitur
homini licita possessio rei propter tamen
est sciendum q ludus alee dicitur
omnis ludus qui innititur for-
tune et ad hoc q aliquis ludus
sit licitus primum requiritur congruitas
persone clericus enim in alea ludere
non debet quia publicus aleator
repellitur a dignitate non obstante
consuetudine extra de excessibus
prelatorum inter dilectos et deponi
potest si se non correxerit xxxv
questione tria Si quis Secundo
requiritur congruitas materie bene
pro esculento et poculento ludi
potest Tertio requiritur congruitas
mensure unde ultra unum solidum
ludi non potest et si quis illum
verberaverit in [illegible] hospitio lu-
sum est in alea pro aliquo magno
vel si aliquid subtractum fuerit
iudicium ei non datur sed hoc intelligitur
ut Hostiensis dicit de illo qui lusores
alee consuevit recipere causa sui
alimenti secus si apud aliquem
incidentaliter ludatur Quarto re-
quiritur congruitas temporis ut q non lu-
datur tempore luctus vel penitentie
vel ieiunii Quinto q non fiat
contra legem ludi ut q non male
computet nec contra ludentem procedat
Hec notantur codice de usu alee
dicitur ludus Nonnulli sunt qui se
associant furibus et furti ipsius
sunt participes et talis participatio
committitur ix modis prout ix sunt
peccata aliena in quibus homo reus
efficitur criminis alieni et se furi
associat iuxta illud Si videbas
furem currebas cum eo peccatum enim
alienum primo committitur consenti-
endo et hoc fit quatuor modis
secundum quadruplicem consensum qui
ponitur extra de officio delegati
capitulo primo ubi dicitur facientes et
consentientes pari pena puniuntur
Primus est consensus negligentie
vel dissimulationis ut si aliquis ex
officio suo debet et potest spolia
prohibere et non cavet talis dicitur
spoliator non tamen tenetur ad
restitutionem sed debet illud cogere ut
restituat si tamen aliquod e-
molimentum propter de tali dissi-
mulatione tunc tenetur ad restitu-
tionem Secundus consensus est con-
silii et persuasionis sed distingue
Aut enim fur vel predo hoc factus

est sine consilio et sic minus pec-
cat quam faciens et sic non tenetur
restitucione aut non est factus
sic est per delictum proficientis et
consencientis digestis de furtis quod
suus et talis tenetur ad restitu-
cione Tercius consensus est co-
operacionis et sic equaliter peccat
facientes et consencientes et e-
qualiter puniuntur de gestis de fur-
tis lege vulgaris ubi dicitur Si
duo vel plures unum agnum furantur
que singuli tollere non poterant
omnes furti tenentur in solidum
Sed si unus potuisset furtum
fecisse sine aliis tunc quilibet tenetur
pro parte sibi contingenti Quartus
consensus est auctoritatis et de-
fensionis ut qui mandat furtum
fieri vel qui factum defendit et
talis plus peccat quam faciens et
tenetur ad restitucionem Quinto com-
mittitur peccatum alienum partem
capiendo ut qui inde comedunt
vel bibunt vel pro suis debitis
furtum scienter recipiunt tales
tenentur ad restitucionem partis quam
habuerint Sed diceres quid ergo
faciat uxor raptoris vel furis
potest ne comedere de rapina et
furto Ad quod dicendum quod si
maritus habeat aliquod de iusto
de illis rebus debet uxor sep-
atim expandere et victum sumere
Si vero nichil habeat nisi de
rapina vel si sit aliquid de iusto
hoc tamen ita permixtum est quod dis-
cerni non potest tunc mulier
secundum doctores non debet de rapina
nec furtum comedere vel bibere
sed aliunde sibi victum querere
vel a consanguineis vel ab amicis
vel labore manuum vel eciam queren-
do elemosinam hostiatim ut dicit
Hostiensis Si autem ita malus sit
maritus quod omnino cogat eam vivere
de rebus raptis nec possit sibi victum
aliunde querere tunc ne fame moriatur
restat ei triplex remedium quod vivat
de dote et sponsalicio Nam ut dicit
glosa in hoc casu recipere potest do-
tem et eciam constante matrimonio
Secundum remedium est ut denunciet
episcopo qui potest compellere maritum ut
pascat uxorem de iusto 2a questione
prima Si peccaverit vel committet
eam alicui persone honeste que de
honesto lucro sibi provideat extra
de pignoribus ex litteris et de dote
post divorcium restituenda per totum
Tercium remedium est quod si sit po-
sita tam in arto quod de nullo alio
possit sibi victum invenire tunc
posset vivere de rapina quia ne-
cessitas legem non habet et ideo
sic expendit dolenter sumat et
utatur parcius quantum potest ad
sublevandam solam necessitatem
et proponat firmiter restituere quam
cicius poterit quidquid inde consump-
serit semper tamen uxor tenetur viro
reddere debitum in casibus supradictis
et ceteris Est tamen sciendum quod quamvis
uxor de ove vel bove vel
alia re rapta comedi non possit
extra casum ultime necessitatis si
tamen res sit empta de rapto
inde comedi potest eciam sine casu
ultime necessitatis cuius racio est
Cum enim res empta venditur
tunc in precio vicium furti vel ra-
pine purgatur per hoc quod emens

voluntarie precium dando constulit
dum illius re vnde illud precium
licite potest quilibet ab eo recipere nec
tenetur restituere quidam tamen magni
doctores dicunt quod vxor licite potest
vti rebus illis sic permixtis dum
tamen habeat in mente quod libenter
vellet vivere de licite acquisitis si
habere posset Sexto committitur peccatum
alienum tacendo ut qui solo verbo
posset prohibere furtum vel posset de-
fendere ne alii rapiant vel ne de-
rictum paciantur et talis non solum
tenetur ad restitucionem sed etiam sunt
excomunicati Sed hoc dominus intelligit
de illis qui ex officio tenentur
talia defendere alias non vel etiam
qui de illo tacet in sinodo vel simi-
li iudicio vbi talia fore facta debet
merito publicari Septimo committitur
peccatum alienum adulando vel det-
rahendo ut si quis dicat alicui po-
tenti quod rapere sit strennuitatis vel
dicat aliquam esse dignum spolia-
cioni talis enim adulator vel de-
tractor tenetur ad restitucionem si ille
alias non fuisset factus spolium
ut patet 11a questione tercia Nemo
Sed sciendum quod triplex est adulacio
prima est attribuendo alicui bo-
num quod non habet Secunda est
ex amore nimis extollendo bonum
quod habet et vtraque est peccatum
veniale licet 2m sit grauius primo
Tercio approbando malum quod fit
et hoc est peccatum mortale ut patet
xl vi distinccione Sunt nonnulli
Octauo committitur peccatum alienum
hospicio colligendo et occultando
qui enim furem non indicat domino
ipsum consentit particeps furti est
extra de furtis qui cum fure sed

hoc intelligendum est de illo qui
furem ideo non vult prodere ut par-
ticeps fiat Nono committitur
peccatum alienum emendo ut qui emit
rapinam vel furtum sed ibi distinguere
oportet Nam ille qui emit rapi-
nam vel furtum aut intendit ge-
rere negocium alterius cuius res est ab-
lata et sic potest repetere precium quod
dedit et expensas quas circa illam
rem facit extra de re vendita do-
mini aut intendit gerere negocium
proprium puta emit ut retineat sibi
ergo emit fide mala aut bona
Si fide mala puta si sciuit aut
probabiliter credidit esse furtum Sic
emptor grauatur sex modis Primo
quia semper tenetur rem reddere
etiam si animal moriatur vel violenter
auferatur ut institutis instituta de
rebus corporalibus et incorporalibus semper
enim fur tenetur de casu fortuito
nisi in bono casu puta si non
obtulisset domino tempore et loco
congruo et ille noluisset recipere
tunc purgasset moram digestis
de condictione facienda in re fur-
tiva Secundo quia tenetur reddere
omnes fructus perceptos et qui in
eo tempore percipi poterant Tercio quia
estimanda est 2m optimum eius sta-
tum puta si res tempore vendicionis
fuisset melior quam postea digestis
de furtis et de re furtiva Quar-
to quia non potest repetere precium
quod dedit Quinto quia non potest
agere contra venditorem de precio
soluto obstat enim turpitudo sua nisi
de hoc expresse sibi caueret x
questione quinta Hoc ius Sexto
quia perdidit etiam expensas
voluntarias codice de infitiatibus

et fuit Si aut emit bona fide
puta probabilit credit rem esse
iustam / sit fides quatuor bona
sibi confert primo quia no tenet
restitue rem durante bona consci
encia Sed si sciuit postea rem
esse furtiua tenet eam restitue
et fructus existentes / sed fructus
consumptos no tenet restituere
Scdo quia potest rem alienare
et vende durante bona fide / sed
si aliquod lucru ex vendicione fur
ti consequitur illud debet restitue
domino postea vemeti de gestis
de condicione indebita hec nata
Tercio quia no tenet reddere
rem in casu fortuito durante bo
fide / si em res interim pereat
absque culpa sua in nullo tenet
responde dno Quarto quod potest
restitucione rei potest age cont
vendicoem de pcio quod dedit
dumodo res constiterit per iudiciu
Unde cautu est in talibus quod emp
tor citat dno rei qui ipm trahat
ad iudiciu et postquam emptor ci
tatus fuerit denunciat venditori
qui veniat et defendat rem ven
ditam et si tunc res ab eo emat
venditor tenet de emptione nisi
emptor fuisset absens per con
tumaciam tempore sentencie
date vel nisi per iniuriam iu
dicis sentencia lata fuisset ex
de emptione tal's vtim Si aut
extra iudiciu restituat / tunc
venditor nichilominus tenet sibi
restitue pciu in foro peniten
ciali licet per iudiciu fori ad
hoc non potest cogi / sed hoc vm
est quando emptor rem abstulit
iniuste puta in bello quod
sciebat esse iniustu Si autem
scit iustu bellum fuisse / tunc no
tenet restitue rem empta Si at
probabilit credit belliu iustu fuisse
puta quia vicini vel sapientes
hoc dicunt tunc similit bona fi
des quatuor confert sibi supradicta
Sed si postea sciuit belliu iniustu
fuisse tunc debet restitue re et
fructus existentes / no aut fructus
consumptos Est aut vna regula
notanda in omnibus supradictis noue
pctis Nam quicumque fuerit causa
cuiuslibet spolii vel alterius dapni
tenet in solidu alias no tenet
nisi de parte recepta Sed si res
illa vendita fuerit tunc non tn
tenet solue pciu pro ipsa re da
tu / sed debet solue iustu pciu rei
vno tn soluente omnes socii libe
rantur Etiam si quilibet fuisset in soli
dum obligatus et ille cui facta e
solucio debet cede accioni qui
soluit ex predictis Sequitur

Octauu preceptu est Non
falsum testimoniu dices
Ubi secundum Aug prohibetur
omne nocumentu quod est
per falsitate omnibus ledit primu
In scdo aut precepto prohibet men
dacii falsitas respectu dei prout
cadit in ipso periurio / ad cuius maio
rem euidenciam notand quod secundum
Aug hic no solu prohibet menda
ciu / sed etiam omne nocumentu alijs
quod mendaciu etiam secundum Aug
no committitur solu in verbis falsis
per verba in operibus simulatis / quia
secundum Aug mendaciu proprium se
dicere et opa xpi no facere ut habetur
[illegible] questione quinta cause [illegible]
est ostendendum quo fiat huius
mandati transgressio in verbis

mendosis Secundo quomodo fiat eius
transgressio in verbis proximo no-
civis Tertio quo fiat eius trans-
gressio in factis simulatis, et secundum
istam triplicem preceptum istud habet tripli-
cem expositionem ut videbitur in pro-
cessu Circa primum est sciendum, quod in
verbis mendosis transgreditur nove
genera hominum quorum, tria offendunt in
mendacio pernicioso, tria in officioso
tria in iocoso, quod patet Nam circa
mendacium perniciosum primo offen-
dunt illi qui contra fidei veritatem
dicunt ut qui diceret christum natum
non esse ex maria virgine et
huiusmodi Secundo offendunt illi qui per
mendacium proximi fame et hono-
rem ledunt, sicut est mendacium
false detractionis vel falsi testes
in causa criminali Ad cuius maio-
rem evidenciam est sciendum quod
omne mendacium quod in iudicio dicitur
de hiis que ad iudicium pertinent
preter iocosum est perniciosum et mor-
tale quia subvertit veritatem
iudicii quod cedit per vicium totius
communitatis ex quo patet quod sive
iudex sive testis sive reus sive
actor vel etiam procurator in iu-
dicio falsum dicant iudex quidem
falsam sententiam proferendo pro-
curator vero falsam causam defen-
dendo, istud preceptum transgrediuntur
et mortaliter peccant et tam iudex
quam testis et etiam advocatus tenentur
ad interesse illi qui iniuriam passus
est primo 2m iura falsus testis
infamis efficitur ut patet tertia
questione quinta Constitutio Et
hoc est verum si sententia lata
sit contra eum alias non, ut dicit

Johannes ibidem Sciendum est
etiam quod testis mortaliter peccat
non solum mentiendo et veritatem
negando, sed etiam veritatem occul-
tando extra de crimine falsi capitulo
primo saluitur, et qui mendacium dicit
quod intelligitur de teste in iudicio
requisito ut dicit Johannes 11a questione
iii causis Tertio circa idem offen-
dunt illi qui per mendacium ledunt
proximum in rebus exterioribus sicut
illi qui false deferunt aliqua iudici
vel tiranno vel qui falsum testimo-
nium contra aliquem in causa pecunia
deponunt ex quibus proximus dampni-
ficatur Secundo circa mendacium offici-
osum primo offendunt illi qui ex
quadam pietate mentiuntur pro con-
servanda vita proximi ut si quis
videat hominem queri ad mortem
dicat se non vidisse eum Secundo
circa hoc offendunt illi qui mentiuntur
pro conservanda hominis continencia
ut si virgine volenti deflorare
mentiatur se eam esse coniugatam
Tertio circa hoc offendunt illi qui
mentiuntur pro conservanda hominis
exteriori substantia, ut si quis vi-
dens predonem aliquem velle spoli-
are dicat parce sibi quia non
portat pecuniam Circa mendacium
etiam iocosum primo illi offendunt
qui mentiuntur pro relevando merore
et tedio sicut illi qui ludicra a-
liqua fingunt ut homines mela-
colicum exhilarent Secundo circa idem
offendunt illi qui mentiuntur pro
aliorum solatio sicut illi qui pro
cupiditate aliqua aliis compla-
cendi fingunt aliqua iocosa me-

datia ut eos ad risum provocent
Tertio ita idem offendunt illi
qui mentiuntur ex adulatione ioco-
sa sicut illi qui false commendant
homines ut ex hoc magis complaceant
Unde ad maiorem evidentiam
predictorum tria sunt per ordinem in-
quirenda primum est que et quot sunt
genera mendaciorum et quod eorum sit
mortale et quod veniale Secundum
est utrum propter deliberatione hominis
a quocumque periculo sit dicendum men-
dacium officiosum quod est veniale
Tertium est quomodo antiqui pat-
res puta Abraham et Jacob
qui videntur fuisse mentiti a men-
dacio excusantur Ad primum dicendum
quod angelus in libro de mendacio
distinguit octo genera mendaciorum
que tamen omnia comprehenduntur
sub una distinctione magistrali
que ponitur xxii questione quinta
que talis est Nam mendaciorum
aliud est perniciosum sive mali-
tatis aliud iocosum quod est le-
vitatis aliud officiosum quod est
pietatis Sub mendacio autem pernicioso
comprehenduntur prima tria genera men-
daciorum et illa sunt semper mor-
talia quod patet quia primum di-
lectioni dei contrariatur directe secundum
autem et tertium contrariantur dilectioni
proximi ut patet ex supradictis Sub
secundo autem scilicet sub iocoso continet
alia duo puta quartum et quin-
tum mendacium que de genere suo
sunt venialia licet ex circumstantia
aggravante quandoque possunt fieri
mortalia ut si quis libidinem
mentiendi sibi finem constituat
vel huiusmodi Sub tertio autem scilicet
officioso continetur sextum septimum
et octavum quod licet secundum se

sit veniale perfectis tamen qui re-
nunciaverunt pompis seculi secundum quosdam
efficitur mortale cui videtur concordare
magister sententiarum dicens illud men-
dacium quod fit pro commodo alterius
perfectis videtur esse dampnabile et
idem dicit de mendacio iocoso Et
istud non est verum proprie loquendo
secundum sententiam theologorum quia nec
perfectio status nec iteratio actus mu-
tant speciem peccati Unde illud quod
est veniale in laicis non potest esse
mortale in clerico vel in religioso
per se loquendo est forte propter scan-
dalum quod mendacio interdum annec-
titur iteratio etiam actus proprie non
facit peccatum mortale licet ad hoc dis-
ponat Et sic potest intelligi dictum
magistri sententiarum quod mendacium iocosum
vel officiosum est dampnabile per-
fectis non quidam per causam quia
causat peccatum mortale sed solum
dispositive quia iteratum disponit
ad mortale Ad secundum dicendum quod propter
liberatione hominis a quocumque pe-
riculo non est dicendum mendacium of-
ficiosum quia secundum Augustinum non sunt
facienda mala ut eveniant quecumque
bona Constat autem quod omne men-
dacium tum sit malum secundum se numquam
potest a peccato excusari Et ideo
mentes perfectorum tanto amore dent
in veritate fundari quod numquam vel
leviter mentientur pro quocumque periculo
evitando Nam secundum Augustinum in hoc
casu non est mentiendum sed veritas
prudenter celari potest sub cauta
verborum palliatione ut docet Augustinus
in libro de vera religione et in
questionibus super Genesim ubi dicitur
Cum Abraham uxorem suam
asseruit esse sororem eius veritate

pdent celac voluit n' mentiri soror em eius dici poterat q2 filia fratris erat ut ipe Abraham dicit Genesis vicesimo Ad tcd respondet Aug in libro ctra manicheos Nam sicut ipe dicit intelligend e sanctos patres dixisse illa vba no intetoe fallendi s3 figualit et pphetice Ita Abraham excusat quod dixit reuer sur cum pueris vel quia pphetice hoc dixit vel quia firmiter credidit q deus in momento resuscitaret eum sciens pmissum diuini cessari no posse quia sicut dictu e in ysaac vocabit tibi seme ut patz xxij questione 2a ca lo Abraham Jacob aute excusat dicendo se pmogenitu non est em metitus quia no dixit se genitu iure natiuitatis s3 iure emptionis et legittime comutationis Similit etiam xpus dixit Johanne esse Heliam no ppe veritate s3 virtutis imitatione ut patet xxij questione 2a queritur Et sciendu nota q in vbis pximo nostris ledut vel offendunt xij gna hom quorum pma sex ledut fratna fidelitate alia sex impugnant fratna caritate quod patet

x caritatem

Nam pmi sunt qui offendut pxim deridendo et subsanando q verei debent illud dictum pphete Subsanans subsanabit et deridens deridebit Scdi sunt qui bona dicta vel bona facta pximorum cunat diminue et ea per iudiciu temerariu pertare quod est magnum petm quia per hoc homo vsurpat sibi diuinu honorem diuinam prouidentiam quia iudex pditor soli deo conuenit q pt arbiter et cognitor secretorum quod isti temerario iudicio sibi vsurpant Tercij sunt qui falsa pdicione qnq3 sub specie amoris pxim latent credut et illi sunt similes Jude qui p osculum sub specie amoris xpm familiarit pdidit Quarti sunt qui per inuidiam et odiosam detractione fama pximi denigrat Et licet detractio sit petm oris pt excessum tame istis petis oris non comiat que sunt xij sed sub homicidio reponit ut visu est cuius ratio est quia sicut vipera vno flatu tres homies inficit et occidit ita tria homicidia spualia in vna detractone comittut quia detractor seipm et audientem et eum cui detrahit ut frequenter in mente audientis spualit occidit Quinti sunt q pximu conuiciis et impperiis pturbant et isti spualiter in facie xpi spuut et sputo vborum suorum amabilem faciem eius inficiut Sexti sunt qui per liuorem vel acrugtati pxim indebite reprehendut et omes isti ledut fratna fidelitate Alij aut sex sunt qui impugnat fratnam caritate quorum primi sunt qui pxim vbis duplicibus et furatis decipiut ptendendo amorem in facie sed gerendo liuorem in corde de quibus dicit pphta labia dolosa in corde et corde locuti sunt dolosi em cor mellitum gerit in ore s3 cor felleu abscondit in mete Scdi sunt q pxim vbis acerbis ad iracundiam puocant que quedam

vba ea mala causant in homine
primo est quia per vba rixosa pax
cordis tollit et fraterna dilectio
minorat 2m est quia tales con
sueverunt esse mente obstinati quod
nec ab aliis doctoribus volunt dign
nec pro suis effectibus reprehendi
Tercium est quod isti per mentis obsti
nationem magis per hoc in suis
defectibus insistant et plus certis
peccatorum nexibus constringuntur
quod ostendit propheta dementia
obstinata laqueus fiat illis ei
sicut vestimentum quo operitur et
sicut zona qua semper precingitur
in quo evidenter ostenditur quod tales
obstinati et peccandi consuetudine
et peccatorum nexibus plus ceteris
constringuntur Certi sunt qui in verbis
peccatis et lasciviis proximum scan
dalisant et mentis integritate
corrumpunt horum consilium sit peccatum
ostendit dominus Mt xviii vobis de
cet oculum dextrum manum et
pedem eruendos et abscidendos
propter scandalum evitandum nam
per oculum dextrum intelligitur ille
qui nos in actibus spiritualibus dirigit
per manum ille intelligitur qui nobis
in vite necessaria intendit per pedem
vero ille qui actus nostros exte
riores disponit et quilibet istorum
consultuque sit necessarius nobis ipsius
ipsius tamen amor est propter scanda
lum abscidendus Quarti sunt
inter homines discordiam seminan
tes quod peccatum inter alia omnia
dominus maxime detestatur sicut per
oppositione in concordi caritate
et cordium unitate maxime de
lectatur Unde isti reuera cristum

plus peccabant quam ille qui lancea
latus eius aperuit et etiam quam
hii qui ipsum cruci clavis affixerunt
cum ratio est quia tales eius san
guine evacuant per quem omnia
pacificavit sive que in celis sive
que in terris sunt ut dicit apostolus ad
Colocenses primo Quinti sunt qui
malis consiliis hominem ad pec
candum inducunt Sexti sunt qui
salubre consilium et cetera pietatis
opera proximo subtrahunt sicut est
non corripere delinquentes non ceda
lites non instruere ignorantes et
huiusmodi propter quod est sciendum quod in
factis simulatis offendunt xii genera
hominum quorum quatuor genera offen
dunt sub specie sanctitatis virtutis et ve
ritatis et quatuor sub specie sanctitate
iustitie et equitatis Circa primum
notandum quod primo circa hoc offendunt
indigne communicantes nam tales deo
iniuriam faciunt maiorem quam Iudas
qui xpm prodidit quod patet quia
castitas dei mentis scilicet puritate in qua
deus maxime delectatur hostibus
tradunt et ipsum deum de cordis hospi
cio turpiter eiciunt propter quod tales
per sumptione sacramenti nec in gratia
nec in virtutibus redundant sed in
peccatis obdurantur quod aperte figu
ratum est in manna celesti quod liquef
fiebat ad solem et arescebat ad
ignem in quo designatur quod inter quod
cum devotione et puritate cordis
ad sacramentum accedit in donis et
gratiis fecundantur qui vero cum
cupiditate et ardore concupiscentie
sumunt in peccatis per subtractione
gratie obdurantur Secundo circa hoc
offendunt indevote orantes quos
Isaias reprehendit dicens propter plus

hic labiis me honorat / cor autem eorum longe est a me vnde tales tepidos affectu orationis priuat et deo nauseam generant / quia orationem tepidi cordis abhominabitur Apocal 3° vtinam frigidus esses scilicet per omnis concupiscentie repressionem aut calidus scilicet per caritatis inflammationem Sed quia tepidus es incipiam te euomere ab ore meo Tertio etiam hoc offendunt nimis sibi ipsis in bonis actibus complacentes et tales vtique submerguntur naufragio proprie complacencie / et eciam hoc deo propinant non vinum conditum cum sponsa in canticis / sed vinum iratum cum iudeis Quarto etiam hoc offendunt illi qui laudem humanam et vtilitatem propriam in bonis actibus expetunt qui omnes actus virtuosos miserabiliter corrumpunt / quia nullus actus adeo virtuosus quin in viciosum degeneratur si in ipso vel in complacencia propria vel laus humana vel terrena commoditas intendatur et isti talem contumeliam deo faciunt quod arborem bone voluntatis per diuinam graciam in homine plantatam violenter euellunt et in ortum dyabolicum reponunt Circa 2m modum sub specie scilicet simulate veritatis primo offendunt illi qui ex humano timore retrahunt a libera voluntatis confessione 2m quam veritatis modum etiam ipsi discipuli antequam essent per graciam spiritus sancti confirmati a christo fugierunt / vbi beata virgo maria sola immobilis constans perstitit vnde dicit Eysheling / quod in ea sola fides ecclesie per istud triduum inconcussa remansit / cum alii discipuli in fide lapsi essent / et propter hoc

prerogatiuam promeruit / quod sicut eius filius est totius nature humane reparator / ita ipsa a tota natura feminea triplicem defectum exclusit et eam in triplici perfectione singulariter super omnes viros ineffabiliter sublimauit ut patet / Nam natura feminea est fragilis ad resistendum / mollis ad perseuerandum et proni iudicii ad consolandum ideo vulgo dicitur quod femina cito consulit / sed raro melius eligit / Hunc autem triplicem defectum beata virgo maria a natura feminea abstulit cum eam super virilem perfectionem discipulorum christi singulariter sublimauit quod patet Nam intollerantia passionis et inconstantia fidei et dilectionis ac etiam in x p precipitantia iudicii et electionis ipsos discipulos a christo electos incomparabiliter excessit / quod patet ex hoc / quia discipuli pre timore mortis fugerunt et ipsis in fide fatilentibus ipsa inconcussa perstitit et in omni casu semper melius elegit Quod euidenter patet ex hoc quia salutem humani generis passioni filii sui preelegit magis volens ipsum acerbissima morte pati / quam genus humanum non redimi Secundo offendunt etiam hoc qui sub specie zeli virtuosi alios acriter reprehendunt / cum tamen hoc multociens magis ex odio et liuore / quam ex caritate latenter procedere videatur Tertio etiam hoc offendunt qui ex amore priuato excessus aliorum excusant vel attenuant aliorum vero excessus magis quandoque aggrauant quam oportet Quarto etiam

hoc offendunt qui simulate et ficte proximorum prosperitatibus congaudent vel ficte ipsis in tribulacionibus condolent quam quidem fictionem dominus abhominabiliter detestatur Circa tercium modum sub specie simulate iusticie primo offendunt illi qui iusticiam vendunt sicut mali iudices et mali advocati qui nolunt facere iusticiam vel etiam defensare iusticiam nisi pro emolimento terreno Secundo circa hoc offendunt illi qui iusticiam dampnant sicut mali iudices qui ex odio privato non ex amore iusticie reum condempnant qui utique ex hoc reatum homicidii incurrunt vel malus advocatus qui scienter malam causam suscepit defensendam qui tenetur illi adiutor esse contra quam advocat Tercio circa hoc offendunt illi qui malis consiliis et iniquis statutis proximos ledunt et tales mortaliter peccant et tenentur restituere illis qui per talia statuta dampnificantur nam talia statuta merentur non leges sed iniuriose machinaciones dici lex enim secundum ysidorum debet esse talis que communi bono proficiat et unicuique sua iura conservet alias non dicitur lex sed pocius corruptela in hoc peccatum etiam incidunt qui religiosis et christi pauperibus detrahunt vel qui alios ab eorum beneficiis avertunt dicentes ipsas aliorum elemosinis non indigere cum magnas structuras faciant qui non advertunt cum quanta penuria et parcitate victus et vestitus hoc faciunt et quam sincero affectu dei honorem quietum statum deo famulancium in talibus intendunt Quarto circa hoc offendunt qui contra ecclesiasticam libertatem aliqua edicta scienter statuunt et hoc tribus fit modis quia ut privilegium libertatis ecclesiastice consistit in tribus primum est quod clericus verberari non possit unde qui hoc fecerit vel fieri mandaverit vel etiam facientem pro posse non prohibuit excommunicatus est ipso iure Secundum est quod clericus ad iudicium civile non possit trahi Tercium est quod clerici ad exactiones publicas non sunt obligati unde si quis statuerit quod clerici possint conveniri in iudicio civili vel etiam prohibet dicere vel iudicare quod clericus causam suam in foro ecclesiastico prosequi non posset vel quod debeant dare exactiones vel tenere vigilias pro custodia civitatis talis ipso facto sententiam canonis incidit extra de sententia excommunicationis quem ex predictis patet

Nonum preceptum est Non concupisces rem proximi tui ubi licet explicite prohibeatur concupiscencia scilicet sive cupiditas male voluntatis in conceptu rei aliene Nam superius in septimo precepto prohibuit cupiditatem operis Hic autem prohibet cupiditatem cordis Et est notandum quod hic non prohibetur concupiscencia que nascitur ex corrupcione nature vel a delectacione sensualitatis quia impossibile est quod iste concupiscencie non sint in nobis propter naturam nostram corruptam sed hic prohibetur concupiscencia et appetitus que nascitur ex consensu racionis Et hoc preceptum sic habet triplicem exposicionem Prima est Non concupisces rem proximi tui eam scilicet per avariciam appetendo seu etiam per iniusticiam obtinendo Ad cuius evidenciam intellectum est sciendum quod res aliena potest

concupisti iniuste sub triplici differentia graduali quidam enim concupiscunt aliena scientes tamen quod non potest obtinere rem concupitam fortissime consentiunt ad prosequendum concupiscentiam cum effectu et isti taliter concupiscendo peccant mortaliter et hoc in primo gradu concupiscentie mortalis Secundo quidam sunt qui aliena concupiscunt et cum conatu exteriori quia laborant pro tali re illicite obtinenda qui quamvis eam non obtineant tamen mortaliter peccant et iste est secundus gradus concupiscentie qui apparet in fure et latrone pro furto et rapinis laborantibus qui licet de facto non furentur vel rapiant tamen mortaliter peccant et gravius quam primi Tertio quidam sunt qui non solum concupiscere tenentur aliena sed etiam concupita pravis conatibus assequuntur et isti omnibus aliis gravius peccant et iste est tertius gradus concupiscentie mortalis ut patet in furibus et latronibus rem concupitam illicite obtinentibus et istis numquam remittitur peccatum nisi prius restituant ablatum ut dicit Augustinus dum tamen habeant facultatem restituendi De primo gradu concupiscentie quarta parte dicitur proverbiorum quindecimo manus in manu non erit innocens quia licet manus in manu teneatur ut scilicet quis actualiter non furetur nec rapiat sed tamen a furto et rapina abstineat non propter deum nec propter iustitiam sed propter penam quia timet suspendium talis non erit innocens immo mortaliter peccat per avaritiam rem alienam appetendo

contra divinam iustitiam Hoc quantum malum sit ostendit Augustinus in libro de arbitrio sic dicens Cum avaritia alicui dominatur subiectum malis omnibus demonstratur quia de avaritia omnia mala oriuntur ad omnia peccatorum species ex ea procedunt Et ideo bene scribitur Ecclesiastici Avaro nichil est scelestius cuius causam assignat Innocentius in de vilitate conditionis humane dicens Avarus offendit deum offendit proximum offendit seipsum nam deo detinet debitum proximo denegat necessaria sibi ipsi subtrahit oportuna nam gulam evacuat ut archam impleat corpus extenuat ut lucrum extendat et ideo avarus convincitur sibi ipsi crudelissimus deo ingratus proximo iniustus non enim proximum diligit quem media premit egestate consumit Secunda expositio est Non concupisces rem proximi tui eam scilicet iniuste hoc est ad iniustitiam appetendo et in malum finem ordinando Aliud est enim appetere aliena ad iniustitiam quod fit expositione prima Aliud appetere ad iniustitiam puta ad vanam gloriam ad luxuriam vel ad crapulam sicut dives ille fecit Luce cum epulabatur cottidie splendide et istum modum peccandi etiam gentiles philosophi tetigerunt ostendentes quod uno actu peccati possit esse multiplex difformitas sicut cum aliquis furatur ut exinde mechetur vel pompas exerceat vel crapulose vivat Et secundum hunc intellectum non solum contra istud preceptum faciunt qui aliena concupiscunt sed qui sua propria male et illicite

expendunt ut pompose voluptuo-
se et censarii et huiusmodi pro omnibus
autem aliis in hoc casu magis
peccant clerici quorum bona omnia
pauperum sunt et domus eorum omnibus
advenis debet esse communis et plus
ceteris debent in vigilancia in sus-
ceptione peregrinorum ad hospitium
ut patet 2a questione prima nam
licet clerici seculares non teneantur
omnino renunciare temporalibus quantum
ad proprietatem ad usum tamen
teneantur ea renunciare quantum
ad affectum quia non debent tam
affici circa temporalia sicut laici et hoc
designat corona in capite Nam
capitis rasio est omnium temporalium
depositio ut scribitur xxii questione
prima racio autem quare minus affici
debent ad temporalia quam laici est quia
quia sollicitudo temporalis impedit
spiritualem clerici autem dicuntur
ideo quia sunt in sorte domini
vocati et divino cultui mancipati
et ideo solum dicuntur esse dediti
contemplacioni et oracioni et ab
omni strepitu temporalium semoti Con-
cedo salvo meliori iudicio si
clerici vel monachi contra prohibi-
cionem iuris nimis se immisceret
secularibus negociis faciente et volu-
tate interim cum notabiliter impedi-
ant libertatem spiritus qua soli
deo vacare debent quia morta-
liter peccant ubi forte laici ve-
nialiter peccant quibus non est
interdictum cum secularibus negotiis
se non debent immiscere Tercia
exposicio est Non concupisces
rem proximi tui ipsam scilicet avare
retinendo vel etiam necessitatis

tempore non communicando quod nichil
aliud est facere quam res pauperum
per violenciam auferre ut patet
xxi questione prima Nam secundum
Augustinum Non solum avarus est qui
rapit aliena sed qui cupide servat
sua et ideo avarus ut dicit
Augustinus Antequam aliquid lucretur perpetuo
perdit unde scribitur xxii questione
prima non minoris est criminis habenti
tollere quam cum possis et habundas
indigentibus denegare esurientium
panis est quem tu detines nudorum
vestimentum quod recludis miserorum
calceos qui apud te vetescit
et est decretum Gregorii ex predictis
patet quod omnis cupiditas cordis
aut est in appetendo aliena contra
iusticiam ut patet in prima exposicione
vel etiam ad iusticiam ut patet in 2a
aut etiam retinendo nimis cupide
per avariciam quod contingit in ista
exposicione 3a sed hoc potest esse
dupliciter vel quia absolute reti-
net vel occupat alienum et sic
est fur vel raptor ut patet
ex supradictis aut retinet proprium
tunc autem hoc fit tempore necessitatis
quo ex precepto caritatis talia com-
municare debent et sic retinendo cupi-
ditatis consequitur homicidium sicut
supra dictum est in septimo precepto ibi
pasce fame morientem aut sic re-
tinet sua ut eo tempore opportune
distribuat et hoc contingit dupliciter
quia aut raro aut nunquam sic re-
tentum pauperibus distribuit et sic
adhuc est peccatum mortale ut patet
in divite epulone qui micas
panis lazaro negavit aut aliquando
distribuit et aliquando non et est

pctm veniale et hoc scdm maius
vel minus pro ut maior vel minor fa-
cultas est in ipo dante Sciendum e
etiam quod ipi auari non solum pedes
vel equas ad infernum properant, sed
ad hoc vehiculum curru per dominam
auariciam eis proviso, qui quidem
currus auaricie 2m Bn 2m cantica
simone xxxix vehitur quatuor ro-
tis viciorum que sunt pusillanimitas
inhumanitas contemptus dei et
oblivio mortis jumenta vero ipm
trahentia sunt tenacitas et rapacitas
et hiis duobus unus hauriga pre-
sidet scz ardor habendi, sola quidem
auaricia quia non patitur conducere
pluries uno auriga contenta est
Si aut queratur quo et qualiter
vnusquisque se habere debeat ad res
possessas hoc pulcre docet Sene-
ca in suis proverbiis dicens, ita pe-
cunie oportet imperare non servire
pecunia si ea uti scias ancilla est
si nescias domina est Et ideo ne-
cesse est aut te ipm aut pecuniam
habeas vilem Et ideo Bn dicit super
cantica simone vicesimo Si vere
tua sunt que possides expende ad
lucra et terrenis celestia commuta
si hoc non valeas, scias te pecunie
non esse dominum sed servum quo contra
de bonis et virtuosis possessoribus
dicit Gregorius in libro moraliorum scitis
viris etiam ipa rerum affluencia
honerosa est quia hoc graviter
tollerant quod festinando ad patriam
in itinere multa portant Et ideo aut
largiendo distribuunt aut desere-
do contempnunt Sciendum etiam quod p-
dicta triplex exposicio patest col-
ligi ex decreto distinctione xlvii
bonorum vbi dicitur sic bonorum
auctori inherere non possumus

nisi cupiditate que omnium malorum
radix est abscindamus et huic conctinuo
ad primam exposicionem pro secunda vero
subdit verum katholicum et papue
sacerdotem sicut nullo debet illicito
implicari sic nulla debet cupiditate
inuolari dicente scriptura post con-
cupiscencias tuas non eges, mens
enim pecunie avida nec abstinere no-
uit a vetitis nec gaudere concessis
nec pietati adhibere consensum conctinuo
vero ad terciam subdit Sed forte cupi-
dus inquit cuius iniusti facio si
tantum aliena non inuado propria
diligencius teneo, Sed o impru-
dens dic tu quando in hanc egressus
es lucem quando de ventre matris
existi quibus quesso facultatibus
ingressus es, nonne nudus in-
trasti et nudus exibis, ceterorum
ergo scias te inuadere bona cum-
tis possis prestare quod valeas
Vnde transgressores huius precepti
signatur puniuntur plaga iniustorum
quia iniuste moientes perdunt
suauitate vngenti, et sollicitu-
do possidendi temporalia non solum
impedit devocionem spiritualem
sed in corde hominis etiam suffocat
verbum dei, omnis enim oracio et
orationis devotio et etiam contem-
placionis consolacio cuditur morit
vbicunque habendi cupiditas do-
minatur ex predictis ergo patet qualiter etc.

Decimum preceptum est
Non concupisces vxorem
proximi tui, vbi
prohibetur omnis concu-
piscencia carnis sicut et in nono
precepto prohibebatur concupiscencia
oculorum ydeo aut dantur duo
precepta ad prohibendam hanc
duplicem concupiscenciam eo quod ad

eas nata corrupta maxime incli-
nat^r Nam ad concupiscenciam ocu-
lorum inclinat^r propter suam conseruatorem
in esse indiuidui Sed ad concupiscen-
ciam carnis inclinat^r propter suam
conseruacionem in esse speciei prohibe^r
etiam nichilominus Hec duplex con-
cupiscencia propter tria dampna que
facit in anima Primum est quia inficit
animam et maculat cuius racio est
quia concupiscencia carnis est
sicut aqua fluens concupiscencia
vero oculorum sicut terra arida propter
ariditatem terrene affectionis sed
sicut ex terra et aqua fit lutum
materiale ita ex hac duplici con-
cupiscencia fit lutum spirituale quo
anima sordidat^r et per consequens
fetida et displicibilis redditur
in conspectu dei in modum luti
vilissimi Secundum est quia ad mo-
dum ignis inextinguibilis animam
inflamat de quo scribit^r Job
xxxi Ignis est vsque ad consu-
macionem deuorans et non solum
animam inflamat sed etiam infla-
mando incinerat et tunc sup-
venit fervor eorum tria salutet
superbia vite que ad modum venti
etiam in animam exsufflat et
redactam in cinere ad modum
pulueris vtique quaque deportat
et ideo de impio dicit^r in psalmo
quod erit tamquam puluis Tercium est
quia vtraque ad modum sitis insa-
ciabilis animam semper cruciat vnde
iste due concupiscencie sunt due
sanguisuge clamantes affer affer
ut scribit^r in prouerbiis xxx^o Nam con-
cupiscencia oculorum dicit affer propter
diuicias concupiscencia carnis
affer propter delicias et vtriusque
istarum est insaciabilis appetitus
homo enim indanius diuiciarum et
deliciarum sitibundus et est cuius satis
protusus et ideo non est mirum si non
possit impleri vel etiam saciari Hoc
aut preceptum habet triplicem expo-
sicionem Prima Non concupisces vxorem
proximi tui id est nunquam habeas volunta-
tem violandi thorum proximi tui vnde
diligenter considerandum est quod si deus
solam voluntatem huius precepti pro-
hibet quanto ergo rigore iusticie
sue voluntate facto implentes
puniat et illos potissime qui pul-
cras castas et probas vxores habe-
tes animas suas diuina ymagine
insignitas sordidis concupiscentiis
aliarum maculant feminarum quod
prohibet xpus Math v. Cum viderit
mulierem ad concupiscendum eam id est
ut concupiscencia transeat in affectum
cordis et consensum racionis
ut etiam si facultas assit facere
disponat iam mechatus est eam
in corde suo Causa secundum iura
voluntas pro facto reputatur
Sed contra hec est quod scribit^r
distinctione lxxxij non satis est
velle sed etiam bene facere nisi pro-
cedat ex fonte bono id est ex
voluntate bona Similiter dicitur
de confessione distinctione prima
capitulo primo cogitacionis id est volunt
nemo penam paciat^r ad tollendam
ergo predictarum canonum contrarietatem
distinguendum est quia aut vo-
luntas habet facultatem operandi
et sic voluntas non reputat^r
pro facto In quo casu loquit^r
canones in contrarium obiecti aut
non habet et sic ita distinguit^r
Aut enim voluntas est mala sic
reputat^r semper pro facto et ff

est mortale pctm in voluntate mala sicut in ope cuius no tctu pctm sit in voluntate sola sicut in voluntate et ope simul et istud est verum qntu ad iudiciu divinu qd intuet cor Sed qntu ad iudiciu civile si voluntas mala sub crimib sit contenta no punit ut dicit vltim decretu Sed si voluntas pcedit ad actu vel conatu sic tm crimib maximis pncipes punit solus conatus licet machinatio no habuit effectum vnde no nig lex illud punit qui causa occidendi homines inventus fuit cum telo qua ante qui occideat de pma distinctione paralo primo in minorib tamen crimib non punit solus conatus quia no sum fur licet conatus sim furari de gestis de furtis qui furi Aut voluntas est bona et tunc illa q vult cadunt sub precepto aut sub consilio Si primo sic voluntas no reputat pro facto ut in ieiuniis et elemosinis ab eclesia indictis et hoc potissime qndo voluntas habet facultate progrediendi in opus Si autem cadit sub consilio sic distingue qr aut illa recipiunt pmiu aureole sic tunc volutas pro facto reputat ut patet de sancto Martino de quo cantat eclia o sanctissima aia qua et si gladius Aut no recipiunt pmiu aureole et sic voluntas non reputat pro facto quia no sufficit pro pmiis aureole sola voluntas continendi nisi actus continentie in ope teneat Secda expositio est Non concupisces vxorem proximi tui i no formabis tibi ymaginem de vxore

proximi tui cogitando sz qz pulcra et qua amabilis et qua graciosa Cont quod preceptu p eo dolor multi faciunt tam mlieres qz viri q volunt concupisci nc ab alys volut concupisci tamen volunt age diem festum in reliquiis nociuarum et repud cogitacionu quod tamen nimis est periculosum quia facilime ex hic pctm mortale incurit quod probat Jacobus in sua Canonica cum dicit Concupiscentia aut i interior animi delectio cu ceperit sub audi consensu racionis parit pctm sz mortale vel veniale pctm aut cu consumatu fuerit per delibeacu scilicet consensum racionis in ipam delectacione interiorem aut etiam in opus extrinsecu gnat mortem i pfectum pctm mortale et ut evidencius pateat qualit interior cogitacio vel cogitacionis delectacio sit pctm mortale vel no Sciend e zm Gregorius humana temptacio pficit ex tribus videlz suggestione delectacione et consensu Si enim suggestio inducit passione que est subditus motus animi cogitantis seu delectatis in re cogitata sic est veniale peccatu zm glosam ibidem Si aut suggestio inducat passione q zm glosam ibidem e quedam an forma vel delibeacio tunc no sentit delibeacio in tali cogitacione et sic vel no est pctm vel solu est veniale aut sentitur delectacio in cogitando et hoc contingit dupliciter quia tunc aut deliberacio racionis no consentit in delectacione et sic adhuc est veniale aut consentit et sic e

mortale siue in delectatione interioris actus consentiat siue consentiat in ipsum opus tamquam dicto est quia non solum consensus verus puta cum quis consentit in opus est peccatum mortale sed etiam interpretatiuus ut cum quis consentit in delectationem solam interiorem non autem in opus et hoc amat veritate si delectatio cadit super obiectum includens in se deformitatem ad rectam rationem Si autem quis non delectetur in delectatione turpi puta si cui placeat cogitare de specie pulchre mulieris absque alia deformitate concurrente fit consensus in talem delectationem non erit peccatum mortale sed potius veniale Et sequitur tertia expositio Non concupisces vxorem proximi tui i. non concupisce debes vxorem vel ab vxore proximi tui ut hic concupisces teneatur passiue et relatiue Et sic primo ostendendum quod istud preceptum contra gratiam homines transgrediuntur Secundo declarabitur que sint illa que potissime hominem reprehendunt a delectatione carnalis concupiscentie Tertio ostendetur que sunt illa que specialiter hominem in mentis puritate conseruant Propter primum est sciendum quod primi qui istud preceptum transgrediuntur sunt persone religiose licet sint ficte qui postquam deo se voto continentie astrixerunt adhuc delectantur in spurcitiis carnalium delectationum et isti sunt similes filiis israel qui egredientes ab egipto manna celeste fastidiebant sic et isti modo renunciantes tamquam ab egipto recedentes et per votum continentie paupertatis voluntarie ac vere obediencie promissionis assumentes adhuc in deserto positi hoc est in statu religionis constituti in quo omnia delectabilia carnis et mundi per voluntarium contemptum ipsis debent esse deserta cibaria vili egipti appetunt et cibum celicum i. suauitatem interne deuotionis fastidiunt et quamuis in se retineat omne delectamentum et omnis saporis suauitatem ut scribitur Sapientie sexto Secundi sunt virgines et femine seculares que statim cum viros inspiciunt prauis cogitationibus agitantur a quo dehortatur propheta cum dicat Beatus qui tenebit i. restringet motum et impetum illicite cogitationis et allidat paruulos suos i. primos motus carnalium cogitationum ad petram i. ad christum se exemplis christi conformando qui numquam protulit aliquem motum illicitum sensualitatis Tertii sunt qui nolunt concupiscere volunt tamen concupisci quia multe sunt tam mulieres quam virgines que ad hoc se lauant et ornant ut amabiliores fiant que non solum in plateis et in choreis immo etiam in ecclesia corda virorum vulnerant dum eis nunc colore albo nunc rubeo nunc familiari colloquio nunc manuum iectione nunc vultus compositione nunc oculorum lasciua intuitione laqueum et occasionem ruine prestant Sciendum tamen quod talis ornatus decens et politus bonis mulieribus interdici non debet dummodo fiat decenti modo et recta intentione quia quelibet mulier legittima potest bene se licite ornare ad complacentiam sui viri non autem

alicuiq alterius. cuius racio est q
sicut quilibet xpianus toto visu conari
debet ut in omnibus actibus suis
captat divina complacencia Ita mu-
lier legittima in omnibus actibus
suis conari debet captare benivo-
lenciam sui viri ut ex hoc amor
mutuus vigeatur et fides thori
integra conservetur ex quo patet
q talis ornatus multo periculosius
frequentatur in virginibus innuptis
quam in mulieribus Cuius causam as-
signat Aug ex eo q mulier
nupta conatur placere viro suo soli
cui etiam de iure complacere tenetur
Virgo aut innupta nititur passive
omnibus complacere et ideo pluri-
morum virorum animus patest suo cul-
tu et complacencia sancitate a quo
tamen retrahit Aplus dicens 2a ad
Cor vi° nemini dantes ullam offensi-
onem Item 2m nota q homo merito
debet retrahi a delectatione carnali
propter dampna superius expressa in
sexto precepto Sed preter illa sunt
inducenda hec tria dampna cuilibet
homini merito perhorrenda primum est
q carnalis delectatio privat hominem
omnium bonorum consorcio et participa-
cione Secundum est quia privat hominem
cibo divino et angelica refectione
quia excludit hominem a beatifi-
ca fruicione que secundum Aug est
tante suavitatis pulcritudinis et
delectacionis ut si in ea solum per
momentum permorari liceret merito
pro eo mille anni presentis vite pleni
deliciis contempnerentur Ex quo patet
quantum dispendium sibi ipsis faciunt
qui se pro feda et momentanea
delectatione eterna contemplacione

dei privant et ista tria dampna
pulcre sunt figurata in Nabuchodo-
donosor qui propter sua peccata a con-
sorcio hominum eiectus fuit in quo
innuitur privacio participacionis omnium
bonorum que in ecclesia militante fiunt
Item fenum ut bos comedit ecce
privacio cibi angelici et divini et
refectio bestialis et pecorina Item
conclusus fuit a regno septem
annis in quo innuitur perpetua privacio
divine visionis et consorcii beatorum
Item tercium est sciendum q tria sunt que
potissime mentis puritatem conservant
primum est fortis sensuum exteriorum
et interiorum restrictio quia ipsi sensus
exteriores sunt quasi quidam custodes
et ianitores puritatis interioris
mentis Et ideo sicut ille proditor
dicetur qui portas castri hostibus
aperiat ut ingredientes ipsum
castrum capiant et libere possideant
ita sensuum nostrorum evagacio est
tamquam quedam spiritualis prodicio
quia per hoc liber aditus fan-
tasmatibus aperitur per que castrum
dei capitur hoc est puritas mentis
corrumpitur et ideo pro dicta pu-
ritate mentis conservanda nostri
sensus sunt a necessariis evaga-
cionibus reprimendi in cuius figura
Moyses precepit populo Israel ysrelitico
ut pedes suos ponerent super
colla et cervices quinque regum
quos ceperunt innuens per hoc
q quinque sensus in multis peccati dolore
regale dominium obtinentes
sunt per iudicium racionis et
voluntatis imperium tamquam duobus
pedibus interioribus conculcandi
et viriliter restringendi Secundum

est feruens et deuota oracio / quia
illa sua virtute mentem sublimat
et sublimata subtiliat et depu-
rat et suo feruore omnem mentis
fluctuacionem desiccat / propter quod
talis mens deuota dicitur mons
mirre dicitur quia sponsus libenter
visitat et in quo sponsam suam
quodam familiari colloquio in-
terioris suauitatis inebriat iuxta
illud Canticorum Ibo michi ad
montem mirre et ibi loquar
sponse mee Tercium est passionis
Christi intima meditacio in omni
enim temptacionis pulsu mens
deuota ad modum columbe ad
Christum debet conuolare et nidificare
in foraminibus petre id est in vulneribus
Christi profundissime meditando ama-
ritudinem sue passionis et debet
residere super riuos aquarum sue
passionis amaritudinem deplorando
et interiorem mentis puritatem de-
uotissime contemplando in quibus
riuis preuideat vmbram accipitris
hoc est caueat preambula male
cogitacionis / et statim cum incipit
talibus titillari fugiat in petre fo-
ramina id est in Christi vulnera subtrahendo
se peruerse cogitacioni per deuotam
oracionem per passionis diuine feruen-
dam meditacionem et proprii corporis
rigidam castigacionem Sic enim
aqua carnalis scilicet delectacionis
mutabitur in vinum scilicet diuine con-
solacionis et interioris scilicet deuocionis
hoc est vinum quod letificat deum
et homines ut scribitur iudicum Ju-
dicum quod vinum nobis meritis
virginis marie prestare dignetur
filius eius benedictus qui cum patre
et spiritu sancto est vnus deus gloriosus
in secula seculorum Amen

Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum laudabunt
te Boetius de consolacione
Beatitudo est status omnium bo-
norum aggregacione perfectus et hic
perfecte vero tamen in patria est vnde dicitur
Beati qui habitant in domo tua etc.
Glosa omnis beatus habendo vel a-
gendo beatus est Nota ergo secundum
hanc glosam / quod beatitudo in duobus
consistit / que eciam in verbo proposito
tangitur primo in habendo cum dicit
Beati qui habitant in domo tua etc.
vero beati sunt qui habent domum illam
vbi neque luctus neque dolor neque cla-
mor Secundo in agendo cum subditur
in secula seculorum laudabunt te / agendo scilicet
gracias pro beneficiis glorie Notandum
autem quod est triplex habitacio scilicet
temporalis vite / infernalis pene / eter-
nalis glorie Prima habitacio est temporalis
vite que est in mundo que vero misera
est quia hic temptacione commoueor
ut infirmus per culpam displiceo vel
deplacencia hesito ut reus per peni-
tenciam abscondor et lateo ut ab-
iectus Nescimus enim in hac habitacione
vtrum odio an amore digni sumus
Ideo bene misera dicitur quia multis
miseriis repletur Apocalipsis viii Audi-
ui vocem vnius aquile volantis
per medium celi dicentis voce magna
ve ve ve habitantibus in terra per istam
aquilam predicator accipitur pro lim-
piditate visus in cognicione scripturarum
hic per medium celum volat cum
celestia predicat vel celesti conuersacione
habitat pro vite sanctitate voce magna
clamat habitantibus in terra id est terrenis
peccatoribus et quid clamat ve ve ve
triplex clamat ve propter terra que
sunt in mundo primo in hac habitacione
est homini infidelitas vnde dicit

Ve habitantibus in terra habitabant
enim temporibus beati Siluestri vsque ad
tempus Leonem papam fideles et iusti
in ecclesia sed heu iam ita depravata sunt
tempora hominum ut iusticia in platea c-
orruat et iniquitas resurgat tanta
enim infidelitas inuenitur generaliter iam
in omnibus ut si prelatis est dicere etiam
in principibus et quod lamentabile in
litteratis in quibusdam religiosis ut veri-
ficetur illud Ysa. Iusticia habitauit
in ea nunc autem homicide Idem
Expectaui ut faceret iudicium et iniquitas
iusticiam et ecce clamor scilicet viduarum
et orphanorum qui opprimuntur et ideo
super hanc habitatorum clamat Je-
remias Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lacrimarum et plo-
rabo Secundo Terra extenderunt lin-
guam suam quasi arcum mendacii et
non veritatis vnusquisque se a proximo
suo custodiat et in omni fratre suo
non habeat fiduciam quia o. fi. fs.
pl. sub plati et omnis amicus frau-
dulenter incedit Docuerunt linguas
suas loqui mendacium Secundo habitatio
tua in medio doli Noli ergo mi-
tti flere quia si haberes mille
oculos non posses ad plenum deflere
infidelitatem iniusticiam et dolum
mundi Secundo in hac habitatione est
demonum crudelitas qui nocte et
die nos infestant Vnde Aquila [illegible]
dicit Ve habitantibus in terra Crudelius de
isto dicam sive enim comedam sive
bibam sive dormiam semper michi
bella incumbunt a demonibus Ve michi
ergo in hac habitatione quia co-
habitatores mei demones sunt
Eze. iii° Subuersores sunt tecum et
cum scorpionibus habitas similes

enim sunt demones scorpionibus
qui ante se blande ostendunt et
aculeis posteriorum vulnerant et fi-
gunt Cauete ergo quia multos
et fortissimos seduxerunt vide quot
multi religiosi cadunt Durus enim
est fructus eorum licet non videatur
lamentatores Jeremie et dicunt Migra-
uit Iuda propter afflictionem et mul-
titudinem seruitutis habitauit inter
gentes intellige i. demones nec
inuenit requiem Audi o peccator
qualis est requies tua si inter de-
mones habitas cum etiam inquie-
tissimi sint Glosa Migrauit
Iuda etc. [illegible] qui leue iugum
domini fugeant dura afflictione
diu puniuntur et libertatem in Christo
vilipendebant afflictione seruitutis
merito laborant seruitutis Glosa
Tertio in habitatione est vite bre-
uitas hec enim habitatio transibit
Joh. mundus transibit et concupiscencia
eius vnde tamen ve aquila cla-
mat propter mortem imminentem que est
incertissima Sap. Nescit homo
finem suum que est amarissima
Ecclesiastici O mors quam amara est me-
moria tua quia tamen moriens nichil
secum defert sed relinquet alienis
diuicias suas et sepulcra illorum
domus eorum ut qui hic habuit
terre latitudinem tunc sepulcri an-
gustiam possideat Ysa. Coangustatum
est stratum ita ut alter decidat
i. anima vel Christus ad hoc deveniet
tue diuicie tua gloria tua pote-
ncia vt vii longitudinis et iiii^or
latitudinis tibi vix domus se-
pulcri detur Je. venit filius tuus
pedalis possessionis tue quan-

dicat ita possidebis regnum tuum quod
nec passus pedis de terra remane-
bit tibi miseria ergo haec est habitatio
quia miserabiliter delinquitur Ysa. v.
ve qui coniungitis domum ad domum et
agrum agro copulatis usque ad ter-
minum loci numquid habitabitis
vos soli in medio terre / Sequitur nisi
domus multe deserte fuerint gran-
des et absque habitatore (et domus
Ysa. vi donec desolentur civitates absque habitatore)
sine et terra relinquetur deserta & ceter
Bene ergo clamat aquila ter ve
ve ve habitantibus propter hec tria genera
habitationis Secunda habitatio est
jehennalis pene id est in inferno heu
quis ibi habitare poterit eternaliter
cum in igne temporali nemo possit
habitare hora minima Ysa. xxxiii
Quis habitabit ex vobis cum
ardoribus sempiternis et cetera fugite
omnes fideles hanc habitationem
quia penalissima est Za. ii. o o
o fugite de terra aquilonis / o syon
fuge que habitas iuxta filiam
Babilonis / glosa / trina vociacio
crebra admonitio o dicit tripliciter
que est vocalis doloris quia doloribus
plena et hoc triplicat quare po-
nit terra o. hec in terra aquilonis
sunt primo o in terra aquilonis
propter gratie sive misericordie defler-
tibilitate Numquam enim aliqua stilla
gratie dei in aliqua consolatione
aquilone perveniat Prover. xxv ven-
tus aquilonis dissipat pluvias
omnis gratie et consolationis ut pos-
sit dicere Consolatio abscondita est
ab oculis meis quia ipse inter f-
d. divisus enim sum a fratribus me-
is primo heu a fratre meo ihesu
christo et per consequens ab omnibus
fratribus meis id est beatis in celo et
quod dicta heu illud Job dimitte
ut p. d. m. non paulum sed multum
et eternis antequam vadam et cetera Secundo
in terra aquilonis propter tortorum seve-
ritatem Jere. vi. Ecce populus venit de
terra aquilonis et gens magna
crudelis est et non miserebitur audi-
vimus famam eius dissolute sunt manus
nostre Audi peccator si dissolvuntur manus
solum de ipsius fama quid tunc
erit de ipsorum tortorum pena quam erit
in inferno flagella cedentium
horrenda visio demonum quorum facies
combuste vultus eorum Tercio in terra
aquilonis propter pene eternitatem / quia
vermis eorum non moritur et ignis
non extinguetur Jeremie xlvi Dies
domini dei dies ultionis ut sumat
vindictam de inimicis suis Devorabit
gladius et saturabitur et inebriabitur
sanguine eorum victima enim domini
dei in terra aquilonis frustra multi-
plicasti medicinas sanitas non erit
tibi ecce eternitas pene Jere. insana-
bilis fractura tua pessima plaga
tua / bene ergo dicit / Secundo o o o
fugite de terra aquilonis ter dico
hanc vocalem doloris o propter tria sup-
ra iam dicta Tercia habitatio est e-
ternalis glorie unde in proposito beati
qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te
In hac habitatione tanta gaudia
sunt quod indicibilia sunt Ysa. ocu-
lus non vidit deus absque te que
preparasti ex. s. ap. Quod oculus non
vidit nota tamen ea que ipsa pe-
brevissime invenies primum societas
delectabilis que erit cum angelis et
beatis spiritibus ecce quam bonum et quam iocundum
habitare fratres in unum Dicitur ad fratres
de illa unitate qua in unum

XVI

habitabunt ibi dicit enim angelorum
hominum unum erit gaudium unum collo-
quium etc. Secundum requies in pulchritudine
que etiam erit in ibi ysa. Sedebit
populus in pulchritudine pacis in tabernaculis fidu-
cie in requie opulenta pro domine
quibus habitabit in terra tuo d. q. etc. etc.
Hec requies mea in seculum seculi. Ter-
cium fruicio infastidibilis Cum fuer-
imus deo ad voluptatem ysa xxxiij
Respice syon civitatem ha. oculi enim
tui videbunt jerusalem habitacionem opulen-
tam tabernaculum quod nequaquam
transferri poterit solummodo ibi mag-
nificus dominus deus vir locus fluviorum
rivulatissimi et patentes expone
Hec omnia spiritualiter et anagogice. Ro-
gemus sanctam trinitatem Amen

Non est hic aliud nisi domus
dei et porta celi Jacob pa-
triarcha istud verbum dixit
Et hodie in dedicatione cantatur
Nota historia cum vidit portam
celi appertam et deum innixum scale
portam habent si quis intraverit sal-
vabitur Notandum autem quod sunt xij
porte quas transibimus si salvari
volumus Respice in dominica Ego sum
hostium etc.

Sapiencia edificavit sibi domum
excidit columpnas vij paravit
mensam misit nuncios et
ait venite comedite panem meum
et bibite vinum quod miscui vobis
Sapiencia hec filius dei qui hanc
domum vel ecclesiam sibi edificavit
quam vij columpnis i. vij sacramentis
sustentavit in qua convivium explex
paravit ad quod omnes invitavit
maxime ad convivium glorie et mit-
tit septem nuncios ut veniamus ibi

si audiemus dampnabemus etc.

Homo quidam fecit cenam
magnam homo iste christus est
qui hodie in hac domo cenam
fecit i. corpus suum consecratum in
cibum omnibus hic hodie manentibus
tribuit sacramentabiliter vel ad minus
spiritualiter hodie in sancta missa dedi-
cationis parata est unde hodie ali-
qua de missa considerare debetis
in qua deus pater honoratur passio
filij commemoratur tota ecclesia adiu-
vatur requiem in dominica xxxv erant
publicani et pharisei etc.

Vidi civitatem sanctam jerusalem
novam etc. tres ut supra
dictum est sunt civitates
scilicet mundi inferni et celi de prima
que est mundi nota quod civitas mundi
infatuatur subtiliter edificatur nequiter
consumatur miserabiliter De ultio
qualiter consumatur requiem in do-
minica xlj vi. ci. f. etc. Sequitur

Non vult sicire (?) sacer
quis ieiunus patiatur

Sermo de natiuite xpi &c

Cum esset desponsata
mater ihu maria Joseph
Et nos videmus quod quelibet
natio habet consuetudinem
describere generationem et modum et tempus
et conditiones natiuitatis principum suorum
sicut in Cronicis persarum et medorum
legitur de generatione Ciri qui fuit
primus Monarcha Nam Astiages
rex persarum habebat filiam nuptam
cuidam ex Baronibus suis qui plures
compniebat se videre quod de ventre
suo exiebat quedam vitis que con-
piebat quasi totum mundum Et hoc
audiens Astiages dubitabat ne
ex ipsa nasceretur qui tolleret sibi regnum
Et ideo tradidit eam cuidam viro
vniusalis conditionis qui concepit
et peperit puerum masculum Et tradidit
eum Astiages quibusdam militibus
vt occiderent eum prestito iuramento
in nemore Sed ipsi cum essent
in deserto mittere manum in sanguinem
eius timuerunt et reliquerunt eum
in deserto ut a lupis comederetur
Contigit est autem quod canicula pastoris
ibat omni die bis ad puerum et
illum lactabat Et vna dierum
pastor cum sequeretur caniclam inuenit
puerum ad vbera eius et admiratus
suscepit eum et adoptauit sibi
in filium vocauit quod eum cognomine
proprio quod est canis latrum Sed in
processu temporis vocatus est Cyrus
i heres puer ille creuit in tantum
virtutibus quod fuit non tantum persarum
sicut Astiages avus suus sed etiam
fuit rex persarum et Medorum
et imperator Caldeorum et Siriorum
legimus in Cronicis Romanorum genera-
tionem et modum et conditionem natiuitatis
Julii cesaris qui fuit primus monar-
cha Romanorum et latinorum Fuit
etiam nominatus cesar quia cesso ve-
tre matris iam natus est Et ideo
notabile fuit quod Matheus ewangelista
notarius publicus xpianorum descri-
bens generationem et modum et condi-
tionem natiuitatis xpi qui est imperator
non solum regni terrestris sed etiam cele-
stis Nam ipse est rex regum et
dominus dominantium Fuit ergo generatio
xpi mirabilis super totum cursum naturalis
facultatis Jeremie xxxi Nouum fa-
ciat dominus super terram femina circumdabit
virum &c Fuit etiam generatio xpi
inestimabilis vtilitatis quia ipse venit
ut saluet populum suum a peccatis eorum
Fuit etiam generatio xpi inenarrabilis
dignitatis quia naturam diuinam habet
eternaliter in celis a patre sine ma-
tre in vnitate eiusdem met diuinitatis
naturam humanam habet in terris
matrem sine patre per assumptionem
vere humilitatis Et querebat ysaias liii
Generationem eius quis enarrabit Et
ideo sanctus ewangelista Matheus sufficienter
describit generationem ipsius xpi Generatio
xpi sic erat Cum desponsata esset
maria mater eius scilicet xpi Joseph
scilicet sponso suo inuenta est maria
in vtero habens antequam conuenirent
i antequam maria et Joseph carnaliter
coniungerentur inuenta antequam fuit habens
in vtero de spiritu sancto Hoc fuit in signum
Illud enim quod in generatione hominum a-
liorum fit per virtutem seminis decisi de
patre in matricem matris recepti
Conceptum fuit in beata virgine virtute
spiritus sancti quia virtute spiritus sancti
fuit corpus xpi de purissimo san-
guine beatissime virginis in instanti for-
matum et in eodem instanti animatum
et in eodem omnino a verbo assumptum
Nota tria signa possunt colligi

ex dictis . n. aliud pthorp de mulie
pgnate pmu signu est ad cogno-
scendu utrum concepit Scdm signu est
utrum viuu fetum concepit Tertium
signu quale fetu utrum masculum
Unde signu mi alia ad cognoscend
cum mlier concepit in utero est quia
pdit lac pum fetu ita cum si habeat
lac statim pdit illud sic simile signu
cum fidelis xpiang mentalit concepit
est qndo pdit lac terene voluptatis
sicut dt Augus gustato spu desipit
omis caro Ecce quare mlier pdit
lac qndo concepit est quia mateia
que conuertebat in lac conuertitur
in fetum et nutrimentu eius sic
etiam qndo quis xpm mete con-
cipit totum quod prius conuertebat
in lac voluptatis terene conuertitur
in xpm distribuendo bona temporalia
paupibus xpi quos ipse dereliquit in
psona sua dicens mt xxv quod
uni ex minimis meis fecistis michi
fecistis Omis ergo qui vult xpm
mente cocipe debet a se abicere
lac tpalium voluptatum proprietatum
terene voluptatis Legimus Exodi
et ubi legi cum ille sctissimus puer
Moyses noluit suge dum infan-
tulus esset lac mlieris egiptie sed
qndo mater sua appropinquat sibi
ubera incepit suge Sic sancti vi
concipientes xpm de spu scto noluit
suge Egiptie lac proprietatis mdane
sed lac matris sue scilicet matris scte
eclie de quo quide lacte dicebat
Aplus i Cor v. Tamquam paruulis
in xpo lac potum dedi vobis no
escam et tunc statim suscipiunt
tale lac Scdo est aliud signu
ad cognoscend qndo mlier concepit
fetum viuu scilicet qndo fetus auget
et augmentat et vent mulieris
intumescat Contingit enim quandoque
sicut dicit Arestoteles quandoque mulier co-
cipit frustum carnis que quidem
caro induratur sed no augmentatur et
exceptum est ut dt Arestoteles in libro
de aialibus cum mlier queda fuit que
tenuit quoddam frustu carnis in
ventre nec poterat pare per tres
annos Sed tand pepit frustum
carnis durissimum sicut lapis Sic etia
signu est qndo quis concipit in
mete fetum viuu scilicet xpm quia
tunc mens eius crescit de virtute
in vtute et augetur et augmentatur
augmento caritatis et gre sicut di-
cebat Joh bapt qui dilexit xpm
ideo oportet eum cresce sed quida
sunt qui concipiunt fetum mortuu
scilicet diabolum et pcta de quo dt pŝ
Concepit dolorem et pepit iniquitate
et tales no augentur sed diminuunt
propter pctm quia sacius minuitur
ille qui fit minor quam michil Nunc
sunt omes illi qui pctm conci-
piunt filii fiui pcti quod e michil
sicut dt Augus sup illud Joh primo
sine ipo fctm est michil i. pctm
et ctum est cum filius minor est dno
suo Et ita omis pctor fit minor
quam michil cui facit se filium tales sic
concipiunt pctm pariunt carne duris-
simam sicut lapis qui ad lutum
pitur quia pariunt obsti-
nacia pcti carnalis quia cor e
ore obstinatur in malo quod pre ea
pitur ad infernu Sed illi qui
xpm mete concipiunt pariunt opa
bonu quod ponitur i regno celesti

huius figuram habemus primo Regum primo ubi dicitur capitulo illa sanctissima mulier Anna dum devote oraret dominum in templo quia sterilis erat, fecit secundum dominus misericordiam et dedit sibi fructum ventris et concepit filium et peperit scilicet sanctissimum Samuelem prophetam qui postea servivit domino in templo et iudicavit totum populum Israhel / sic et illi qui devote orant ad deum concipiunt mentaliter opera sancta que representantur et ponuntur in templo dei quia ipsi per opera sua sancta collocantur in templo celesti et ibi iudicant cum dei filio populum Israhel Mathei xxv vos qui secuti estis me sedebitis Tercium signum est ad cognoscendum quod mulier concepit masculum quia sicut dicitur si subito vocetur ab aliquo quando pregnans est si concepit masculum statim et integraliter movebit primo dextrum pedem nisi studiose vellet oppositum facere Sic etiam quando quis mente concepit christum et opus perfectum, tunc concepit filium masculum et non feminam Et huius signum quando quis perfecte est iam christo coniunctus, quia a quocumque vocatur sive in tribulationibus sive in consolationibus semper primo et regulariter movet pedem dextrum i affectione dextram, et secundum debitum ordinem rationis, quia numquam ad sinistrum deviando, sed semper quod rectum et iustum est faciendo / cui dictum est in psalmo Iustitia plena est dextera tua Ratio autem quare mulier dum habet in utero masculum movet primo pedem dextrum quia dicit Avicenna habundantia sanguinis et caloris naturalis quo puer masculus plus habundat quam puella virtute cuius quidem sanguis pars dextra fit ad motum aptior quia motus incipit a dextra in sinistram Similiter ille in quibus habundat calor caritatis spiritus sancti et sanguinis devocionis passionis christi sunt parati et prompti ad motum, ut etiam prompte recedit de hoc mundo ad vitam eternam quod modo dicebat Apostolus paulus Cupio dissolui esse cum christo / Figuram habemus in veteri testamento dicitur enim Levitici viii capitulo Moyses quando consecravit Aaron et filios suos domino, intinxit digitum in sanguine vituli auricule dextre Aaron et filiorum eius et extremitatem pollicis manus dextre, per auriculam intelligitur promptitudo ad audiendum verbum domini per manum vero operatio per extremitatem prevenientia per partem dextram intelligitur rectitudo operationis in manibus, per sanguinem vituli intelligitur sanguinis et memoria passionis christi / sic ergo sancti viri qui sunt a domino consecrati et Aaron et filii eius habent memoriam passionis christi et sanguinis eius usque in fine vite in aure dextra sane intelligendo et sentiendo Ioseph autem vir eius cum esset iustus hic ponit evangelium spiritus Ioseph cognationem dubitabilem Emisso enim voto de christi virginitate servanda ex utraque parte de communi consensu, tunc venit angelus Gabriel ad virginem cum adhuc esset in Nazareth ignorante tamen Ioseph et impregnata est de spiritu sancto ut patet Luce primo Et statim cum Maria esset impregnata iuit de licentia Ioseph ad cognatam suam Elizabeth ut ei pregnanti serviret et nativitatem

filii sui precursoris domum videt et
mansit ibi tribus mensibus usque ad
nativitatem Johannis baptiste Xpa autem
redeundo de domo Elizabeth tunc
percepit Joseph eam esse gravidam et
ex hoc vehementer suspiratus fuit Joseph
propter longam marie absentiam cum
tanta perfectione cognovit Joseph in vir-
gine maria quod sibi videbatur penitus
impossibile sicut dicit Crisostomus quod maria
peccasset tunc fuit totus anxius et
ideo cum iustus esset nec vellet famam
suam denigrare deliberavit eam non
reducere amplius in domum suam nisi
prius certificaretur de negotio hoc enim
faciebat solum ut salvaret honorem
suum et innocentiam suam Et hoc est
quod dicitur Joseph autem vir eius cum
esset iustus et non vellet eam traducere
volens occulte dimittere eam Ratio
huius erat quia Joseph non erat certus
de crimine et ideo voluit dimittere
eam ut si postea fuisset deprehensa
non fuisset ipsi Joseph sancta nota quia
tunc potuisset dixisse Joseph nichil
ad me quia eam a principio compre-
hendi non esse bone indolis et ob
hoc eam dimisi Item propter aliud voluit
dimittere eam quia ex quo dubius
erat cogitabat intra se Si ego teneo
ero eam eius fautor criminis Et ideo
volebat occulte dimittere eam Et
ratio erat quia si in publico dimi-
sisset et repudiasset eam nescivis-
set aliquam causam assignare a que-
rentibus sibi eam ideo cogitavit eam
occulte dimittere Sed occurrit dubium
quare virgo maria non indicavit sibi
rei veritatem et eventum et divinum
secretum Dicendum quod talia que exce-
dunt facultatem humane inquisitionis
non sunt revelanda nisi quantum
se extendit divina voluntas et ideo
beata virgo tacuit habens pro firmo
quod sicut illud divinum secretum misterium
revelatum est sancte Elizabeth licet
primo sit revelatum Joseph tempore
suo congruo quando deo placeret et hec
autem eo cogitante ut dimitteret
mariam apparuit sibi angelus et
creditur quod angelus ille fuit gabriel
qui missus fuit ad virginem gloriosam
in civitate Nazareth annuncians
conceptionem filii filii sui de spiritu
sancto Apparuit autem angelus ipsi Jo-
seph in sompnis eo scilicet dormiente
dicens sibi Joseph fili David Ideo
facit memoriam de David quia Joseph
vir marie de qua natus est cristus
fuit filius David Noli timere ma-
riam accipere coniugem tuam Non quidem
ad carnalis copule commixtionem sed
quo ad habitationem et obsequium
et devotam ministrationem et subdit
causam quare non debet timere quia
dicit Non timeas de adulterio
Quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est scilicet non virili semine
sed mistico spiramine Est tamen ad-
tendendum quod Conceptio Xpi attri-
buitur spiritui sancto et tamen istam con-
ceptionem in genere operata est tota
trinitas quia dicit Augustinus Indivisa
sunt opera trinitatis tamen quia spiritui
sancto appropriatur caritas clementia et
bonitas et pater celestis propter
nimiam caritatem qua dilexit nos
misit unigenitum filium eius in
mundum ideo incarnatio Xpi et con-
ceptio virginis in utero appropriatur
spiritui sancto cuius tota trinitas
operata fuerit eam pariet tibi

filiu .i. ad tuã custodiam vel tibi deputatiue quia iudei putabant eum esse filium tuum Et vocabis nomẽ eius ihesus .i. saluatorẽ ipe em̃ saluum faciet p̃p̃lm̃ suũ a peccatis eorum Nota q̃ hoc nomen yesus est nomẽ magni misterij et significatonis et patet ex multis p̃mo quidẽ ex litteris ex quibus componit̃ habet em̃ q̃nq̃ lr̃as concordit̃ ad q̃nq̃ stigmata xp̃i et ille q̃nq̃ v̓ba de quibus dicebat ap̃lus q̃nq̃ v̓ba volo loqui Na p̃ma littera eius est J crucia ipe est rotunditas mericiũ Scda est E quia ipe est et̃nitas vivenciũ Tercia littera est S q̃ est sanitas languenciũ Quarta lr̃a est v. quia ipe est vbertas egenciũ Quinta lr̃a est S quia ipe est satietas esurienciũ possunt faciliter omnia pbari p sacra scripturã v̓biq̃ [illegible] De primo patet q̃ tres ex eis sunt vocales sc̃ J E et v ad hoc significãd quia in yesu sunt realit̃ et v̓e potēcia patris sapiencia filij et clemencia sp̃us sc̃i Due aut̃ reliqua sunt consonantes ad ostedendũ q̃ in ih̃u sunt due partiales nat̃e consonantes diuine natur̃ Nam in ih̃u est anima racionalis que consonat et conformatur voluntati diuine et est nat̃a corporalis que consonat rationi sicut em̃ ipe dicebat pat̃ no sicut ego volo sed sicut tu Etiã patet q̃ hoc nomẽ ihesus casum habet nominatiuum quia nominatũ fuit nomẽ eius ab angelo luce ij^o Etiam patet quia habet casũ genitiuum q̃

maria v̓go glosa genuit eum pepit filium suũ p̃mogenitũ habet etiam casũ datiuum quia datus fuit et oblatus in templo habet etiam casum actm̃ quia accusatus fuit pilato ac si fuisset maxime maleficus habet etiã casũ vocatiuum et hoc monstrabit in die nouissimo quia vocabit ad se iustos venite bndicti habet etiã casũ ablatiuum et hoc ipe mostrabit quando auferat et dicet et diuidet a se impios dicens ite maledicti Considera vlterius q̃ illud nomẽ impositum fuit ab angelo p̃t̃ rationẽ nominis in toto veteri testamẽto Non em̃ invenio nisi quatuor nomina que p̃dicta sunt ab angelo sc̃ ysmahel Gene xvi p̃t̃ nomẽ ysaac Gen xvij p̃t̃ nomẽ Sampsonis Iudicum xiij^o Et nomẽ Josue 3° Regum xiij^o Et in istis quatuor nomina p̃dicta sunt ab angelo figurat̃ xp̃us et fideles viri xp̃ianorũ primo quidem ysmahel quãtũ ad aliud figurabat xp̃m Na ysmahel interpretat̃ assumens auditionem dei et xp̃us assumpsit auditionẽ dei dicens Domine audiui auditũ tuũ et timui sc̃ timorẽ filiali q̃ factus est patri obediens vsq̃ ad mortem mortẽ aut̃ crucis Ad Epheij^o Et eodẽ modo sc̃i viri dicunt̃ ysmahel quando sumunt auditionẽ dei obedientes eius preceptis et consilijs figurat̃ etiã ysmahel xp̃m et deuotos suos q̃ quando fuit a Sara eiectus ysmahel et mater sua Agar et erat cũ ipo in deserto no dereliquit eũ angelus sed cum q̃ ysmahel deficeret apparuit matri sue angelus

et mostrauit sibi fontem et libe-
ratus fuit puer Sic etiam xpus
cum eiectus esset a synagoga iude-
orum ipse et maria mater eius qui
in hora mortis sue querebant inter-
ficere ihm et despiciebant mariam
matrem eius apparuit sibi angelus
in deserto quasi medi et confortauit luce
xxij Sic etiam scti viri confor-
tant ab angelo quando sunt in so-
litudine penitencie et appellatur aues
silvestres que morant in deserto
longe habent pulcriores pennas
quam domestice Sic etiam sancti viri
qui sunt aues per contemplacionem
habent pulcriores et nitidiores
pennas contemplacionis qui morat
solitarij et in deserto pnie quam quando
discurrunt inter homines pessimum
enim signum est quando leo exit de silua
vel de deserto et appropinquat ciuitates
quia signum est quod senuit et debili-
tatus est quam diu enim leo est iuuenis
numquam versatur prope habitaciones hominum
sed querit predam suam in deserto Sed
quando antiquatur et debilitatur tunc
conuersatur prope habitaciones hominum et in-
vadit homines et deuorat eos et
ob hoc in regionibus vbi sunt leones
suspendunt super arbores propinquas ci-
uitatibus ad hoc ut perterreant et
appropinquare timeant Similiter pes-
simum signum est quando illi qui mo-
rant in deserto pnie exeunt sollicitu-
dine et veniunt ad habitaciones hominum
quia signum est quod recedunt a sua
fortitudine et constancia in bono et
debilitati sunt Et cum tales ve-
niunt ad habitaciones hominum deuotat
deuorant alios per pessima exem-
pla quia dum alij videntes eos
recessisse a deserto penitencie et

certe praua opera exhiuit statim in
consequencia dicentes Ecce tales
sic faciunt et nos multo magis possumus
facere et ob hoc debemus habitare in
deserto pnie et solitudine quia sicut
angelus apparuit ysmaheli et ma-
tri eius quando erant in deserto sic ei
apparebit xpus quando solus ascendet
in montem ut sic etiam apparebit
nobis interius confortans nos quando
inhabitauerimus solitarij in deserto
pnie Osee 2o Ducam eam scilicet animam
sicut in solitudinem et ibi loquar ad
cor eius Secundo figuratur xpus et de-
voti eius in ysaac Nam inter omnes
sanctos patres ysaac expressius xpm
signat quod quantum ad passionem
eius tercia quando Abraham voluit
offerre filium suum ysaac vnigenitum
super montem moria dicitur fuit in eodem
loco vbi postea templum Gene xxij
Si ergo aspicimus ad locum vbi
ysaac fuit positus super aram ut im-
molaretur domino sic expresse xpm
figuauit quia xpus dicitur super
eundem montem crucifixus est Si etiam
aspicimus ad consorcium etiam xpm
expresse figurauit Nam ysaac cum
ibat ut immolaretur habebat secum
patrem suum et duos iuuenes et
vnum asinum tamen iuuenes et
asinus non ascenderunt cum eo ipso
ad montem sed pater numquam dereliquit
eum sed ibat ut immolaret ipsum
Sic xpus habuit secum patrem suum
qui numquam dereliquit eum et habuit
secum iuuenes duos scilicet aplos et
discipulos et aliquos perfectos ge-
tiles Nam quando xpus intrauit
in ierusalem tunc erant discipuli et
apli erant etiam secum multi

proseliti et gentiles qui videbant
xpi mirabilia incipiebant credere
in xpm / habebat etiam secum asinum
quem ipse equitauit / tamen quando
venit hora ascendendi montem ut
crucifigeretur ibi tunc non ascenderunt
secum iuuenes / scilicet apostoli et discipuli
et alij proseliti / sed eo relicto om
nes fugierunt / nec etiam ascendit
secum asinus / quia remansit in por
ta ierusalem / xpc autem ascendit in mon
tem suis pedibus / tamen pater suus
non dereliquit eum / quia pater
met semper secum erat et ipsemet
iusserat eum ymolari pro huma
no genere / dicunt iudei / quod est satis pro
babile quod quando Abraham voluit
filium suum ymolare / tunc quando
ambo soli erant in monte / cum
iam dixisset ysaac pater mi ubi
victima holocausti / tunc Abraham
dixit sibi totum quod voluntas dei
erat / quod ipse ymolaretur Et tunc
ysaac liberaliter se obtulit et ad
preceptum dei volebat ymolari
et hoc probant iudei / quia quando
Abraham voluit ymolare filium
tunc erat xv annorum et iam Abra
ham erat antiquus et non est
verisimile quia ipse potuisset eum
violenter ligare et ponere super struem
lignorum / quia satis debilis erat
Abraham / et puer iam erat fortis
et robustus Et ex hoc magis figurat
xpm quia pater misit eum ut
crucifigeretur pro salute hominum / et ipse
voluntarie se obtulit in ara crucis
et se voluntarie ligare permisit
et poni super struem lignorum
scilicet super crucem in qua erant multa
ligna / quia ligna quatuor fuerunt

fuerunt in cruce xpi iuxta illud In cruce
sunt palma cedrus cypressus oliua
Et alibi pes cedrus stipes cipressus
oliua tabula fit tituli brachia pal
ma dedit Iterum secundum apparentiam quo
ysaac fuit ductus ad ymolacionem
sic etiam figurat xpm Nam ysaac
portauit ligna in quibus fuit positus
ut ymolaretur super humeros suos
Sic etiam xpc baiulauit et por
tauit crucem in qua ipse fuit positus
Item ysaac portabat ignem et gla
dium in manu Sic etiam xpus por
tauit in manu gladium separandi
nos a diabolo et a carne et a
mundo vnde non veni pacem mittere
sed gladium Item portauit ignem
caritatis sancti spiritus vnde ignem veni
mittere in terram Iterum secundum apparentiam
ad sacrificium sicut ysaac xpm figurat
Nam Abraham credidit se ymo
lare filium scilicet ysaac / sed non ymolat
sed arietem Sic iudei crediderunt
xpm totaliter occidere / sed ipsi ymo
lauerunt solum arietem / quia ymolauerunt
xpm racione humanitatis / sed diui
nitas eius penitus fuit illesa Et
notabiliter aries xpm racione hu
militatis figurauit Tercio aries quando
perforatur eius cornu / tunc mansuetus
fit et fit humilis Sic iudei quando
perforauerunt caput xpi cum corona
tunc xpc fiebat magis mansuetus
et ymolatus est Aries enim dicitur
ab ares quod est fortitudo et xpc
est dei virtus et dei sapientia
fideles enim xpiani quando vna cum
xpo vadunt ut ymolentur deo
ducunt in sua societate suum
patrem Abraham / scilicet patrem
celestem sed dimittunt iuuenes

i. iuuenes passiones legitur 3o Reg.
xii c. Roboam filius Salomonis
perdidit regnum quia credidit consilio
iuuenum Sic etiam homines perdunt
regnum vite eterne quando credunt con-
silio persuasionum iuuenum et iuuena-
lium viciorum. Item dimittunt asinum
i. timorem assumendi penitentiam
Asinus enim multum timet transire
per ponte et libencius transit per
lutum sic multi sunt qui timent
transire per ponte penitentie et libe-
tius transeunt per lutum peccati Sed
fideles xpiani talium consortium di-
mittunt et associant se cum Abra-
ham patre celesti et portat secum
gladium diuine predicationis et ignem
diuine caritatis et dilectionis Item
tercio xpc figuratur per Sampsonem
Nam Sampson interpretatur sol et xpc
est sol omnium xpianorum vnde ps
Sol iusticie xpc deus noster. Et racio-
nabiliter xpc dictus est sol quia
sol antequam nascatur est et tunc
dicitur nasci quando primo incipit ap-
parere Sic etiam xpc incepit esse
dei filius ab eterno fuit et est
semper. Michee iiiio Egressus eius
ab inicio et ab eternitate Item
vita solis precedit auroram et cum
aurora nascatur a sole vnde auro-
ra est quasi mater solis et filia Sic
et beatissima mater virgo maria
mater fuit xpi racione huma-
nitatis sed filia racione diuinitatis
ps Homo natus est in ea et ipse
filius erat altissimus Iterum nati-
uitas sampsonis et nomen ipsius
nunciabatur per angelum Iudicum
xiii Sic etiam natiuitas xpi
et nomen nunciabatur ab angelo

dicitur primo Item Sampson liberat
populum suum a philisteis sic etiam xpc
saluauit populum suum a viciis et a pec-
catis Item Sampson fuit nazareus
Sic etiam xpc fuit nazareus in fi-
de et tamen nazareus vocatur Item Sampson
interfecit leonem et xpc dyabolum
expugnauit qui est tamquam leo
rugiens Item portas ciuitatis
Gaze confregit et portauit eas
in montem sic etiam xpc portas
inferni confregit quando dixit At-
tollite portas principes vestras etc.
Tercio figuratur xpc de quo dicitur
iiiio Reg. xxii c. declinauit neque
ad dexteram sic etiam xpc non in
prosperis non in aduersis unquam declinat
quia peccatum non fecit nec inuentus
est dolus in ore ipsius Item Iosias
confregit omnia ydola ydola et
ydolatras occidit sic etiam xpc
quia in natiuitate eius omnia
ydola corruerunt Item cum Iosias
cum exiuisset ad expugnandum
contra regem Egipti qui vocabatur
Nechas volebat enim Iosias quod
pharao rex Egipti transiret
per Iudeam Et cum exiuisset Io-
sias ad expugnandum contra populum
vulnerauerunt eum populi scilicet Egipcii
et occiderunt eum et sepultus est
Iosias in Ierusalem Sic et xpc venit
expugnare dyabolum qui regnabat
in Egipto et vulnerauerunt eum deum
scilicet Iudei et sepultus est in Ierusalem
Et dicunt Iudei quod Iosias vulne-
ratus est iuxta vnam palmam
et vnum fontem nomine Maiedo
et statim eo mortuo palma
aruit totaliter et fons exsiccatus
est nec vmquam palma postea

fecit fructum nec fons produxit
aquam Sic etiam postquam mortuus
est xpus in terra iuxta palmam
synagoge iudeorum et iuxta fon-
tem eorum aruit synagoga eorum
et regnum ipsorum excecatum est
sicut ad sensum intuemur Et ideo
xpus assimilabat eos ficui que
non facit fructum Mathei xx Ecce
virgo concipiet Hystoria cum rex
Sirie et rex Israel venerunt
ad destruendum Ierusalem regnante in
Ierusalem Achaz rege impijssimo
tunc propheta dixit ad Achas Non
timeas a duobus regibus scilicet
a rege Sirie et Aphatee fi-
lio Romelie quia non capient
civitatem hanc nec destruent et
hec dicit dominus ut magis credas
pete tibi signum in profundum
inferni sive in excelsum supra
Et tunc dixit Achaz non petam
et non temptabo dominum tamquam
infidelis dixit quia nolebat
probare ydola sua videns autem
ipsi propheta pertinaciam iudeorum
scilicet regis et aliorum dixit non
vis tu petere signum a domino
Ecce dominus ipse vobis dabit signum
quia virgo concipiet et pariet etc.
Et ista prophecia continet tres
articulos fidei scilicet quod xpus sit
verus deus et quod sit verus homo
et quod sit natus de virgine Dicunt
etiam iudei saltem aliqui quod
ubi nos habemus virgo in hebreo
ipsi habent alma quod idem est
quod iuvencula Et tunc exponunt
propheciam de uxore Achaz que erat
iuvencula de qua natus est Eze-
chias qui fuit optimus homo
Nam inter omnes reges iudeorum

non fuerunt nisi tres reges perfecti scilicet
David et Iosias et sicut habetur in
libro Regum et Ecclesiastici xl Sic dicunt
aliqui iudei quod iste puer quem
propheta promittit fuit Ezechias quem quasi
deus reputabatur quia fuit sapiens
et fidens ad faciendam iusticiam Est
ergo sensus secundum pravam expositionem
aliquorum hebreorum quia ecce iu-
vencula uxor Achaz concipiet
et pariet filium scilicet Ezechiam et
vocabitur nomen eius Emanuel
quod interpretatur nobiscum deus quia
tempore quo regnabat Ezechias deus erat
nobiscum quia tempore suo habu-
erunt pacem et victoriam de in-
imicis suis et fuerunt prosperati
per butirum intelligunt eius sa-
pienciam et intelligenciam Sed per
mel dulcedinem eloquencie quia
Ezechias fuit sapiens et eloquens
Hec tamen perversa expositio aliquorum
iudeorum sed ipsi mentiuntur per guttur
eorum et ignorant quid loquuntur
Quod probo quia propheta dixit istam
propheciam iam Ezechias natus
erat et habebat ix annos probo
Nam sicut patet in Reg xviij
quando Achas incepit regnare
tunc erat xx annorum et regnavit
xvi annos sed filius eius Eze-
chias quando incepit regnare mor-
tuus erat Achaz xxv annorum
Ergo tunc Achaz pater suus in-
cepit regnare habebat Ezechi-
as nunc ix annos ergo impossibile
est quod prophecia dicta sit propter E-
zechiam Et ideo aliqui iudei dolo-
sius et occultius propheciam per-
vertentes dicunt quod Evangeliste et Apostoli
et quod omnes nostri translatores fue-
runt decepti propter ignoranciam

ydiomatis hebrey dicitur quod apud
hebreos aliud sonat alma per
unum a et aliud sonat aalma per
geminum a quia alma per unum a
idem est quod iuvencula Sed aalma per
geminum a idem est quod virgo Nunc in
prophecia ista non habet duplex a sed
unum a Et ideo contra fuit deceptus
sed ipsi mentiuntur quia sicut patet a-
pud scientes linguam hebreicam quod
numquam talis distinctio fuit apud
hebreos sive iudeos semper apud
eos importat virginitatem et non
solum virginem sed virginem absconsam
id est occultam et custoditam diligenter
tamquam sit puella virgo et decora
sicut dicitur in Talmut eorum super
illo verbo Gen xxiiii de rebecca
que descendit ad fontem puella
decora nimis virgo quia pulcerrima
et incognita viro Et ubi nos
habemus virgo in hebreo habetur vir-
go alma habetur tamen apud eos
talis distinctio nam vetula significat
apud eos virginem sive sit iuvencula
sive sit annosa dummodo sit incor-
rupta vahara significat puellam
et iuvenculam sive sit corrupta si-
ve incorrupta sed signat de na-
tivitate duo scilicet iuvenculam et vir-
ginem ita quod ad hoc quod femina sit
alma oportet quod sit iuvencula et quod
sit virgo Ideo prophecia ista dicit
de aliqua iuvencula et virgine que
manens virgo et concepit et peperit
sicut fuit mater mater domini
Sequitur Exurgens autem a sompno
Cum enim Ioseph certificatus esset per
divinam revelacionem tunc non habuit
suspicionem de virgine amplius
et accepit coniugem suam scilicet

sicut famulus dominam ei obsequiose mi-
nistrando Et non cognoscebat eam
donec peperit filium suum primogenitum
quia ex presencia Christi in utero virginis
tanta fuit claritas in eius facie
quod Joseph non poterat cognoscere sicut
dicitur de claritate faciei moysi ex
consorcio sermonis dei quia non
poterant intendere in eam filii israel
Exo xxxiiii Sit ergo ut dicendum
de conceptu quomodo nascitur Et nota
si conceptus nascitur in primo mense
non apparet nisi quidam humor con-
strictus et coagulatus virtute saturni
et ideo conceptus talis numquam fuit
animatus animatus spiritu Ex quo primus homo
peccavit tota prima etas usque ad
Noe fuit deputata saturno quia
saturnus est primus planeta incipien-
do a sursum sic etiam illa etas fuit
prima incipiendo a primo statu
perdicionis hominis Dico ergo quod
per totam illam etatem nullus potuit
esse plene perfectus sed etiam sancti
patres fluebant sicut aqua ad
voraginem limbi 2o Regum xiiii omn-
nes morimur et sicut aqua di-
labimur Si autem partus nascitur
in 2o mense tunc est sicut sanguis
et est res imperfecta tunc enim
dominatur Iupiter virtute cuius
liquor convertitur in sanguinem Sic
in 2a etate a Noe usque ad Abra-
ham fuit humanum genus imper-
fectum deditum tirannidi et effu-
sioni sanguinis tunc enim floruit
Nembrot qui primus incepit esse
tirannus in mundo Tunc enim
floruit Ninus qui occidit in-
ventorem nigromantie tunc

em florit habundantia san-
guis ista primo Si multiplicaveritis
orationes vestras non exaudiam vos
manus enim vestre plene sunt san. Si autem
fetus nascatur in tertio mense racio est
quod nascitur vivus propter nimiam teme-
ritatem suffocatur pre nimio calore
quia in illo mense dominatur Mars
specie in tertia etate que fuit ab A-
braham usque ad Moysen raro
inveniebantur aliqui vivi quia
pauci inveniebantur cultores dei sed
erant omnes mortui per ardorem
ydolatrie Jeremie xxxiij Concupiscentie
ardore et concupiscentiis stipula Item
si nascatur in quarto mense tunc
exit vivus et si vivus exiat
statim moritur propter sui teneritatem
et nimium calorem centri planete
scilicet solis qui regnat in illo mense
sicut in quarta etate ydolatre ado-
rabant omnes solem et unde
principalis civitas regni Egipti
dicebatur civitas solis quia ibi
adorabatur ydolum solis et vix
tunc temporis exivit populus filiorum
Israel vivus de terra Egipti multi
iam eis efficiebantur ydolatre Et
si populus ille virtute Moysi exivit
vivus sine peccato ydolatrie tamen
festinanter in deserto mortuus est
sicut quando fecerunt sibi vitulum
aureum et adoraverunt sculptile
Exo. xxxij Item si nascatur in
quinto mense licet exeat vivus
quamquam tamen propter dominium planeta
scilicet veneris qui est planeta de-
bilis in virtute ideo cito moritur
sicut quinta etas fuit a Moysen
usque ad Christum et pro illo tempore

etiam habundavit crudelitas carnis
et fragilitas veneris sicut in David
Salomone nec potuit quisquam illius
etatis pervenire ad statum perfecte bea-
titudinis tunc quia omnes descen-
debant vel ad infernum vel ad
lymbum sicut dicebat Jacob filiis
suis deducetis canos meos ad in-
feros cum dolore Item si nascatur
in sexto mense adhuc non evadit
propter dominium quia non ultimum
complevit membris qualitatis Sed
sexta etas est a Christo usque ad mortem
cuiuslibet hominis nunc autem pro ista
sexta etate non habemus vitam
perfectam qui et si propriam habeat
fidem spem et caritatem adhuc tamen
non habent vitam contemplativam
scilicet vitam eternam que Deus consistit
in aperta visione et fruitione dei
Jo. xvij Hec est vita eterna etc. Si
partus nascatur in septimo mense
tunc potest esse vitalis propter domi-
nium lune sicut etiam qui nascuntur
in septima etate scilicet moriuntur ob
dominio et protectione lune scilicet
virginis gloriosissime male vivunt
quia sicut dicit Bernardus ipsa est que mo-
tum et vitam omnibus amministrat
Si autem puer nascatur in octavo
mense quia tunc incipit regnare
saturnus non evadit regna longo
vel octavam diem sed nullus
debet expectare nasci in octava e-
tate que est etas resurgentium
quia prius oportet quod nascitur ex aqua
et spiritu sancto iuxta illud Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non intrabit in regnum
celorum Sed si puer nascitur

in nono mense tunc bene euadit
tunc Jupiter qui est planeta be-
niuolus pius et bone complexionis
sp(eci)aliter illi qui assumuntur ad nouem
ordines angelorum viuunt vita perfecta
quia tunc filii hominum sicut angeli
dei erunt in celo ca(pitulum) xxii

De natiuitate domini nostri ihesu christi

Cum natus esset Jesus
in Bethleem in diebus
herodis Circa historiam
litteralem istius euangelii
sunt aliqua dubia generalia primo
quo isti magi moti fuerunt per stellam
ad querendum xpm Dicendum secundum Crisostomum
qui dicit se legisse in libro secreti
quod magi descendebant ex Balaam
qui prophetauit dicens de xpo Orietur
stella ex Jacob exurget virga de
Israel et dominabitur omnium gentium ha-
bebant autem isti magi sicut et ceteri
sapientes qui descendebant ex Ba-
laam per singulas generationes secundum
consuetudinem ascendere in montem
victorialem et ibi ieiuniis et ora-
tionibus trium dierum in silencio deum
orabant ut ostenderet eis si tempore
eorum deberet adimpleri promissio
et contigit certe in hora natiuitatis
xpi ut appareret eis stella in forma
pueri habens super se similitudinem
crucis et facta est vox de celo ut
sequentes illam stellam proficiscerentur
in Judeam Secunda questio est qui
et vnde et quot fuerunt isti qui ve-
nerunt sequentes stellam adorare
xpm Dicendum secundum Crisostomum fuerunt
tres reges in tribus ciuitatibus
regalibus sedentes habentes
in sua societate Barones milites
et suos multos sed solum illi stel-
lam videbant et hoc fuit ad pre-
figurandum misterium trinitatis vel ad
ostendendum quod omnes gentes que
per tres filios Noe descenderunt
poterant per aduentum xpi saluari
Regio autem vnde fuerunt sita est
contra orientem et contra occeanum ad
raditem montis victorialis Ter-
cia questio vnde et quare sunt
dicti magi Dicendum secundum Crisostomum
dicti sunt magi non quidem quod
essent malefici sed quia philo-
sophi quos pro se philosophi vocauit
magos vel aliter dici possunt
quia in lingua persica maga sic
dicuntur illi qui tacite et in silen-
cio laudant deum et ideo quia
isti tres reges stabant contra illum
montem tribus diebus in silencio
ad laudandum deum Ideo merito
magasen et per sincopam dicti sunt
Magi Quarta questio de tempore
quo magi venerunt ad xpm Dicendum
secundum opinionem illorum qui dixerunt
quod venerunt post vnum annum non est
verum quia tunc xpc non erat in
Judea sed in Egipto Et ideo secundum
Crisostomum rectius dicitur quia xiii
a natiuitate xpi peruenerunt ad
deum Quinta questio quantum dis-
tabat regio magorum a ciuitate
Bethleem Dicendum quod certum habetur
quod distancia fuerit per xxxiiii
dietas et tamen venerunt in xiii
diebus quia equitabant super
dromedariis qui vna die va-
dunt quantum bestie vel equi
possunt in tribus diebus et ibi
tamen prius natalis non suffecisset

supplebat autem virtus pueri allicientis
eos Sexta questio quid de illa stel-
la finaliter factum sit Dico sicut
dicit Fulgentius licet aliqui dicunt
quod ceciderit in puteum Bethleem et
Alii vero quod adhuc est in celo assequens
motum solis tamen verius tenetur
quod pacto officio fuerit redacta in
preiacentem materiam vnde Septima
fuit Hic eciam convincit Judeos
ad confitendum xpistum esse illum Mes-
siam quem ipsi expectant, quod patet
Nam Jacob patriarcha prophetauit
aduentum Messie quem Judei fatue
expectant dicentes quod tunc veniat
Messias quando regnum et sceptrum
regale ablatum erit a semine
Jude et datum est homini alienigene
sicut habetur et dicitur Genesis xl-
ix Non auferetur sceptrum de Juda
et dux de femore eius donec
veniat qui mittendus est vbi nos
habemus mittendus ipsi Hebrei
habent silo quod idem est quod
Messias siue mittendus vbi ma-
nifeste monstratur quod illo tempore
erat xpistus verus Messias quem
expectant Judei nasciturum quando
deficere debebat proprius rex et dux
de populo Judeorum et hoc impletum
est tempore Herodis qui primus rex
fuit super populum Judeorum de alie-
nigenis Nam Herodes ille fuit
ydumeus habuerunt enim Judei
vsque ad transmigracionem reges de
tribu Juda postea habuerunt
duces sicut patet Hester z. Zoro-
babel etc. postea habuerunt reges
tempore Aristoboli vsque ad Hero-
dem vbi est aduertendum quod vt cla-
rius appareat veritas istius

prophetie qualiter in xpo adimpleta est
tempore Herodis quod ex dictis Judeorum
potest convinci contra eos Sciendum
est quod Hebrei habent vnum librum
quem ipsi vocant Talmut qui est
liber compositus ex dictis doctorum
suorum sicut est aput nos liber sen-
tenciarum vel doctorum et est autenticus
aput eos quod nulli contradicere licet
verum est quod in illo libro multa falsa
inducuntur et vere ille liber deberet
comburi tamen quod ex iaculis eorum
vulneremus eos Accipio quandam Hys-
toriam quam narrant ibi dicunt
enim ibi et hoc ipsum narrat Josephus
3o libro antiquitatum capitulo xiiij quod
regnum Jude fuit interruptum per
CCCCtos lxxxi annos et quatuor
menses a captiuitate Sedechie
vsque ad tempus Aristoboli filii Jo-
hanni qui primo regnauit in Judea
post captiuitatem de captiuitate Se-
dechie satis habetur quarto Regum vltimo
Si quis fuerit iste Aristobolus qui
primo posuit sibi dyadema post
captiuitatem haberi potest primo
Machabeorum quinto vbi dicitur quod Ma-
thatias pater Jude Machabei qui
habuit quinque filios quorum vltimus
qui omnibus aliis supervixerat voca-
batur Symon et ipse sicut dicit Josephus
quinto libro antiquitatum xiiij erat
dux et sacerdos in Judea Mortuo
autem Symone successit sibi Jo. cogno-
mine Hircano qui tenuit ducatum
et sacerdocium per xii annos et
mortuus est Et iste Hircanus reliquit
quinque filios quorum primus dictus est
Aristobolus et iste Aristobolus quod Judeos
erat imposuit sibi dyadema et
factus est rex cum tamen ante
illud tempus per CCCClxxxi annos

no habuissent Judei aliquem regem
Mortuo aut Aristobolo regnavit fra-
ter suus Alexander cognomine San-
bus i. modestus Et tamen 2m Josephu
fuit nequissimus Mortuo aut Alle-
xandro regnavit Allexandria v-
xor eius pro eo habuit em Alle-
xandria duos filios quos genuit
de ipsa Allexandria qui erant vl-
de pueri quando mortuus est pater
eorum et ob hoc mater gubernabat
regnum Sed cum pueri creuissent di-
micauit contra se sicut dicit Joseph
et obtinuit minor scilicet Aristobolus
quo tamen mortuo obtinuit regnum
frater suus primogenitus Ircanus nomine
ipse enim regnum obtinuit ex colla-
tione Julij qui adiuuit eum ad
habendum regnum et ad adiuuando
et consolando quidem miles ydu-
meus nomine Antipater pater Hero-
dis Ascolonite Hec omnia dicit Joseph
xiiii libro capitulo xxvi Item ista hys-
toriam habent in Talmut Narrat
etiam in Talmut quod mortuo An-
tipatre Herode Ascolonite tunc
Herodes factus fuit princeps mi-
litie Ircani Et audivit vna die
dum solus esset in secreto thala-
mo suo voce de celo dicentem
Omnis seruus qui hac hora surre-
xerit contra suum dominum prosperabitur
Et tunc Herodes hac voce audita
surrexit et interfecit Ircanum regem
et omnes filios et filiorum filios
et sic de tota stirpe regia nemi-
nem reseruavit nisi vna solam
puellam quam volebat ducere in
vxorem ad hoc ut haberet ius in
regno Jude audierat enim Herodes
a magistris et doctoribus legis quod non
poterat habere regem nisi de filiis
Israel sicut scriptum est Deut. vii
Illa autem puella videns nequitiam
Herodis ascendit turrim et precipitat
se et ut Herodes non haberet ius in
regno Jude propter ipsam et mortua
est puella et sic breuiter remansit
cui per rectam lineam debebat regnum
ibi etiam nullus remansit qui fuisset
propinquus regni Iterum Herodes occidit
omnes messie siue omnes sanhedri
i. omnes iudices ordinarios et omnes
doctores legis et magistros vno solo
excepto Baba qui erat filius
Bathatui tamen eruit sibi oculos
ad quem ita excecatum venit vna
die surgens fingens se non esse
Herodem sed quendam filium dixit
ei Domine vide iste malus He-
rodes seruus quid facit dominis
suis et magistris legis Maledicas
ei tunc respondit Baba cecus
Nequaquam Scriptum est enim et in
conscientia tua regem ne male-
dicas Exodi xxii regi ne detrahes
et dixit Herodes numquid rex est
ipse vel alius propterea est an es
tu saltem diues est et scriptum
est in cubili tuo ne maledicas
diuiti vel es tu qui non sit nisi
princeps non maledicam ei Et
dixit dicas nullus refert sibi
nos enim nisi duo sumus qui audimus
Respondit magister non faciam quia
scriptum est Aues celi annunciabunt
vocem tuam et qui habet pennas
annunciabit sermonas Et tunc dixit
Herodes Ego sum et si sciuissem
Babam i. magistros legis esse tales
ego non occidissem eos Hec
omnia habent in Talmut Sed
ista vtrum sint vera vel non

tamen ex istis patet quod solum tempore
herodis Ascalonite expirauit re-
gnum iudeorum Ergo tempore herodis
adimpleta est prophecia Jacob Non
auferetur sceptrum etc Igitur tunc
venit messias quem sancti patres
expectabant et iste Messias xpus
est qui natus est anno 2° regni
herodis Item patet per dicta Jo-
sephi xiiii libro de antiquitatibus vbi dicitur
quod primus de alienigenis qui fuit
rex iudee fuit herodes qui regnum
optinuit a romanis imperatoribus
vnde habita licentia ab ipsis ipse
iuit in iudeam et occidit Antigonum
nepotem hircani et postea occidit
hircanum et regnabat in iudea
et postea de consensu romanorum
regnauit ibi herodes Cum natus
esset ihesus in Bethleem iude
in diebus regis Ecce magi ab
oriente venerunt fuerunt hii magi
non a magica arte sed a magnitu-
dine sciencie vnde et reges
dicti sunt quia pro illo tempore
sapientes philosophi regnabant Est
autem aduertendum quod isti magi erant
de regione illa de qua fuit
Balaam propheta qui conuocauit
Balaach ad maledicendum populo fi-
liorum israel sicut patet numeri xxiiii et
regnabant isti tres magi in suis
ciuitatibus diuersis et sapientes e-
rant studebant multum in dictis
antiquorum et specialiter in prophecijs
Balaam nunc autem Balaam ut
patet numeri xxiiii prophetauit de aduentu
xpi dicens Orietur stella ex Jacob
et consurget virga de israel et
percutiet duces moab et per istam
propheciam intelligebant illi per
diuinam inspirationem quod xpus

natus est et debebat oriri ille
magnus rex israel et apparebat quedam
stella que duceret eos ad locum vbi
ipse esset rex et ideo cum quilibet
illorum esset in ciuitate sua rex et
vidisset istam nouam stellam quam
Balaam predixerat et natum esse ex
israel regem de quo Balaam locu-
tus fuerat Et statim vnus-
quisque istorum trium regum mouit se
de loco suo ut veniret adorare
regem iudeorum et cum quilibet
sequeretur stellam precedentem coincide-
runt omnes tres in eandem viam et
dum se inuenissent et cum quilibet
causam sui itineris indicasset ex
hoc magi confirmati sunt in fide
quia natus esset verus rex iudeorum
quem prophete prophetauerunt et omnes simul
sequentes stellam que antecedebat
eos venerunt ab oriente in iudeam
tota enim illa regio vnde fuit Ba-
laam et isti magi erant ab oriente
Et applicuerunt magi ad in-
troitum iudee versus oriente die xiii
post natiuitatem xpi quia illa terra
vbi habitabat Balaam non multum
distabat a iudea Ipsis autem intran-
tibus iudeam stella diuina dis-
pensatione disparuit ad hoc ut
necesse haberent recursum ad
ciuitatem regiam scilicet Jerusalem et ibi
quererent de xpo nato Et hoc factum
fuit triplici de causa primo quidem
vt magi qui confirmati erant
ad credendum xpm natum regem
iudeorum per celeste signum con-
firmarentur etiam per dictum
propheticum quia per hoc quod ipsi fu-
erunt in Jerusalem audierunt quod rex
iudeorum qui debebat populum saluare
erat nasciturus in Bethleem ciuitate

Juda s[ecundu]m p[ro]phetiam Michee qui di-
xerat Et tu Bethleem t[er]ra Juda
nequaq[uam] minima es in p[ri]ncipibus
Juda ex te enim exeat dux q[ui] reget
post istos. Hoc audito quia magi
ducti postea a stella in Bethlee[m]
civitate Jude, tunc confirmati fuerunt
penitus q[uia] p[ro]phetiis Hebreorum con-
cordabat p[ro]phetia Balaam qui
dixerat de ortu Xpi tempore quo
apparet nova stella. Iterum s[e]c[un]do
hoc factum fuit p[ro]pt[er] Xpm in regali
civitate in Jer[usa]l[e]m ut nativitas Xpi
annunciaretur et per consequens Ju-
dei qui Xpm non recipientes inex-
cusabiles penitus essent. Iterum
tercio hoc factum fuit in figura
futurorum ad demonstrandum q[uod] fides
Xpi erat a gentilibus devote sus-
cipienda Etiam a Judeis p[ro] ma-
iori parte in sua p[er]tinacia obdu-
ratis erat refutanda. Magi enim
qui gentiles erant devote Xpm
quesierunt et eum inventum ado-
raverunt, sed sacerdotes frequenter
p[ro]phetias audierunt et legerunt
audientes Xpm natum et videntes
q[uod] gentes inquirebant eum fuerunt
tamen ipsi sacerdotes Judei obsti-
nati ita q[uod] nec unus eorum dignatus
inquirere utrum ita esset q[uod] non pot[uit]
sine magna p[er]tinacia. Sed ma-
gi ita iam erant in fide confirmati
q[uod] quamvis disparuisset eis adhuc
diligenter inquirebant Xpm. Vidimus
stellam quod est signum et venimus
adorare eum. Stella illa quam
Magi viderunt non fuit stella co-
mata nec etiam fumigabat sed
mirabiliter resplendebat. Et op-
time cognoverunt illi tres sapien-
tes illam stellam. Et co quod

Magi videntes signum celeste q[ue]-
sierunt signum s[cilicet] Xpm et solici-
te quanto magis fideles Xpiani de-
bent solicite Xpm querere cum non
solum ipse nobis dedit stellam in
signum ymmo seipsum posuit in cruce
tamq[uam] signum ad signaculum voluit
enim Xpc pro redemptione generis
humani affigi in cruce et ibi per-
cuti a Judeis quemadmodum signum
percutitur ad sagittam. Ipse est enim
illud signum dei vivi quod vidit
Jo[hannes] Apo[calipsis] vij[o]. Dicit solinus, certe
formice iuvenes que nesciunt
bene ire per rectum iter et redire
ad domum suam semper habent
respectum ad antiquiores. Iste enim
que sunt antiquiores ponunt se in
medio itineris ad dirigendum
omnes alias que nesciunt viam
et alie respiciunt ad eas sicut
ad signum debitum sui itineris.
Genus humanum ante Xpi adventum
erat in errore itineris q[uia] omnis
caro corrupit viam suam et ob
hoc Xpc posuit se in itinere istius
mundi ad hoc ut omnes dirigeret
in domum suam de qua ipse dicebat
In domo patris mei mansiones
multe sunt. Ymmo de seipso fecit
viam eundi ad vitam eternam
quia dicit Ego sum via veritas
et vita &c. Jo. xiiij. Et ideo
nos omnes debemus ad Xpm tamq[uam]
ad signum nostre vite semper aspicere
per cordis aspectum et ob hoc po-
suit crucem in capite viarum non
solum ut dirigat nos per viam
rectam corporalem sed etiam ut
memoriam passionis Xpi di-
rigat nos per viam rectam
ad eternam patriam. Audiens

autem Herodes inquirebat dolose
de nativitate Christi quia volebat
eum interficere timebat enim regnum
perdere non mirum quia ipse erat alieni-
gena et non Iudeus Et ideo primo
quesivit a Iudeis et postea
Magis Iterum omnis Ierusalem quia
methonimia scilicet accipitur continens
pro contento unde turbata est Ierusa-
lem id est turbati sunt habitatores
Ierusalem que alio nomine dicta Ierusalem
Iterum secundum Simodoches accipit totum
pro parte non enim omnes de Ierusalem
turbati sunt sed solum illi qui
favebant regi qui erant consti-
tuti per regem in officiis fuit
autem turbatus rex Herodes primo
quia ipse erat alienigena cogi-
tavit si natus est rex Iudeorum
ille tollet michi et generi meo
regnum Et ideo turbatus est Secundo
quia ipse erat rex actualiter Iude-
orum dedignabatur quod alius rex
in Iudea quereretur quia iam non vi-
debatur sibi quod reputaretur rex sed
alius querebatur et fecit omnes
libros destruere ubi erat descrip-
ta Genealogia Iudaica Tertio
quia statutum erat apud Romanos
ut nullus vocaretur aliquis rex
sine licentia ipsorum et ideo cogi-
tabat Herodes si promissus aliquis
vocari sine licentia Romanorum
cadam in indignationem ipsorum et
erat turbatio etiam ipsius Et
sciscitabatur Dubium est quare
petebat ubi rex in scripturis debe-
bat nasci rex Iudeorum quia aut
ipse non credebat scripturis
Iudeorum et tunc frustra crederet
quod credebat eis et tunc inpa-
num laborare cognoviss volendo

occidere Ratio sicut dicit Crisostomus
Credebat Herodes scripturis Iudeorum
quod rex eorum nasceretur ubi et quomodo
scripture dicebant quia cum consilio
dyaboli ducebatur putabat se oc-
cidere cum videret regem iam natum
Et sciscitabatur ab eis ubi Christus
nasceretur Iam igitur per regnum quod
audierat a magis presupponebat
Herodes quia Christus natus esset sed
inquirebat a sacerdotibus de loco
ubi nascituris erat Et notandum
questione quam Herodes fecit quia
petebat de Christo quia querebat ubi
Christus nasceretur Et illi qui docti
erant in lege et prophetiis dixerunt
quod in Bethleem debebat nasci sicut
patet per prophetam Micheae v. Et
tu Bethleem que prophetia neces-
sario intelligenda est de Christo et
de illo Messia quem sancti patres po-
stulabant unde ubi nostra trans-
latio habet Ex te enim egredietur
dux Translatio Caldayca habet
ex te egredietur Messias respon-
sio Iudeorum factam Herodi Erat
Herodes alienigena et ignorabat
scripturas Iudeorum et prophetarum et
ideo scribe sacerdotum et principum
respondentes ei mutaverunt aliqua
verba ut planius sibi responderent
tamen eandem sententiam servaverunt
quod patet Et tu Bethleem ef-
frata Ipsi autem responderunt Et
tu Bethleem terra Iuda Cuius ratio
est quia ista civitas antiquitus
vocata est effrata ab uxore Ca-
leph sed postea facta est fames
magna tempore Abimelech et
Noemi uxoris sue propter quam
famem iverunt ad peregrinandum
in terram Moabitarum prout habetur

Ruth primo Transeunte autem fame facta est maxima habundantia in eadem civitate et tunc propter magnam habundanciam vocata est Bethleem i. domus panis nunc autem Herodes ignorabat hystoriam et ideo non dixerunt et tu Effrata sed Bethleem quia nescivisset Cum igitur Herodes inquisivisset et certificatus esset de loco per verba magorum voluit etiam inquirere a magis ut sicut certificatus erat de loco ita certificaretur de tempore nativitatis Et hoc ut si ad xpm redirent quod xpm interficeret sicut presumpsit facere quando occidit pueros Tunc Herodes clam i. occulte missivit et ut facilius magos posset decipere promittit suum obsequium Ite et interrogate Magi querentes dominum ihm xpm venerunt ab oriente et ideo dorsum habebant versus orientem sed faciem suam habebant versus occidentem sic igitur debent facere illi omnes qui xpm querentes desiderant invenire quia dorsum debent habere ad orientem et ad veritatem et ad originem suam et non debent se iactare nec superbire de nativitate sue originis posito quod sint nobiles nec debet considerare vitam suam quod sint iuvenes quia fatuum est dicere Ego adhuc diu vivam quia iuvenis sum sed omnes tam nobiles quam ignobiles tam antiqui quam iuvenes debent semper faciem suam ad occidentem vertere scilicet ad memoriam mortis quia subito quando curatur venit mors sic autem habentes faciem ad occidentem i. ad memoriam mortis non peccant quia memorare novissima tua et in eternum non peccabis dicunt naturales philosophi quod salmo nascitur in aqua dulci sed quando intrat in mare et sentiens amaritudinem maris querit exire et quando invenit hostium fluminis intrat flumen et ascendit contra impetum in aquam dulcem et nunquam decedens propter cuiuscumque eventu vertit se retrorsum et recordatur amaritudinem maris et ideo timet redire ad mare Similiter genus humanum tantum fuit in aqua dulcissima quia in dulcedine gracie et in dulcedine originalis iusticie absque omni amaritudine peccatorum tamen homo miser descendit ad amaritudinem huius mundi quando dei preceptum fuit transgressus nam ante peccatum homo vivebat in dulcedine maxima in paradiso terrestri sed post peccatum oportuit quod vitam suam in sudore et erumpna deduceret Gen 3o sed debet facere sicut salmo facit debet querere aquam dulcem scilicet graciam que confertur in aquis baptismi et aquam dulcem penitencie salutaris et postea redire retrorsum quia illi qui se vertunt retro propter peccatum non sunt digni regno celorum Et in figura huius precepit dominus Abrahe quod exiret de terra nativitatis sue et cognatione sua et de terra Caldeorum que erat in oriente et ire in terram promissionis que erat in occidente et nunquam in Caldeam redire sic peccatores sancti recedentes a peccatis que ipsi aliquando comiserunt vel in quibus fuerunt concepti

ps In peccatis concepit me mater mea. multi plus retrocedunt sed vadunt semper versus occidente per memoriam mortis sue et illa est via eundi ad terram promissionis [illegible] regni celestis ps Credo videre bona domini in terra viventium. Cum audisset hic ponitur xpi invento et magorum obsequiosa veneratio quia cum Magi audissent regem abierunt scilicet recedentes de iherusalem ut irent usque Bethleem. sicut ipsi didicerant per prophetam hebreorum Et ecce stella. hic est notandum quod sicut narrat Crisostomus Maria et Joseph satis erant pauperes et cum appropinquaret partus beatissime virginis cogitavit Joseph quomodo posset sibi necessaria habere. et nichil plus habebat nisi unum bovem et unum asinum et ordinat ire in iherusalem et vendere bovem ut haberet ad subveniendum beatissime virgini marie et eius beatissimo filio cum noluit dimittere mariam solam in Bethleem sed posuit eam super asellum ut ambo irent in iherusalem. sed sicut domino placuit quia veneraret sustinere summam paupertatem. statim cum maria et Joseph essent extra portam Bethleem et beatissima virgo sensit spirituale gaudium in corde et cognovit quod tempus instaret pariendi beatissimum filium et duxit ipsa cum Joseph ad quoddam tugurium. ubi nemo habitabat et ibi beatissima virgo peperit in presepe in medio asini et bovis quod dixerat Joseph et tunc bos et asinus cognoverunt xpm esse deum exhibuerunt sibi reverentiam ipsa primo cognovit bos

possessorem suum et asinus presepe domini sui et illud fenum super quo xpc natus est portavit helena mater Constantini Roma et ibi reconditum est in eclesia sancte marie maioris Magi exeuntes de iherusalem modicum habebant ire. quia terra tantum milia ria lambarorum. erat tamen locus ita vilis. ubi xpc nasci voluit quod nisi stella iterum apparuisset magis que deduxit eos ad determinatum locum. non potuissent faciliter credere xpm regem iudeorum ibi nasci. et ideo stella apparuit eis iterato et gavisi sunt gaudio magno Videntes autem stella et procidentes in capita inclinantes et genua flectentes adoraverunt eum et ex hoc manifeste patet. testimonium magorum quod cognoverunt xpm esse verum deum et hominem Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. debet ergo quilibet xpianus una cum istis tribus sanctis regibus afferre xpo aurum thus et mirram. firmiter credere esse verum deum et regem et per consequens quia ipse dicit Regnum meum non est de hoc mundo. iterum xpm esse verum sacerdotem et pontificem et per consequens seipsum obtulisse in ara crucis pro humano genere et mortuum et sepultum. quare quilibet istorum trium regum obtulit hec tria munera. ratio est ista. quia videntes magnam paupertatem matris obtulerunt aurum videntes locum fetidum obtulerunt thus. videntes tenellum obtulerunt mirram Et responso accepto in sompnis

sc̄ ab angelo ex diuina reuelacione
per aliam viam reuersi sunt in regi-
onem suam Nam quando Magi xpo
regi celi et terre obsequium suum fecerunt
non sunt reuersi per Ierusalem quia herodes
detinuisset eos et fecisset violenciam
eis et interfecisset eos Et ideo ex di-
uino precepto abierunt ad mare Cire-
num et per naues transfretauerunt in Tharsis
propter quod postea herodes iratus
cum transisset versus Romam combussit
naues Tharsensium que erant in por-
tu Cirenee et in regionibus illis
sicut prophetatum fuit per David In
spiritu vehementi conteres naues
Tharsis Et tunc cum recessissent hic
ponitur miraculosa xpi de manibus
herodis liberacio Ubi sciendum quod angelus
statim recedentibus magis a cristo
premonuit Ioseph quod fugeret in Egip-
tum cum puero et matre eius Maria
predixit etiam angelus persecucionem
futuram quam facturus erat herodes
Non est quod angelus diem et horam
determinatam quando in Egiptum fugeret
sed per plures dies post xpi obla-
cionem in templo et post purgacionem
Marie quia per unum annum post natiui-
tatem xpi vel per duos annos ut
infra videbitur Non enim decuit quod
Ioseph fugeret ante dies purgacionis
Marie quia quando Magi non fuerunt
reuersi ad herodem in Ierusalem tunc he-
rodes non curauit quia credidit quod
magi essent illusi ex fantastica ap-
paricione stelle et ideo non curauit
inquirere de puero Ierusalem nec decuit
quia xpus non venit soluere legem
sed adimplere Mt v Nunc autem
secundum Moysen et legem Moysi
Cumque mulier pariebat masculum
debebat purificari mulier et

offerri puer in templo post xl ta
dies a natiuitate purificacionis
et sic de xpo factum fuit Luce 2o
Sed cum iam puer oblatus esset
in templo a Simeone iusto mani-
festatus fuit xpus ab ipso Simeone
qui alta voce clamauit Nunc
dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pa-
ce tunc fama pueri crescente voluit
herodes perdere puerum quia tunc incepit
cogitare quod magi verum dixerunt
sed interim quod herodes propositum
firmauit interficere xpm Ioseph fugit
in Egiptum Et tunc exurgens acce-
pit puerum et matrem eius non dicit
filium suum quia Ioseph erat nu-
tricius suus Ideo angelus precepit
Ioseph fugere in Egiptum et non
in regionem aliam ut impleretur
quod dictum est a domino per prophetam
dicentem Osee xi Ex Egipto vocaui
filium meum Tunc herodes videns
quia illusus esset a Magis scilicet
per famam pueri crescentem ut
predictum est iratus est valde timens
suum principatum perdere et ideo voluit
omnes pueros de Bethleem occidere
ne puer incognitus sibi euaderet
sed tunc fuit impeditus ab ex-
huius sceleris quia pro tunc fuit
citatus ad curiam Romanam ad pe-
ticionem filiorum suorum ipsum accusan-
cium Et ideo tunc non fuit ausus
pueros interficere ne cum aliis sce-
leribus suis accusaretur de tanta cru-
delitate Eundo tunc Romam
comburi fecit naues Tharsensium
quia iratus erat contra omnes
Tharses propter Magos Eundo autem
Romam et remanendo in curia
Octauiani imperatoris Romani
et redeundo in Iudeam primo

fere transierunt duo anni a nativitate Christi antequam Herodes confirmatus esset in regno quia sententiam personae contra filios habuit in curia imperatoris et ista fuit causa quare non adimplevit crudelitatem suam in pueris quia computat ab a bimatu et infra quia biennatus est tempus duorum annorum sed natus transierunt duo anni ab ortu stelle et inquisitione Magorum Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem vox in rama audita est Ieremie 3o. Est hic notandum quod Rama uno modo est nomen proprium loci et civitatis de tribu Effraym que distat a Iherusalem xv miliaria Alio modo potest accipi quod rama est nomen commune et sic figuraliter exponi potest litteram rama prout nomen appellativum sit idem est quod excelsum vel ad litteram quia matres puerorum alta et excelsa voce clamabant et ululabant vel in excelso vox clamationis audita est Isti pueri nati sunt ex Iacob per Lyam quia Iudas fuit unus de filiis Lye Rachel plorans filios suos scilicet innocentes tamquam filios suos qui tamen non erant nati ex ipsa Legitur quod quando cameli congregati et onerati incedant si contingat quod aliquis infirmetur vel lassetur tunc statim omnes alii congregantur circa ipsum compatientes sibi nutibus quibus possunt et monstrant signa fletus et doloris et anima conductoribus eorum quod alleviet ipsum et distribuet onera per alios qui sunt validiores

sic faciunt sancti viri qui uniti vadunt per caritatem et quando contingit aliquem ipsorum infirmari alii compatiuntur sibi et cum lacrimis orant pro ipso et iuvant eum et alleviant eum ab oneribus suis. Gal. vi Alter alterius onera portate figuram habemus Regum xvii quod cum filius vidue esset mortuus tulit ipsum Helyas de sinu suo et portavit ipsum in humeris suis in tenaculum ubi ipse manebat et clamabat lacrimabiliter ad deum et oravit pro puero et revixit puer sic sancti viri videntes in sinu proximi filium mortuum id est in anima peccatum tollunt eum de sinu suo per peccatum [illegible] et portant super se per penitentie execucionem et tantum orant ad deum quod anima mortua per peccatum reviviscunt per gratiam et sic iuvant proximum in spiritualibus et in corporalibus totum semper ad bonum ordinando Defuncto autem Herode hic est notandum quod tres sunt Herodes de quolibet fit mencio in novo testamento Fuit enim quidam miles ydumeus nomine Antipater princeps milicie Hircani regis Iudee Mortuo autem Antipatre successit ei in officio suo filius suus Herodes qui cognominatus est Ascolonita et iste Herodes fuit qui occidit Hircanum et usurpavit sibi regnum Iudee Habuit autem iste Herodes quatuor uxores scilicet Martam Maraque Dosis et Cleopatram De Maraque Marta genuit Archelaum De Maraque genuit duos filios scilicet Aristobolum et Alexandrum De tercia uxore

sz de dosis genuit Antipatrem de quarta sz Cleopatra genuit duos filios sz philippum de tetrcha Et herodem antipam tetrarcha Et iste herodes qui fuit filius magni herodes cognominatus est herodes Antipas Item Aristobolus secundus genitus herodis magni habuit quendam nomine herodem qui dictus est herodes Agrippa filius Aristoboli et habuit etiam unam filiam nomine herodiadem que fuit primo uxor philippi tetrarche sed eam tulit herodes Antipas fuerunt ergo tres herodes primus Ascolonita Secundus fuit herodes Antipas filius suus Sed tertius fuit herodes Agrippa filius Aristoboli filii herodis magni primus herodes sz Ascolonita occidit pueros innocentes et sacerdotum in ierusalem vendidit Secundus autem herodes sz Antipas decollavit Johannem baptistam quia redarguebat ipsum de herodiade nepte sua quod tuleat uxorem philippo fratri suo Item sub isto Christus passus est Tercius autem herodes qui dictus est Agrippa occidit Jacobum fratrem Johannis gladio apposuit apprehendere et petrum Item notandum est quod Christus natus est anno tricesimo herodis magni qui dictus est Ascalonita et mortuus est idem herodes tricesimo anno regni sui Et ideo Christus quando ille herodes mortuus est seu iam erat octo annorum quando Christus ascendit in Egiptum unius anni et iam fere duorum Christus quod sicut dicitur in hystoria quod Christus stetit in Egipto circa

vii annos Post igitur Christus mansit in Egipto vii annos vel circa Tunc angelus domini apparuit in sompnis Joseph dicens Surge tolle puerum et matrem pueri quare angelus non apparuit Joseph aperte sed in sompnis dicendum est sicut dicit Crisostomus quod Joseph erat perfectissime fidei et non fuit oportunum quod angelus sibi aliter apparet defuncti sunt qui querebant animam pueri Cur dicit defuncti in plurali dicendum quod licet solum herodes tamen principalis queret Christum interficere tamen multi principes sacerdotum dederunt illud consilium et dederunt operam ad occidendum eum qui tamen omnes mortui sunt infra illud septennium quo Christus fuit in Egipto etc. Sequitur

Sequitur Sermo de sancto Johanne baptista etc.

In diebus illis venit Johannes
Baptista. A principio huius usque
ad locum istum declaravit quod
Christum esse verum deum et verum
hominem ex tribus, primo ex angelico
testimonio, 2o ex prophetico vaticinio
3o ex regum sive magorum obsequio
Ex tribus istis particulis patet quod precur-
sor domini fuit a deo electus ydoneus
predicator. Nam primo venit scilicet deo
vocante ipsum ad predicationis officium
Luce iii. factum est verbum domini super
Johannem filium zacharie in deserto
Sanctus Johannes incepit predicationem
suam a penitentia, quia cum intendebat
illos disponere ad receptionem fidei
que per Christum factum est voluit prius
extirpare peccata, quia sicut dicit
Boethius, prius extirpanda sunt
vicia, et deinde inserende sunt
virtutes. Unde Crisostomus, penitentia cor
emendat sensum illuminat animam
sanctificat et susceptione Christi preparat
Et subdit Crisostomus et dicit, penitentia
despicit avariciam, horrescit lu-
xuriam, fugit furorem, facit amo-
rem, calcat superbiam, constringit
linguam, componit mores, impetrat
sanctorum favorem, odit maliciam
excludit invidiam. Ideo bene dicit
Agite penitentiam appropinquabit vobis
regnum celorum, dic ergo peccator
peccavi, dic humiliter, dic efficaciter
o breve verbum peccavi, o tres sil-
labe que regnum dei appropinquare
faciunt et portas aperiunt paradisi
Dixit David peccavi et Nathan
missus est a deo statim dicens
dimissum est tibi peccatum tuum, di-
cas ergo humiliter istas tres sillabas sil-
labas peccavi, non te deterreat
pudor hominis, non timor demonis
non enormitas sceleris non desperatio
pro peccato enormi, namque Judam non
dampnavit quantitas culpe, sed de-
speratio venie. Hic ponit Crisostomus
questionem quare Christus voluit habere
precursorem antequam inciperet predicare
Respondet quamquam persona est lauda-
bilis tamen non est testis ydoneus
in causa sua, et quia Christus habi-
turus erat cum phariseis et princi-
pibus sacerdotum questionem de se
ideo in causa sua noluit esse testis
sed testem voluit habere Johannem
Unde Jo. primo fuit homo missus
a deo cui nomen erat Johannes
Hic venit in testimonium ut testimonium
perhiberet de lumine. Videmus enim quod
regnum corporale huius mundi debetur
propinquis secundum carnem et quanto quis
est propinquior illi secundum carnem qui
possidet regnum, tanto propinquior
est sibi hereditas regni. Sic etiam
quanto quis est deo propinquior secundum
spiritum, tanto sibi est propinquior
hereditas regni spiritualis scilicet regni
celestis. Est enim nobis Christus propinquus
secundum carnem Gen. xxxvii Caro enim
et frater noster est, tamen Christus
secundum carnem nullum voluit habere
regnum, ipso dicente Regnum meum
non est de hoc mundo. Sed Christum di-
ximus habere regnum celeste. Et ideo
quando quanto quis Christo est propinquior
secundum spiritum tanto est sibi propinquior
hereditas regni celestis. Propinquitatem
autem spiritualem facit penitentia salutaris
Nam peccata dividunt et elongant
hominem a deo Ysa. lix iniquitates
vestre divise sunt inter hominem
et deum vestrum, sed penitentia saluta-
ris tollit peccata et facit hominem
appropinquare ad deum. Sicut hoc fecit
Johannes in deserto predicans

XVII

baptismi pñie in remissione pctor̄
leo qn̄do pcipit leenā sibi fregis-
se fidem inficit eam / et ideo lee-
na qn̄do fidem fregit leoni fugit
ab eo et elongat se et querit flumi-
um / ubi se lauet et postq̄ e lota
leo nō pcipit de pctō / et tunc se-
cure appinquat ad eum / leo xpc
est Apoc v vicit leo de tribu
juda nūc aīa que pctauit anteq̄
sit lota aquis pñie salutaris / tūc
secure nō audet coram xpo appare-
re qm̄ eam inficiat morte eterna
Sed si lauit se prius in aquis pñie
salutaris tūc secure appinquat ad
deum in die iudicij figuram habe-
mus 2° Reg xj° ubi legitur qđ dauid
vidit Bersabee se lauantem in
balneo et amauit eam / tulit q̄
eam in uxorem / et desponsauit
sibi eam / Dauid interptatur vultus
desiderabilis et signat xpm̄ quem
desiderant angeli conspicere qui
videns aīam pctoris lauantem
se in aquis penitencie adamat
eam et fecit eam sponsam sibi
Canticor 2° veni sponsa mea
veni de libano coronaberis / Sic nota
quia precursor dn̄i commendatur zone
pphecie quia de xpo pphetauit et
etiam zone sue vtuose operationis
Sic est de quo dictum est per ysa-
pphetam vox clamantis / Dicitur aut
Jo. esse vox sicut dicit Rabanus
quia sicut vox defert verbū ad
aures audiencium / ita Johannes
detulit xpm̄ ad aures hoīm pdi-
cando / et de xpo testimonium phibe-
do / ergo Johannes dictus est vox
clamantis et vocantis humanum
genus ad penitenciā / videmus enim

qn̄do quis clamat aliquem vocando
triplici de causa primo quia quoqȝ
contingit / q̄ ille quem vocat est
longe / nūc genus humanū ante
adventū erat longe Ephe primo
erim eratis longe facti estis prope
in sanguine xpi Secundum quoqȝ contingit
q̄ aliquis clamat quia ille quem
vocat est surdus Sic genus humanum
ante xpi adventū erat surdum
Et ideo xpc per Johannem clamat
ysa xlij Audite surdi / Sic xpus
duplici mō clamat ad genus hu-
manū / ut eum reduceret ad salute
ydeo vox Johannis / fuit vox clamant
xpi et vocantis nos ad vitam
eternā / ergo Jo dicitur vox clamantis
et dicentis Parate viam domini rec-
tas facite semitas eius / Per vias
intelligunt precepta quorum obserua-
cia ducit ad vitam Math xix / Si
vis ad vita ingredi serua madata
dei De istis vijs dicitur pverbiorū
iiij° vie eius vie pulcre ypse
aut Jo / hic commedatur precursor
domini racione vite et virtuose
operationis / commedatur zone vestime-
ti et racione alimenti / habuit
enim vestimentū valde asperum
in tactu / et turpe in aspectu / quia
de pilis Camelorum q̄ sunt asperi
et turpes / q̄si essent pili asinorum
et zona pelliceā habebat circa
lumbos suos Erat consuetudo
Hebreorum portare cinglin de lana
loco cuius viri pfecti agentes pe-
nitenciā portabant zonā pelli-
ceam / talem iniqua zonam por-
tabat Helyas pphta sicut scribitur
iiij° Reg primo Erat esca eius

locuste et mel silvestre. licet quidam dicunt quod per locustas debent intelligi radices quarumdam herbarum. tamen communis sententia doctorum est quod locuste quibus Iohannes vescebatur sunt quedam animalia parva et minuta ad modum digiti humani et sunt in colore viridia. tamen munda et nitida que inveniuntur in deserto Iudee inter gramina viridia. que quidem locuste cocte in oleo pauperum prebent victum et faciunt hominem castum. per mel silvestre aliqui dicunt quod in deserto Iudee sunt arbores pulcerrime quarum folia sunt valde lata et pulcra in aspectu et habent dicte melleum saporem et illa dicuntur mel silvestre et ista est summa Rabani. Sanctus Iohannes Baptista vestivit se de pilis camelorum Nam camelus dicitur a camelon quod est humile quia inter omnia animalia in dicamelus est humilius quia quando oneratur flectit genua et tamdiu manet flexis genibus quamdiu habet onus sufficiens sue vastitudini. vigent etiam cameli singulariter signis caritatis. nam quando de sero datur eis pabulum quamvis uni detur prius quam alteri nullus tamen et si essent centum incipit manducare. nisi omnes prius habeant pabulum ante se. ita quod ille cui apponitur ultimo pabulum qui primo incipit manducare et subito alii incipiunt manducare Sic ergo cameli qui tota die fuerunt in labore simul volunt etiam esse simul in consolatione Et eodem modo debent facere viri sancti qui in statu penitentie portant honestatem non

debent gerere hoc superbie. sed statim adiungere virtute humilitatis et caritatis. quoniam sicut dicit Augustinus Epistola numero 30 ubi visi humilitas et caritas presserit inter omnia que facimus tunc totum premium extorquet de manu superbie. figuram huius habemus 2° Regum septimo ubi legitur quod David deposuit vestimenta regia et induit Ephot id est vestimentum honestum sacerdotale quando introduxit Archam domini in Ierusalem. et cum Michol uxor sua reprehendet ipsum quia saltabat et tripudiabat ad honorem domini coram Archa federis testamenti. tunc dixit David per deum vivente ego ludam et vilior fiam et humilis gerere ante dominum et humilis ero in oculis meis Ecce quod David sumpto habitu sacerdotali et habitu honestatis dixit vilior fiam et humilis ero in conspectu domini et in oculis meis Et sic debet religiosus quilibet facere. quia ex hoc quanto est virtuosior et in habitu despectior tanto debet esse humilior Tunc exiebat ad eum omnis regio circa Iordanem Tante namque reputationis fuit Iohannes quod exiebat ad eum omnis Ierusalem id est omnes habitatores Ierusalem sive Ierusalem. et omnis Iudea id est qui erant de tribu Iuda et Beniamin Nam postquam Moyses interfecerat Seon regem Amorreorum et Og regem Basan adhuc vivente Moyse Tunc filii Ruben et filii Gad et media tribus Manassen habuerunt a Moyse in partem suam totam illam terram illorum duorum regum. que vocatur terra Galaad a quadam civitate supradicta et est tota regio illa circa Iordanem extra terminos terre promissionis

De istis ergo duabus tribubus cum
dimidia loquitur hic quando dicitur et
omnis regio circa Jordanem, et omnes
iste gentes de tribu Jude et Benia-
et Ruben et Gad et medie tribus
Manassen baptisabantur a Johanne
confitentes peccata sua ipsi Johanni et
discipulis suis. Sequitur Videns autem
multos. Hic commendatur precursor
domini racione virtuose audacie et in-
trepide pro peccatorum reprehensione
Sciendum est quod aput Judeos erant
due prave secte hominum qui erant
pleni dolo. Primo dicebantur Pharisei
a pharez quod est divisio quia
ipsi erant divisi habitu et victu
a communitate Judeorum portabant
enim spinas in fimbriis et in bra-
chiis portabant quedam philate-
ria id est quasdam cedulas in quibus
scripta erant precepta Moysi. Dicitur
enim philaterium a philare quod est
servare et torat quod est lex quia mon-
strabant se servatores legis. Et ideo
portabant maiores fimbrias quam
alii et in eis appendebant spinas
ad hoc ut cum ambularent pun-
gerentur tibie ipsorum et ut sic recor-
darentur servare legem moysaicam
et propter eandem causam portabant
quasdam membranulas sive cedu-
las in quibus scripta erant precepta
decalogi et talia philateria pen-
debant in fronte ut semper memo-
riam haberent preceptorum Moysi Et
dicebant isti quod Moyses precepit
Deuteronomio xxii funiculos in fimbriis fa-
cias. Iterum de preceptis portandis
scriptis in brachiis Exodo xiii Hoc
erit tibi signum in manu tua

Et hii sic minus intelligentes legem
faciebant peius quam alii et minus ob-
servabant. Et isti multos errores et
multa heretica ponebant. Alia vero
fuit secta quorundam qui dicebantur
Saducei et nominabant se a Sadoch
qui tempore David fuit summus pontifex
qui iustus homo fuit, et ideo ipsum
sibi usurpabant. Et isti etiam pone-
bant plurimos errores, negabant
enim resurrectionem, et recipiebant
quinque libros Moysi, sed omnes alios
libros prophetarum negabant. Videbant
autem isti quod totus populus currebat ad
Johannem, timuerunt ne lapidarentur
a populo. Et ideo iverunt et ipsi ad
Johannem ut baptizarentur ab ipso
sed tamen non credebant valere
baptismum Johannis, nec voluerunt pec-
cata sua confiteri, sed solum ficte
accedebant. Et hoc cognoscens
Johannes per divinam revelacionem dixit eis
Progenies viperarum, dicuntur Pha-
risei et Saducei et generaliter omnes
ypocrite vipere sive progenies vip-
perarum propter multa. Primo quidem quia
vipera exterius est pulcra et bene
colorata, sed interius est tota vene-
nosa. Sic Pharisei et Saducei
et singuli ypocrite sunt exterius
honesti et religiosi, sed interius
pestiferi et venenosi. Item vipera
cum vi pariat, quia pariendo mo-
ritur, quia filii sui scindunt ventrem
matris sue et occidunt eam. Sic
eciam Pharisei scindebant ventrem
legis, quia male intellexerunt
legem, et sic occidebant synago-
gam qua exierunt ab utero

locuti sunt falsa Sed dicendum est
sic quare Jo. vituperabat progenito-
res ipsorum dicens progenies vip-
parum quasi diceret vos estis filij et
progenies vipparum et progenitores
vestri vipere fuerunt Respondet Crisostomus
quia ipsi mores quos habebant, quos tra-
xerunt a patribus suis, ita quod non solum
ipsi, sed etiam patres eorum fuerunt pravi
Volens ergo Jo. detegere malitias pro-
genitorum et natorum, vocavit eos
progenies, siue filios vipparum, quia
vipere non generant nisi vipperas, et ta-
les parentes tales filij habent venenum
Sic etiam pharisei qui ad Johannem
veneant erant pleni pestifero
veneno sicut et patres eorum. Dicunt
naturales quod vippa vadit ad littus ma-
ris et sibilat et non intrat mare
et sic vocat ad se murenam qua
cum videt statim deponit venenum
suum Sic faciunt multi peccatores, vadunt
enim usque ad littus maris amari-
tudinis penitencie, sed amaritudinem
penitencie non intrat, sed sibilat coram
sacerdote confitentes peccata sua et co-
ram ipso venenum peccati deponentes
sed statim post resumunt venenum
recidiuantes in peccatum et tamquam
canes reuertuntur ad vomitum, Quis
demonstrauit vos fugere a ventura
ira, ventura ira est dies iudicij
de qua in Sophonia dies illa dies
ire dies mala. Est intencio Joh.
sic redarguere phariseos et Sadu-
ceos quasi diceret O vos veritatis dirrumpentes
vterum legis veritatis Ecce vos ve-
nitis ad baptismum meum solum
propter hoc vt euadatis et fugiatis
iram presentem sicut vos docet magister

vester fugere dyabolus cum diceretis michi
quis docebit vos fugere iram dei in
die iudicij quasi diceret fugere tunc nemo
poterit Non enim primo ceciderunt in ira fu-
roris eius nullus, sed ne pharisei crede-
rent quod esset omnino impossibile fu-
gere iram dei docet eos Johannes modum
per quem effugere possent scilicet facere
penitenciam veram de peccatis eorum et hoc
est quod concludendo dicit facite ergo
fructum dignum penitencie Dicit Crisostomus
ex quo penitencia facit fructum ergo potest
dici arbor, cuius radix est contricio
folia sunt verba confessionis et fructus
eius est satisfactio operis Dicitur autem
dignus fructus penitencie quando est vera
contricio et perfecta oris confessio et
est pena secundum mesuram culpe satisfactio
Apocalipsis xviij quantum glorificauit se
in delicijs suis tantum date ei tor-
menta et generalis regula quod arbores
que habent amaram radicem habent
dulcem fructum Nam radix oliue
est valde amara et tamen fructus
eius est valde dulcis sic penitencia habet
radicem amaram contricione Cantici 3o
velut mare contricio tua tamen fructus
eius dulcissimus est Cantici primo
fructus eius dulcissimus gutturi meo
figuram habemus primo Regum i ubi Anna
fleuit cum amaritudine cordis quia
sterilis erat, sed postea fecunda facta
est Sic peccator sterilis est, quia non
parit opus meritorium, sed si deplorat
peccatum suum cum amaritudine contri-
cionis cordis facit fructus bonos di-
gnos penitencie id est fructus vite eterne
Secundo et ne velitis dicere Hic est con-
siderandum quod Judei iactabant se quod
nati erant ex parentibus iustis et
ideo pharisei et Saducei desspici-
ebant gentes id est gentiles et om-
nes illos qui non erant ex

Abraham volens igit' Johannes
eos redargue' et putabant se
iustissimos q erant nati ex Abra
posuit manifestu' p'phetia de con-
versione gentiu' na' gentiles adora-
bant lapides et ydola formata ex
lapidib3 Et ideo Judei vocabant
eos lapides ergo e' p'phetia Johannis
q vos phariseí et Saducei no' dicatis
vos patrem habe' Abraham / quia
hoc modicu' valebit vobis / q' debet
dici filij Abraham illi qui faciunt
opa Abrahe Joh' viij Si filij A-
brahe estis opa Abrahe facite / q'm
omes illi qui faciunt opa Abrahe
sunt filij Abrahe Si non secundu'
carne saltem s'm spiritum et fide
potens est deus de lapidib3 istis
suscitare filios Abrahe / sz potens
est deus de gentib3 qui adorant la-
pides suscitare loco iudeo'r filios A-
brahe q'm gentiles facti sunt filij A-
postolo'r per fidei cognitione' Gall
iiij° filioli mei quos parturio / et sic
facti sunt filij Abrahe Erant aut'
Judei et pharisei valde rep'hensibiles
quia gl'iabant' se habe' patre' Ab-
raham / et cum ipi mali erat Et
ideo ipi debebant potius gl'iari
q essent filij dyaboli q' filij Abrahe
sicut dicebat eis xp'c Johannis viij
vos ex patre dyabolo estis Et sic fa-
ciunt hodie multi xpiani q' gl'iant'
de bonitate et nobilitate p'ntu'
cu' ipi mali sunt / et habent mores
rusticales / cont' quos dicit Crisos-
tomus ydest g'n'atio clara ei que
mores sordidat Et quid nocet g'n'a-
tio vilis ei que mores adornant
modo ponit Joh'es motivum et
ratione' quare Judei et pharisei
non debet gl'iari de hoc q erat
de p'plo iudaico et filij Abrahe
q'm Ecce iam securis ad radicem
posita est / Nam securis est divina
s'ma / arbor est iudaicus p'plus / radix
erat extremitas p'pli iudaici Est
ergo sensus Non gloriemini Ecce
divina s'ma qua vos indicavit cap-
tivari per Tytu' et vespesianum
iam posita e' ad radice' .i. iam ex-
plicata est ad extremitate' huius
p'pli / et tunc ad istum sensu' exponi
potest illud quod sequit' Omnis
arbor .i. qui no' facit fructu' bonu'
excidet' et in igne' mittet' .i. omnis
qui tunc vivit no' facit bona opa
excidet' et in igne' eternu' mittet'
Math' xxv Ite maledicti in ignem
eternu' / Sic ergo patet / q Jo. bapt'a
instruebat phariseos et saduceos et
singlos iudeos no' gl'iari de bo-
nitate et nobilitate genitorum
suo'r / sicut enim radix est extremitas
et no' quecunq3 sed illa que e' sub
terram / sic Judei qui tempore Joh'
et tempe xp'i habitabat in terra pro-
missionis erant extremitas totius
p'pli iudaici q'm ipi erat quorum
tempore debebant omes p'phetie
quia tempe xp'i omnia consumata
sunt / quia Judei no' crediderunt' susceperunt
fidem ubi / ideo dicti sunt xpiani
no' qualitercunq3 sed extremi / sicut ra-
dix que est sub terram / quia ipi
nichil sapiebat celeste / sed omnia
ad terram volvebat quia terreni erat
et ob s'mam sua' quia ipi fuerunt
postea de p'ximo pulsi a terra sua
p' Titu' et vespesianu' / dicta est
securis posita ad radice' no' ergo
debebat iudei gl'iari se habe'
patrem Abraham et ideo quia

quilibet homo est tamquam arbor ad
cuius radicem posita est securis quia
vita hominis est sicut arbor que
cottidie perdit, quia omnes morimur
et quasi aqua dilabimur in terram
et sicut arbor non potest scire casum
horis sue quia nescit quando ille
qui habet in manu sua securim
vult percutere, sic eciam homo non
potest scire horam quando deus dat
ultimum ictum, et ita tercius morte
et nichil incercius hora mortis
hec Augustinus Sequitur

Ego quidem baptiso vos
in aqua Nunc autem
Johannes ponit testimo-
nium qui aperte cristum
dei filium confitetur quia Johannes
primo manifestat xpm esse verum
deum racione potestatis Secundo ide
racione dignitatis Tercio racione
infinite bonitatis Quarto racione
iudicii et equitatis primum est no-
tandum quod quando Johannes dixit
xpm esse fortiorem se, ipse accepit
spiritualem fortitudinem qua fieri
potest de impio pius tunc ergo
deducatur sic ille qui est fortis for-
titudine qua potest peccata dimittere
et facere de impio pium, quia sicut
dicit Augustinus Maioris virtutis est
facere de impio pium quam de nullo
facere aliquid, sed primum non potest facere
nisi deus, ergo nec primum potest facere nisi
deus Sed xpc est fortis fortitu-
dine qua potest dimittere peccata ergo
xpc est verus deus, Ego quidem
baptiso vos in aqua etc. corporis
lacio qua ego lacio solum est
accidens et dispositio quedam

tamen non remittit peccata, sed disponit ad
remissionem peccatorum

ad veram penitentiam et ad remissionem
peccatorum Sed qui post me venit
est scilicet ad predicandum et baptisandum
fortior me est, quia non solum disponit
ad baptismum sive ad penitentiam et ad
remissionem peccatorum sed etiam peccata di-
mittit Non enim xpc fortior esset, si solum
disponeret ad remissionem peccatorum, quia
hoc ipsum poterat facere ipse per baptismum
suum, sed ad hoc ut xpc esset fortior
oportet dicere quod xpc per baptismum
suum remittet peccata ergo xpc est ve-
rus deus quod probatum est racione
primus fortitudinis et potestatis quia
peccata dimittit Item xpc est fortissimus
Job ix Si fortitudine queris robus-
tissimus est, quia filius dei fortissimus
fit, cui resistere nemo possit, tamen ipse
humiliavit semet ipsum et infirmitatem
nostre carnis assumpsit in qua pro
nobis pugnat in cruce et ibi devicit
et mortuus corporaliter victoriam et
mortem superavit et devicit spiritua-
liter, quia mortem nostram moriendo
destruxit, et vitam resurgendo re-
paravit Exemplum habemus dicunt
naturales quod pugna maxima est inter
dracones et elephantes et raro
vel numquam contingit quod elephas dra-
conem occidat, nisi moriatur ipse ele-
phas hoc modo, quia draco irruit
in elephantem et sugit sanguinem
eius tandem elephas debilitatus super
draconem cadit et suo pondere premit
eum et occidit eum Similiter ihesus
xpus pugnat cum dracone inferni
in ara crucis pro nobis et tandem
xpc debilitatus, propter maxima san-
guinis effusionem cecidit moriens
corporaliter, sed draconem inferni et
eius astuciam superavit et captivavit
perpetualiter Apocalipsis xx, apprehendit
draconem antiquum qui est dyabolus

et sathanam ligauit per annos mille figuram habemus iudicum xvj vbi legitur Sampson accessit cum puero ad domum principis principum philistinorum tangens columpnam in qua totum edificium sustentabatur fecit eam ruere et totum edificium subito corruit et mortuus est Sampson et omnes principes et sacerdotum philistinorum et ita Sampson moriens occidit emulos suos Sampson interpretatur Sol et xpc est sol iusticie Malachie vltimo vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie venit autem xpc dei filius per propriam voluntate cum puero i. cum pura et sancta humanitate assumpta ad domum principum philistinorum i. ad hunc mundum vbi tunc principabantur principes demoniorum et sic moriens xpc mortem nostram destruxit et dyabolos superauit Cogitare eciam deuocione debemus quanta est fortitudo xpi quia quanto magis se humiliat et se magis debilem et infirmum fecit tanto fortiores obtinuit et exemplum istius fortitudinis et arma milicie xpc nobis dimisit quia exemplum meum dedi vobis ut quemadmodum ego feci et vos faciatis Jo xiij capitulo videmus quod quando aliquis miles in aliqua patria fecit nobilem victoriam et triumphum omnes postea timent arma illius militis qui fecit victoriam et precipue pugnare contra portantes arma istius militis qui fecit victoriam Sicut narratur in hystoria Britonum quod Saraceni adhuc timent quando vident arma Regum arturi scilicet draconem viridem in capite aureo et hoc ideo quia yllustrissimus rex zelo fidei xpi fecit plerumque maximam stragem de Saracenis in partibus vltra marinis Illa autem arma xpi sunt paciencia et

humilitas et sub istis armis obtinuit victoriam contra ~~victoriam~~ dyabolum et iudaicum populum In cuius figura legimus Gene xxxij c. Jacob pugnauit et luctatus est cum angelo vsque mane et videns angelus quod eum superare non posset i. eum alio modo superare nollet tetigit angelus neruum femoris Jacob et dimisit eum et incepit Jacob claudicare et claudicauit tamdiu quamdiu non transiuit Jordanem sed postea liberatus est Sic xpc luctatus est cum populo iudaico qui descendit ex Jacob et hoc vsque mane quia primus disputauit contra duiciam phariseorum et iudeorum docens eos in templo vsque mane i. vsque ad horam passionis quando orta nobis est lux nostre salutis et tunc xpc eis clamantibus sanguis eius super nos et super filios nostros etc. et tetigit neruum femoris Jacob i. fortitudinem iudeorum descendencium ex femore Jacob quia tunc xpc dampnatur eos quantum ad destructionem factam per Titum et Vespesianum et ex tunc emarcuit et debilitatus est neruus fortitudinis iudeorum et ex tunc claudicauerunt et claudicant in via salutis quia semper sunt in errore vsque ad transitum Jordanis i. vsque ad susceptionem xpi de quo stati inducentur Debent ergo omnes fideles xpiani accipere miliciam xpi et sic pugnam intrare quia per pacienciam et humilitatem victoriam habebimus contra dyabolum quia deposuit deus potentes de sede et exaltauit humiles Cuius non sum dignus Hic declarat Johannes ex verbis precursoris xpm esse

verum deum racione dignitatis
sit aut calciamentum accipi pro hu-
manitate assumpta. Et racio huius
est quia sicut calciamentum sumitur
de pellibus mortui animalis et ex ipso
velatur caro pedis viva Sic huma-
nitas xpi fuit assumpta de huma-
nitate nostra mortua per peccatum primi
hominis et ex humilitate xpi velata
fuit viva eius divinitas et immor-
talis Et tunc secundum istum intellectum
debemus intelligere corrigiam modum
ligacionis et unionis qua huma-
nitas xpi est unita verbo qua
quidem corrigiam sive unionem
nullus viator xpi potest ad plenum
intelligere vel enarrare ysa. liij°
generacionem eius quis enarrabit
Cuius corrigiam i. cuius incarnacionis
misterium et ligaturam sive unionem
non sum dignus portare i. expli-
care et sic secundum istum modum patet quod
Jo manifestat xpm esse verum
deum racione dignitatis potest
tamen aliter exponi ista littera ad
eandem tamen conclusionem Sic preceptum
tum erat in lege quod quando vir mo-
riebatur et uxor eius manebat
absque liberis tunc ille qui propinquior
fuit viro suo debebat eam acci-
pere in uxorem et suscitare semen
fratris sui. quod si propinquus nollet
eam ducere hoc erat sicut dicit
magister in hystoriis altero duorum mo-
dorum vel mulier requirebat eum
coram iudicibus et tunc nec ille
nec alius propinquus accipiebat eam
in uxorem et tunc mulier coram
iudicibus discalciabat eum et spu-
ebat in faciem eius sicut patet deut°
xxv Cum mulier requirebat illum
propinquum si nolebat eam ducere
tamen alius qui isto propinquior

erat remanebat defuncto accipiebat
ipsam et tunc ille qui ducebat eam
in uxorem discalciabat illum qui
feminam respuerat et spuebat in fa-
ciem eius. Quando vero propinquus ille cui
primo debebatur mulierem assumere in
uxorem perveniebat non expectabat
quod mulier exigeret ipsum sed ipse perveniens
dicebat coram iudicibus se eam
nolle ducere in uxorem et tunc ipse-
met discalciabat se et iudices spu-
ebant in faciem eius ad perpetuam
verecundiam et filii sui semper vocabantur
filii discalciati. Huic ergo legi al-
ludens Jo bapt. vult dicere sic ipse
pater xpc qui me post venturus
est ad predicandum et baptisandum
sponsus est ecclesie fidelium et usque
nunc sponsus fuit synagoge iude-
orum quia sicut ad ecclesiam katho-
licam dicit sic dei filius Canticorum
iiij° Veni sponsa mea veni de li-
bano coronaberis Hanc sponsam
recepit sibi xpc in eternum sed priorem
sponsam scilicet synagogam iudeorum
repudiavit nec eam accepit sibi in
eternum sed dedit sibi libellum re-
pudii ysa. l. Quis est hic libellus
repudii matris vestre quo dimisi
eam videns Johannes synagogam
derelictam a xpo dicit Ego non sum
dignus dissolvere corrigiam calcia-
menti eius et tunc est sensus xpc
repudiavit synagogam ut ex ea
amplius non posset generare filios
Abrahe secundum fidem Sed ego non sum
dignus nec potens generare filios
secundum fidem ex ea quam repudiavit
Nam iudei postquam vir discalcia-
verat calciamentum propinqui porta-
bant istud calciamentum ad domum
suam ad perpetuam memoriam

debent singuli xpiani portare calci amenta in pedibus Et ratio est quia calcei fiunt de pellibus mortuorum animalium et ideo calciamenta semper re- presentant mortem animalis de cuius pel- le factum est Sic et quilibet xpianus debet portare circa pedes cordis sui pellem mortis xpi i. memoriam passionis xpi qualiter ipse passus est pro nobis / In cuius figuram preceptum fuit filiis israel Exo. xii. c. ut in exitu de Egipto te- nerent calciamenta in pedibus et baculos in manibus ad demonstrandum quod omnes fideles xpiani debent habere in corde suo memoriam passionis xpi et tenere baculum scilicet crucem xpi in manibus suis / Ipse vos baptisabit in spiritu sancto / ubi mathe manife- stat ex verbis iohannis xpm verum deum infinite bonitatis / Nam po- tentia appropriatur patri, sapientia filio / sed bonitas et clementia spiritui sancto Et hec est bonitas infinita / Tunc venit ihesus / hic ponit adventum xpi ad iohannem ut impleret testimonium eius de xpo / venit autem xpus ad iohannem cum iam esset xpus xxx annorum sicut dicitur in luca, et ad hoc ut diceret rabanus ut ostenderet / nullum accipere officium predicationis et dignitatem sacerdotii nisi sit etatis virilis / unde ioseph erat xxx^{ta} annorum quando cepit gubernare re- gnum Egipti Gen. xli. Similiter dauid erat annorum xxx^{ta} quando regnare incepit patet 2° Re. ii. v. Similiter Ezechiel propheta xxx^{ta} erat annorum quando prophetiam suscepit Similiter apud hebreos nulli licitum est audire vel studere nisi sit xxx^{ta} annorum Cum ergo esset annorum xpus xxx quibus pro maiori parte moratus

fuit in civitate Nazareth / que sita est in galilea venit ad iohannem qui baptisabat in iordane et predicabat baptismum xpi et adventum eius Et hoc est quod dicitur hic / Tunc quando io. baptisabat et predicabat venit ihesus in Galilea in Nazareth / venit usque ad iordanem ad io. et baptisabatur ab eo / volebat ab eo baptisari io- autem prohibebat eum dicens Ego a te debeo baptisari et tu venis ad me / Rabanus ponit Ego debeo de te vel a te baptisari i. per te a peccato originali emundari / sed etiam io. fuit in utero sanctificatus / dicitur patet quod io. dixit ex humilitate quia a te debeo baptisari per effectum baptis- mi / quod est appertio ianue celestis et gloriam beatam a te et per te con- sequi Respondens autem xpus dixit Sine modo sed ut baptiser a te Et notat Crisostomus / quod per hoc quod dicit / modo / dedit intelligere io. quod postea expediebat sibi baptisari a xpo et ita fuit in rei veritate Et tunc dimisit eum i. consensit ut baptisaret eum / patet ergo quod ihesus venit ad iohannem ut baptisaretur ab eo / assignantur multe rationes a sanctis quare xpus venit baptisari a iohanne Primo sicut Crisostomus ponit xpm venisse ad iohannem ut testimonium iohannis de adventu xpi ostenderet quo dixerat Qui post me ven- turus est etc. / Secundo ut testimonium a iohanne acciperet quo in presentia sua confiteretur eum esse verum deum io. primo Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi / Tertio ut pre- dicationem iohannis de baptismo prime confirmaret Quarto ut

baptiset a Johanne et sic per con-
tactum sue p(re)ciose carnis sanctificaret
aquas, ut omnes illi qui baptisa-
rentur in nomine patris et filii et spiritus
sancti lavarentur a peccatis ita quod
nullus ex tunc posset dicere, quod homines
sanctificati in utero indigerent baptismo
, quia Christus etiam sanctissimus baptisari
voluit, ut sic omnes ad baptismum
obligaret, et alias quascumque racio-
nes sicut dicit Augustinus dedit Christus in-
telligere in uno verbo quando dixit
Sic enim decet vos implere omnem
iustitiam et adimplere omne illud
quod est iustum et racionabile, et
sanctum. Ergo considerare debet multi
superbi et arrogantes artiste indi-
tes mediocri, quod quando audiunt presente
aliquem simplicem dedignantur ibi
stare et audire ipsum despicientes
Verum aut videat illum qui dixit
Vos vocatis me magister et domine et
bene dicitis, sum etenim Johannis 13o Et
tamen non fuit dedignatus audire
predicationem discipuli sui precursoris
domini, sed venit aut audiret ipsum
presente, et ut baptisaretur ab eo, non
ut indigeret, sed ut aliis exemplum
exhiberet, non debent verecundari
magis docti, predictum audire predica-
tionem et doctrinam illorum qui non
sunt ita docti, quia frequenter con-
venit quod ille qui universaliter pau-
ca novit, sciat aliquid, quod alter
nesciat, et id poterit discere ab eo Et
est figura huius, Cuius David esset
sapientior quam Jonathas frequenter
docuit David, quo effugeret manus
Saulis, ne ab ipso interficeretur
primo Regum 20o. Sic convenit quod quamvis
sit sapientior et astutior quam alius
, tamen ille potest docere aliquem modum
evadendi, manus dei Et ideo nullus

debet alium despicere, sed humiliter audire
verbum dei a quocumque, quia verbum quod
cumque dicitur a spiritu sancto est. Sic non
quod baptisati si statim moriuntur ascendunt
in celum Legitur in libro de mirabilibus
mirabilibus mundi quod in hybernia iuxta
mare sunt arbores in quibus aves loco
fructuum oriuntur, et quando advenit
tempus maturitatis separantur fructus illi
a ramis, et illi qui cadunt in aqua
vivificantur, et statim post modicum
incipiunt ut alie volucres avolare
Illi vero fructus qui non cadunt in aqua
non vivificantur sed moriuntur, Spiritualiter ar-
bores fuerunt Adam et Eva qui tunc
positi fuerunt iuxta mare quando primo
peccaverunt, quia tunc subiecti erant tribu-
lationibus et amaritudinibus huius mundi
, Et ex tunc omnes fructus eius omnes
filii Adam, qui quando nati sunt bap-
tisati sunt in aquis baptismi impli-
cite, sicut in veteri testamento vel ex-
plicite sicut in novo testamento vivi-
ficantur, et tandem sicut aves volant
ad celestia Osee 11o Effraym sicut
avis evolavit, sed illi qui non bap-
tisantur moriuntur In cuius figura legitur
, quod omnes illi ad quos pervenit aqua
templi sanabantur et vivificabantur
, alii vero non Ezechielis penultimo Et ecce
aperti sunt celi, Sic dicit Ewangelista, Et
spiritus sanctus descendit super Christum
in specie columbe, quia columba ma-
xima est cultrix caritatis et fecun-
ditatis Sic Christus maxime fuit plenus
caritate unde omnes fideles Christia-
nos in fide et caritate augmentavit
descendit spiritus sanctus super apostolos in
specie ignis quia descendit in eos
ut tolleret ab eis omnem rubiginem
peccati et dubietatis Et ecce vox
de celo dicens Hic est filius meus
dilectus Et ideo necesse dicere Christum

non esse principaliter hominem, sed hominem
et deum in quo michi bene complacui
i. in quo michi alii omnes complacent
quia per christum facta est complacentia
hominis ad deum, possunt et alie cause
assignari quare spiritus sanctus descendens super
christum in specie columbe dicit enim Ambrosius
quod ad partes multum remotas non possunt
melius mitti littere quam per columbas
quia columba habens pullos in
una civitate portatur ad aliam civitatem
et ibi assignantur sibi littere sub alis
et ipsa statim revertitur ad filios suos
Nunc autem genus humanum multum dista-
bat per peccatum a patre celesti in tantum
quod nullus homo poterat portare lit-
teras nostras deo patri sicut columba
benedicta videlicet christus et factus est
homo verus ipse portavit litteras
reconcilians nos patri deo et ideo
christus fuit vera columba figurata in co-
lumba quam Noe emisit de archa
que reversa est portans ramum
olive virentibus foliis decenter ornatum
Ramus autem olive signat victoriam
sic christus quem misit pater celestis
in mundum reversus est ad archam
paradisi cum ramis olive i. cum
nobilissima victoria quam ostendit
coram patre celesti et ad signi-
ficandum quod christus erat columba
que debet portare litteras nostre
reconciliationis coram patre cele-
sti ideo spiritus sanctus descendit su-
per eum in specie columbe Notandum
est sciendum quod Johannes hic pretermittit omnia
opera que fecit christus a die qua
baptisatus fuit a Johanne usque ad
Johannis incarcerationem, et quia omnia
opera christi pretermiserant Matheus Marcus
et Lucas ideo Johannes ewangelista
supplevit et fecit de eis mentionem

Nam postquam christus fuit de deserto
reversus ubi temptatus est a dyabolo
ipse venit ad Jordanem ubi Johannes
baptisabat, et tunc Johannes baptista
videns eum dixit Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi, et
tunc christus vocavit ad se primo vice
Andream et Symonem, scilicet petrum
fratrem eius qui secuti sunt christum
in die sequenti scilicet in crastinum
post quam petrus et Andreas secuti
erant christum venit philippus et
duxit Nathanaelem et ambo pariter
secuti sunt christum et sic iam erant
quatuor discipuli christi et hiis quatuor
ad se vocatis mansit christus in Galli-
lea judeorum scilicet Nazareth, Hec
omnia habentur Johannis primo capitulo
ipso anno vocatus fuit christus et
discipuli eius et mater eius ad
nuptias, que facta sunt in Chana
galilee et ibi eadem die qua bapti-
satus fuit a Johanne uno iam
revoluto mutavit christus aquam
in vinum secundo anno revoluto venit
christus cum matre sua et hiis qua-
tuor discipulis in Capharnaum
et in pascate sequenti ascendit
in Jerusalem et eiecit vendentes et
ementes de templo et tunc man-
sit aliquamdiu in Judea et bap-
tisabat credentes in eum in no-
mine patris et filii et spiritus sancti Et ex hoc
discipuli Johannis invidentes sibi
inceperunt murmurare de christo Sed
Johannes exhibuit eis testimonium
de christo, quod verus christus erat et ma-
sit christus in Judea aliquamdiu scilicet
a decimaquarta die mensis Aprilis
quando fuerat pascha judeorum, et
christus de templo eiecerat vendentes

et ementes usque primum Maij et
tunc reversus est in Galilea iudeorum
scilicet in Nazareth et circuiens ciuita
tes et tunc primo predicauit in Syna
goga iudeorum illud ysaie lxi Spiritus
domini super me quod audientes sa
cerdotes voluerunt xpm lapidare sed
quia nondum tempus passionis adue
niat recessit inde xpc et iuit in
Capharnaum que est ciuitas sita in
galilea gentium et in via vidit
Petrum et Andream et alios dis
cipulos et vocauit eos ad se
luc v. et ista fuit 2a vocatio Sed
adhuc tria vice vocauit eos bi
nas et binos de prima vocatione
et de descensu xpi in Capharnaum
Jo. 2o ca. de 2a vocatione luc
v. Sed de tercia vocatione legitur
mt. eodem modo sit ergo patet quod
non incepit publice in synagoga
predicare nisi circa primum mensem
Maij quando iam eiecit vendentes
et ementes de templo quia tunc
veniens in Galilea cepit predicare
et tunc iam missus est in carcerem
Johannes et hoc est quod dicit
Cum audisset ihesus xpc quod Johannes
esset in carcere et hoc prima die
Maij fuit secessit i. retrocessit
et venit in Galilea relicta Na
zareth vbi est sciendum quod duplex
erat Galilea vna dicebatur
galilea iudeorum quia ex quo
filij israel intrauerunt terram promissi
onis usque ad captiuitatem quod facta
est sub non inhabitauerunt
nisi ibi filij israel et ibi sita
est Nazareth Alia fuit galilea
gentium que sic dicta est sicut iij
Jo. reg. Salomon dedit in gal xx
oppida yram regi in recompensa
auri et argenti et lignorum
cedri quia yram rex Tiri dedit Sa
lomoni ad faciendum templum et in
habitauerunt in illa parte Galilee sui
yram rex Tiri qui gentiles erant
et gentes vocabantur et ob hoc tota
illa regio vbi erant xx ciuitates
vocata est galilea gentium Verum
est quod rex yram in processu temporis
iuit ad videndum illam regionem et
non placuit sibi et dimisit eam quod
adhuc viuente Salomone reuisa est
ad filios israel pertinebat enim ad illos
de tribu zabulon et de tribu Nepta
lim cum semper retinuit sibi nomen
galilee gentium Sit ergo xpus reces
sit de ierusalem et venit in Nazareth
quia est in Galilea iudeorum sed
Nazareth iudeorum dimissa iuit xpc
cum discipulis suis quos tunc
habebat in Galilea gentium vt ibi
publice predicaret et venit et habitauit
i. venit in Capharnaum ciuitatem
maritimam que sita est in finibus za
bulon et Neptalim fere tota galilea
gentium iudeorum est in zabulon
et Neptalim sed fere tota galilea
gentium est in terra Neptalim et Ca
pharnaum est sita in finibus vtriusque
terre cum Capharnaum pertinet ad
Galileam gentium Dicit hic Crisostomus
quod xpc fugit de ierusalem et de galilea
iudeorum postquam incarceratus est Johannes
quia pharisei volebant xpm capere
et precipitare Erant enim sacerdotes et
pontifices et pharisei multum turbati
quod xpc eiecerat vendentes et emen
tes de templo pharisei ita vexabantur
a dyabolo ut mortem xpi quererent sed
quia non dum veneat hora passionis
xpi ideo fugit xpc ne pharisei eum
cum interficerent vt impleretur quod
dictum est per ysaiam prophetam
primo tempore alleuiata est terra
zabulon et terra neptalim et

in nouissimo aggrauata est via ma-
ris transiordane galilee gencium po-
pulus qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam habitantibus
in regione vmbre mortis lux orta
est eis / hec verba ysa. Sensus litteralis
istorum verborum est / primo tempore allevi-
ata est terra zabulon et terra nepta-
lim i. tempore Salmanazar regis
Assiriorum terra istarum duarum est allevi-
ata ab habitatoribus suis qui erant
ita graues propter multitudinem peccatorum
quod terra non poterat eos sustinere Et
ideo quia ipsi plus aliis omnibus pec-
cabant ideo primo tempore i. in princi-
pio temporis quo incepit captivitas filiorum
israel ille due tribus sunt primo capte
et nouissimo tempore i. vltimo tempore
quo captiuitas x. tribuum totaliter facta
est tunc aggrauata est pondere tribula-
tionis via maris transiordane i. tota
terra aliarum octo tribuum que manserant
de x. que quidem terra sita est trans
iordane existentibus dico in ierusalem
versus via que ducit ad mare occiden-
tis quod est mare Tirrenum quod
transeunt peregrini quando vadunt
in ierusalem / populus qui ambulabat in
tenebris Totum referunt iudei ad
tempus Messie / sed hoc iudei dicunt
sicut omnia fabula / probaui super ysa.
sicut patet Terra zabulon dicitur
fuisse alleviata quando habitatores
eius qui erant homines praui sunt
inde sublati et occisi Nam peccatores
sunt ita graues ut et terra eos su-
stinere non possit quod sunt graues patet
in psalmo multiplicate sunt iniquitates
mee et sicut onus graue grauate sunt
super me patet per exemplum nature legimus
hystoriam Allexandri quod est quidam lapis
preciosus et grauis videatur leuius au-
teneretur in manu tamen si ponatur
in libra ex vna parte sua et ex
alia parte ponatur aurum quod est
grauius metallum mundi ponderat
auro / et totum aurum quod est in
mundo poneretur ex vna parte et lapis
ille ex alia parte adhuc pondera-
ret omnio lapis et descenderet
versus fundum terre et aurum ascen-
deret sursum verum est tamen quod si
lapis ille cooperiret puluere terre
statim modicum aurum preponderaret
et aurum tunc descenderet et lapis
ascenderet Similiter peccator est onere
peccati sicut lapis grauis descendens
ad fundum inferni Exo. xv. descen-
dunt in profundum quasi lapis et
est peccator grauior super terram quam sit
aurum / quod tamen metallum grauis-
simum est ydeo maxima dei pie-
tas est / quod peccator non statim descen-
dit ad profundum inferni Si tamen
peccator cooperiat se puluere humilitatis
humiliter confitendo peccata sua tunc
remittuntur sibi iniquitates et coo-
periuntur ne sibi imputentur peccata / psalmus
Beati quorum remisse sunt iniquitates
et q. t. s. p. Sunt enim tecta puluere
humilitatis Gene. xix loquar ad
dominum meum cum sim puluis et cinis
et tunc peccator fit agilis et leuis
ad ascendendum in celum iuxta illud
Ascendit iter pandens ante illum
Dico ergo quod peccator quamdiu est sub
peccato est graue pondus / vt etiam terra
eum sustinere non possit habemus
figuram Numeri xvi vbi legitur quod
Chore et Datan et Abyron con-
spirauerunt contra Moysen et A-
aron et propter illud peccatum facti sunt
ita graues / quod aperta est terra et
deglutiuit eos et familias

eorum simul unde ibi dicit quod
alleviata est terra zabulon quando
habitatores eius fuerunt inde remo-
ti et sic etiam hodie alleviatur
civitas quando mali homines fures
raptores et oppressores capiuntur et
a debito iudice occiduntur tunc
bene potest dici alleviata est civi-
tas quantum tamen potest sic exponi pro
tempore scilicet predicationis christi terra
zabulon et terra neptalim allevi-
ata est ab onere peccatorum per vir-
tutem predicationis christi et in novissi-
mo tempore aggravata est scilicet fides
christi a iudeis permanentibus in errore
populus qui ambulabat in tenebris
hoc dictum est propter illos per quibus
christus predicavit qui ad christum sunt
conversi quia omnes tales ante
adventum christi habitabant in potius
tenebrarum et specialiter gentiles
qui erant in tenebris ydolatrie
quia deum verum ignorabant
hic autem populus vidit lucem ma-
gnam id est predicationem christi quia credi-
dit in christum qui est lux vera
illuminans omnem hominem venientem
in hunc mundum et habitantibus
in regione umbre mortis lux
orta est eis hoc etiam referri
potest ad sanctos patres qui fuerunt
in lymbo qui quamvis non fuerunt in
morte gehenne infernalis tamen
erant in umbra quia visione
dei carebant sed quando christus tra-
xit eos de lymbo tunc lux orta
est eis Sequitur Exinde cepit
predicare id est ex quo testimonium
recepit a Johanne dicente Ecce
agnus dei Jo. primo cepit ihesus pre-
dicare et ad hoc sic dicit Crisostomus
ad demonstrandum quod illi qui predicacionis

officium assumunt prius debent habere
bonum testimonium de vita a populo
penitentiam agite appropinquabit enim
regnum celorum sic patet quod christus pre-
dicationem suam inchoavit ab eodem
a quo Johannes baptista suam incho-
averat videlicet a penitentia et racio est
posito quod quis sit predicator ante omnia
extirpanda sunt vicia et deinde
inserende sunt virtutes dictum ante
fuit supra quod penitentia facit appropinquare
regnum celorum Sed notandum quod Johannes
predicans penitentiam dicebat de futuro
appropinquabit enim regnum celorum
videns quia sua predicatio non remit-
tebat peccata sed solum disponebat sed
christus dicit de preterito appropinquavit
ad ostendendum maximam certitudinem
quod baptismus christi et sacramentum penitentie
est a christo institutum et remittit omnia
peccata et facit appropinquare regnum
celorum debemus ymaginari quod regnum
celorum sit quidem suavissimum verum
est quod peccatum elongat nos ab eo ut
possumus pertingere ad ipsum nisi per
virtutem penitentie que est amara in
superficie sed in medio sui continet
dulcedinem suavitatis vite sed quidam
sunt qui faciunt sicut Symea que
comedit libenter nuces et descendens
nuce degustans amaritudinem que
est in cortice statim fugit sic multi
gustantes amaritudinem que est
in cortice penitentie fugiunt desperant
et resiliunt nec perveniant in dul-
cedinem que est in fructu vite
Oportet prius tribulationes multas
sustinere et tandem possidebimus re-
gnum celorum figuram habemus primo
Esdre 3° ubi legitur quod filii israel
qui reversi erant de captivitate
Babilonica sustinuerunt multas

tribulationes antequam possent reedificare templum in sancta civitate Jerusalem Sed quia constantes fuerunt, quando passi sunt a gentibus circumstantibus multas impugnationes per septem annos, tandem finaliter in octavo anno compleverunt templum. sic oportet per vii annos i. per vii etates huius vite quibus homo potest vivere sustinere afflictiones multas et similiter in octavo anno i. in octava etate que est etas resurrectionis edificabimus nos ipsis templum domini in Jerusalem civitate sancta Augustinus oportet patienter sustinere amaritudine pene ut perveniamus ad dulcedine glorie Ambulabat Jhesus iuxta mare galilee secundum morem hebreorum omnes congregationes aquarum vocantur maria cum mare Galilee habet aquam dulcem et vocatur aliquando mare galilee, quia locus ille facit quoddam fluvium qui fluit per galileam, Vidit duos fratres Simonem qui vocatur petrus et Andream fratrem eius et ait illis venite post me Sciendum quod xpc tamen duabus vicibus vocaverat istos duos, sed nondum preparat eis quod ex toto mundum delinquerent, sed quod sequerentur xpm et ipsi secuti sunt xpm et manserunt cum ipso per aliquot tempus et postea recesserunt etiam de consensu xpi Sed nunc ista tertia vice totaliter mundum deliquerunt et ex toto inseparabiliter xpm sunt secuti Et dicit Augustinus quod nomen petri non fuit sibi hic impositum a xpo, Sed imposuerat sibi illud nomen xpc in prima vocatione quando Andreas duxit eum ad xpm Johannis I. tunc enim primo xpus vocavit petrum quod interpretatur agnoscens, cum tamen prius vocaretur Simon, quod interpretatur obediens

Venite post me scilicet affectione et opere faciam vos fieri piscatores hominum isti fecerunt bonum cambium, quia cum essent piscatores piscium, facti sunt piscatores hominum, At illi continuo i. statim, Beda Spiritus sancti gratia nescit tarda molimina Vidit autem duos fratres Jacobum zebedei scilicet filium et Johannem fratrem eius, fratrem videlicet Jacobi minoris reficientes i. reparantes et componentes retia sua, quia sicut dicit Crisostomus pauperes erant non habebant unde nova emerent et ideo antiqua reficiebant Nota quod Johannes et Jacobus tria dimiserunt scilicet primo retia hoc est delectationes corporales que sunt retia quibus diabolus capit animas hominum Secundum navem i. temporales divitias que sunt naves in qua homines huius mundi navigantes sustinent naufragium et cadent in infernum Tertio patrem i. carnales delectationes et corporales affectiones Sic ergo quicumque sequitur xpm dimittit ista tria non xpc curat quantum sit id quod dimittimus modicum dimiserunt petrus et Andreas Jacobus et Johannes deus non miratur donativus ~~affectum~~ effectum sed affectum, Duo sunt impedimenta que impediunt ne pisces capiantur a piscantibus primum est ex parte retium quia retia antiqua fetent et ideo fetor ipsorum facit pisces fugere et ob hoc sicut dicunt piscatores longe plures pisces capiantur cum retibus novis quam cum antiquis, quia nova redolent et antiqua fetent Sic etiam homines

audientes predicationem alicuius, si
non conuertuntur ad xpm, hoc conuenit
quibusdam quia recia predicatoris .i. verba
et opera ipsius fetent et habentur in
abhominatione, Et quia tamquam vita de-
spicitur restat ut eius predicatio con-
tempnatur et tales non lucrantur
deo animas, sed illi qui redolent
per famam bonam illi lucrantur et
facilius, quia libenter audiuntur, Ali-
ud etiam impedimentum ex parte
piscium, quia sunt aliqui pisces
ita maliciosi, quod etiam quando postquam
capti sunt adhuc fugiunt sicut
dicit ysidorus et quidam piscis
Escarus qui videns se captum
in sportula piscatoris ponit caudam
suam inter vimina, et tunc alii pis-
ces veniunt et cum caudis ipsius
amplicant adhuc post vimina
intantum quod ille exit extra Et tunc
Escarus de esca quam tulit in ore
porrigit eis partem, Sic conuenit quod
aliquis captus est in modo rethe
xpi, audiens verba sancte predicacionis
et habens propositum intrandi re-
ligionem et remittendi mundum
et quando percipit se captum in rethe
saluatoris vel in sportula sa-
lutis tunc trahit extra caudam
extra viam dicens intra se non
oportet quod ego adhuc faciam
illud bonum quod proposui sed ad-
huc expectabo aliqualiter quia
satis habeo de tempore, et tunc
parentes sui et amici iuuant
ipsum ad trahendum extra sportulam
sue salutis, et de proposito bono
et tales qui sic retrahunt ho-
mine non sunt piscatores xpi
sed dyaboli de quibus dictum est
ysaie .xix. merebunt piscatores
et lugebunt, et circuibat ihesus

tota galileam predicans euangelium
regni celestis et abiit opinio eius
.i. fama per tota Siriam, Est autem
secundum, sicut dicit Rabanus, solum
regnum cuius caput est Damascus
Et obtulerunt ei omnes male habe-
ntes uariis languoribus .i. omnes in-
firmos et qui demonia habebant
et lunaticos, dicuntur lunatici qui
in nouilunio aliquando torquentur
et paraliticos, Et secute sunt eum
turbe multe .i. multi propter quod multus
populus dicitur turba quia frequenter
in magno populo est perturbacio, Nam
discipuli xpi sequebantur ut instruerentur
infirmi ut sanarentur, famelici ut
ab ipso saturarentur, deuoti ut con-
uerterentur, inuidi ut xpo insidiarentur
et sic multis de causis congregate
sunt ad xpm turbe multe de galilea
tam iudeorum quam gencium et de
decapoli .i. de ciuitate que erat
caput Et dicitur a decem quod est decem
et polis .i. ciuitas quasi caput decem
ciuitatum Est enim sita illa ciuitas
trans iordanem, Sic multum infor-
mat nos noster saluator, Nam
ipse circuibat totam galileam quod
interpretatur curiositas, quia nos deus
circuibat videns curiositatem
nostram et volebat examinare
consciencia nostram de peccatis
que per maliciam committimus et

Secundum Matheum

Cum esset desponsata mater ihesu
maria Joseph ante quam conuenirent
inuenta est in utero habens
de spiritu sancto Joseph autem vir eius
cum esset iustus et nollet eam
traducere voluit occulte dimittere
eam, Hec autem eo cogitante ecce
angelus domini in sompnis apparuit

ei dicens Joseph fili dauid noli ti-
mere accipe mariam coniugem tuam
quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est pariet autem filium et vocabis
nomen eius ihesum ipse enim saluum fa-
ciat populum suum a peccatis eorum

Cum natus esset ihesus in Bethleem
iuda in diebus herodis regis Ecce
magi ab oriente venerunt iherusalem
dicentes vbi est qui natus est rex
iudeorum vidimus enim stellam eius
in oriente et venimus adorare eum
Audiens autem herodes rex turbatus
est et omnis iherosolima cum illo et
congregans omnes principes sacerdotum
et scribas sciscitabatur ab eis vbi cristus
nasceretur At illi dixerunt ei in Beth-
leem iude Sic enim scriptum est
per prophetam Et tu Bethleem terra
iuda nequaquam minima es in princi-
pibus iuda Ex te enim exiet dux qui
regat populum meum israel Tunc hero-
des clam vocatis magis diligenter
didicit ab eis tempus stelle que
apparuit eis Et mittens illos in
Bethleem dixit Ite et interrogate
diligenter de puero et cum inveneritis
renunciate michi ut et ego veni-
ens adorem eum Qui cum audis-
sent regem abierunt Et ecce stella
quam viderant in oriente antecede-
bat eos vsque dum veniens staret supra
vbi erat puer videntes autem stel-
lam gauisi sunt gaudio magno val-
de Et intrantes domum invenerunt pu-
erum cum maria matre eius Et pro-
cidentes adorauerunt eum Et ap-
pertis thezauris suis obtulerunt
ei munera aurum thus et mirram
Et responso accepto in sompnis ne re-
dirent ad herodem per aliam viam
reuersi sunt in regionem suam

Sermo ad clerum de assump-cione virginis marie etc

Que est ista que ascendit
de deserto delicijs affluens
Scripta sunt verba Canticorum
vj originaliter ante celsitudinem
vestre sanctitatis beatissime pater in con-
spectu quorum tanti cetus patres re-
uerendissimi sapientissimique viri
sermonem habiturus me conspicio
de mirabili ascensione et inter-
merate dei genitricis super choros
angelorum assumpcione gloriosa
cuius ineffabilitatem et admirabili-
tatem scientes plane confitemur
eam longe esse super intellectum no-
strum, quinimmo super intellectum huma-
num Cuius ergo summopere spiritus sancti gracia
indigentes ad regem glorie men-
tes nostras eleuemus ut intellectum
nostrum illuminet et affectum inflammet
ad capiendum ac reuerenter colendum
iocunditatem tante solempnitatis
vt finaliter spiritus intemerate dei
genitricis assumpcio gloriosa de deserto
vite presentis nos transferat ad
celestium deliciarum habitacula glo-
riosa et gaudiosa Ad thronum
igitur spiritus gracie cum confidencia
adeamus ac matrem gracie implo-
rantes ipsam salutemque dicentes
mente pia Aue maria gratia
plena etc Que est ista que etc
verba ista sunt vbi supra allegata
Reuerendissimi patres sapientissimi-
que viri beatissime dei genitricis ac
intemerate semper virginis assumpcio
gloriosa qua potenter ascendens
ipsa sursum de deserto mortalis glorie
huius vite delicijs affluens ipsa
due celestia penetrauit archana
humane capacitatis et intelligencie
gradus adeo sua sublimitate trans-

stendit ut de ea loqui sufficies
in me ipo plurimu cotinuata, quonia
mens mea diffidit lingua palpi-
tat vox silet n nro mea tantum
sed etiam angelorum quia n mortal-
lium quispiam adeo desertus aut v-
borum eloquentia preparatus invenit
ut distincte queat explicare ser-
mone tam excelse genitricis dei
insignia, que n prima visa est n
habere sequentem gaudia matris habens
cum virginitatis honore Sed quid
mirum si marie laudes et preroga-
tivas lingua nequit effari, quas
etiam nemo valet in corde medi-
tando scrutari, n totus inferior iste
mundus, immo n spiritus angelici suf-
ficiunt admirari qui prorsus in
admiratione hodie suspensi admira-
tive querunt Que est ista sic tam
digna que ascendit de deserto de-
liciis affluens, n miror ego si
angeli mirantur, sed miror si non
mirantur, habent scriptura sancta cuius pul-
critudine sol et luna mirantur
propterea sapientissimus ipse Salomo
in spiritu dei loquens de prophetico
in persona admirancium angelorum
admirative querebat in themate
preassumpto Que est ista que ascen-
dit de deserto deliciis affluens
que sunt verba pro vestris devotionibus
a principio pronuntiata In quibus
quidem verbis duo nobis denotantur
primo namque premittitur marie sub-
limitas admiranda cum queritur
Que est ista que ascendit de
deserto 2º subiungitur eius prelati-
tas adoptanda quia deliciis
affluens, primum probat mira ex-
altacio qua de mundi solio sur-
sum elevatur dum ascendit de de-
serto Secundum probat felix exal-
tacio qua celesti gaudio tota

iocundatur, quia deliciis affluens de
primo scriptum est Que est ista que
ascendit per desertum sicut virgula
fumi Canticorum iiiº de secundo Quam
pulcra et quam decora carissima in de-
liciis Cant vii Sed pro nunc preterita
vocum multiplici concordia dimissa
et verborum curiositate ad realitatem
materie huius predictis solempnitatis
transeamus, hunc sermone breuis-
sime in duas consideraciones per-
stringentes quarum prima erit de ipsius
intemerate dei genitricis assumpcione
gloriosa iuxta primam particulam thema-
tis cum queritur Que est ista que
ascendit de deserto Secunda consideracio
erit de ipsius dignitate ac multi-
plici prerogativa, quibus deliciis est
affluens Quantum ad primam conside-
racionem nostram principalem Reverendis-
simi patres sapientissimi et viri
veneracione digna sit hec iocunda fe-
stivitas honoris privilegio et quanto
veneranda sit devocionis obsequio
que non solum a viris orthodoxis
est venerabiliter instituta nec solum
ab antiquis patribus multipliciter
commendata, verum a sanctis prophetis
varie pronunciata, testis est ille
archanorum dei devotus contemplator
Johannes in Apocalipsi xii ait Signum
magnum apparuit in celo mulier
amicta sole et luna sub pedibus
eius Quis namque est mulier amicta
sole nisi virgo beatissima que hodie
divina claritate perfusa, non tantum
super solem materialem, sed etiam
super omnes choros angelorum extitit
exaltata hodie namque mundane civitatis
desertum deserens ipsa virgo beatissima
de valle ploracionis huius assumpta
celestem ingreditur civitatem, ad vitam
vocata perpetuam, ad patris regiam
ad conversacione securam, ad

lucem inaccessibilem, ad gloriam in-
enarrabilem ad celestis et eterni
regni pallacium ad iocundissimas celestis
patrie mansiones Hodie namque teste
beato Bernhardo martir in omelia,
virginem beatam celi sumpserunt, letando
angeli cantantes archangeli iubilando
throni exultando dominationes psallen-
do principatus armonizando potestates
citharizando cherubim et seraphim
hymnizando atque ad superne divine ma-
iestatis tribunal ducendo. Sed ipse
Christus dei filius et totius milicie cele-
stis exercitus obviam venit matre
eciam cum laudibus eam prosequente
Magna nimirum reverendissimi patres
leticie materia, ubi filius dei verbum
patris reginam illam inter choros virginum
preciosam in cunctis temporibus perelectam
in cellam suam primariam introduxit
divicias celestes regni ei committens
in qua regnat rex regum et dominus
dominancium Unde Augustinus in sermone de
assumptione super hoc exclamat ita
dicens O cuius excogitatio sufficiat
quam gloriosa hodie mundi regina pre-
cesserit quanto devocionis affectu tota
in eius occursum celestium legionum
prodierit multitudo quantis ad thronum
glorie canticis sit deducta quam placito
vultu, quam serena facie, quam letis am-
~~plexi~~ plexibus sit recepta et super
omnem creaturam exaltata cum eo honore
quo tanta mater digna fuit cum ea
gloria, qua tantum decuit filium Sed et
principes celestis milicie in ascensione
nove regine non sine magna ad-
miracione quesierunt Que est ista
que ascendit de deserto deliciis afflu-
ens Admirantur namque principes ce-
lestis ipsius virginis ascendentis
dignitatem Que est ista, admirantur
insuper ascensionem Que ascendit
Sed tercio admirantur locum a quo
scilicet de deserto, Sed demum ad-

mirantur ascendentis iocunditatem
qua deliciis affluens, Ecce cum quanta
admiracione ecce cum quanto honore
tam ex parte ecclesie militantis quam
triumphantis virgo beatissima super celos
hodie fuit exaltata Ex parte namque
militantis ecclesie affuere decent
ac revenerunt apostoli dei sancti omnes
Augustino teste sermone suo sic
dicente Ex antiqua ac verissima
tradicione accepimus, quod die assump-
cionis gloriose virginis cum sancti omnes
apostoli ad salvandum gentes pergerent
in momento temporis in altum sublati
plurimis convenerunt Et beatus Dio-
nisius apostoli discipulus in libro de
divinis nominibus hoc idem asserit
unde loquens ad Thimotheum sic inquit
nos ut nosti et ipse et multi sanctorum
nostrorum fratrum convenimus ad visionem
corporis vite principis, aderat enim
et frater dei Jacobus et Petrus
summa atque vetustissima theologorum
summitas De honore insuper hodie
impenso regine ex parte ecclesie tri-
umphantis sic inquit Jeronimus in
epistola ad Eustochium Credendum
inquit est hodierna die miliciam
celorum cum suis agminibus obviam
venisse dei genitrici, eam quam ingenti
lumine circumfulsisse et usque ad
thronum sibi ante mundi constitucionem
paratum cum laudibus et canticis spi-
ritualibus perduxisse, creditur quoque
quod et salvator omnium per se totus fe-
stinus occurrit et cum gaudio eam
in throno secum collocavit, alias
non implevisset quod in lege
mandavit, honora patrem tuum et
matrem tuam, Hec Jeronimus Ex quibus
beatus Augustinus in sermone probat hanc
assumptionem Christi assumptione digniorem
propter adventum regis

ita dicens Salua fili maiestate
inuenies assumptione matris non
mediocriter digniorem. Soli quippe
angeli redemptori occurrere potue-
runt, matri vero celorum pallacia
penetranti filius ipse vero cum tota
curia tam angelorum quam iustorum
solempniter occurrens erexit eam
ad beate consistorium sessionis nec
solum in anima virgo beatissima ad
beate consistorium sessionis hodie fuit
assumpta sed veraciter et realiter
in corpore et anima resurrectione tamen
eius prius facta. Hanc veritatem Augustinus
credit, Ieronimus probat, Fulgentius as-
struit, Bernhardus asserit, Comestor per-
quirit, Remigius docet, concludit
Alanus et innumeri alii tractatores
varie demonstrat, quinymmo huius ve-
ritatis quadruplex potest assignari
racio. Prima sumitur ex privilegio ma-
ternitatis. Secunda ex privilegio puritatis
et fecunde virginitatis. Tercia ex
privilegio imperiose dignitatis. Quarta
ex privilegio eminentissime sanctitatis.
Prima ergo racio sumitur ex privilegio
maternitatis quoniam ex vi et condicione
maternitatis consurgit quedam con-
cathenacio spiritualis, que fuit be-
atissime virginis ad humanitatem
Christi, et tanta est connexio ut eciam
Augustinus concedat quod Caro Ihesu caro
est Marie. Ex hoc inferens, quod sicut
caro Christi est gloriose exaltata
ita et caro Marie. Alias ut in-
quit eiusdem carnis una porcio
esset gloriose locata in celis. Et
alia obprobrio relicta in terris. Istam
concathenacionem profitetur sancta mater
ecclesia de Maria. Ascendit Cristus
super celos et paravit sue castissime
matri immortalitatis locum. Istam in-
super concathenacionem profitetur propheta
dicens Surge domine in requiem

tuam tu et archa sanctificacionis tue. Sed
virgo beatissima fuit archa sanctificacionis
domini non solum secundum animam, sed eciam
secundum corpus, ergo post Christum est assumpta
in corpore et anima. Secunda vero racio su-
mitur ex privilegio summe puritatis quoniam
una de potioribus racionibus quas as-
signat sancti quare corpora nostra redi-
guntur in pulverem est quia in corporibus
nostris dominatur ignis concupiscencie modo
ista racio locum non habuit in bea-
tissima virgine quoniam in ipsa nulla fuit
concupiscencia vel culpa actualis
vel originalis ergo racione summe
puritatis eius corpus non fuit incine-
ratum et per consequens gloriose ex-
altatum, propter quod scriptum est in Apocalipsi
xii capitulo date sunt mulieri due ale
una ut volaret quoniam ala humilitatis
elevata est anima, sed ala puritatis
elevatum est corpus. Tercia racio sumitur
ex privilegio imperiose dignitatis, quoniam
eisdem privilegiis et firmitatibus gau-
det imperatrix et regina quibus
gaudet imperator et rex. Et notatur
in lege princeps ubi in summa Augustus
legibus solutus privilegiata augusta
sed corpus Christi qui habet in femore
scriptum rex regum dominus dominancium
Apocalipsis xix illi legi date contra ho-
minem pulvis es et in pulverem
ibis, non fuit subiectum sed penitus ex-
emptum. Ergo corpus virginis impera-
tricis omnium de qua canit ecclesia Ave
regina celorum ave domina angelorum
a prefata lege fuit exemptum vel
privilegiatum et per consequens non
fuit incineratum sed in celo gloriose
locatum. Quarta racio sumitur ex privilegio
eminentissime sanctitatis, quoniam racione
summe sanctitatis in Christo caro eius inci-
nerata non fuit iuxta illud psalmus xv
non dabis sanctum tuum videre corrupcionem
id est sanctum sanctorum secundum Augustinum, sed virgo
beatissima post Christum supremum

sanctitatis obtinet secundum quod dicitur est enim sancta
sanctorum sicut Christus sanctus sanctorum ergo
ratione summe sanctitatis caro eius incine-
rata non fuit sed in celum assumpta et
non solum in celo, sed ut canit sancta mater
ecclesia super omnes choros angelorum hodi-
erna die fuit exaltata. Primo quia ipsa
maiori puritate nituit quam aliqua pu-
ra creatura videlicet illa qua maior
sub deo nequit intelligi ut inquit
Anshelm̄ de conceptu virginali. Tum
secundo quia ipsa igne divini amoris
plus ceteris creaturis fuit succensa.
Tum tertio quia maiori conformitate cu-
rat deo coniuncta. Tum quarto quia celi
et angelorum imperatrix et domina. Ideo ergo
super choros angelorum fuit exaltata
sed non solum super choros angelorum, sed
etiam in thalamo regis eterni iuxta
filium decenter collocata. Thalamus
iste vero ad quem hodie assumpta est
beatissima virgo theologice potest
ymaginari super celum empireum
qui in quadro positus iuxta notata
Apocalipsis xxi concedendo cum poetis qui
est sublimibus altus columpnis clara
micante auro, flammas radiante pi-
ropo, cuius tota divinitas fastigia sum-
ma protegit. Constituitur namque p̄mo
thalamus iste ex columpna altissima
divine bonitatis. Secundo ex columpna al-
tissima divine pietatis. Tertio ex columpna
altissima divine caritatis. Quarto ex
columpna altissima divine equitatis.
Ad has vero columpnas sic in quadro
positas quatuor cortine protrahuntur
mire pulchritudinis. Prima cortina est
ipsa lux immensa ab altitudine sua
increata descendens causaliter effec-
tive usque ad nos duplici via. Primo
per viam ypostatice nature per carne-
nem scilicet auream quam Homerus innuit.
Secunda via super naturam per gratiam
unionis qua fuit quando verbum

incarnatum factum est filius virginis.
Secunda cortina est providentia summa
qua rex regum universa necessaria
ministrat. Tertia cortina est firmitas
summa qua singula stabiliuntur de qua
propheta verbo domini celi firmati sunt.
Quarta cortina est sanctitas plena
qua beati glorificantur de qua Ipse propheta
Satiabor cum apparuit gloria tua.
Ille namque cortine in humeris tenentur
anulis alterius et alterius rationis
scilicet per omnes virtutes ymaginabiles
sub ultimo fine practico incomple-
xo usque ad summam latitudinem inte-
re bonitatis. Sed et quatuor vir-
gines amabiles illas cortinas
aperiunt in quatuor virtutum cardi-
nalium pulchritudine designato.
pavimentum thalami aureum mundum
omnipotentie dei, quod nequit inficí
sordibus culpe. In medio est solium
stellatum divine proprietatis quod stella-
tum dicitur propter infinitas perfectiones
quiditativas modales exemplares
et ydeales, ipsa enim est filiatio verbi
qua rex noster secundum quod homo sedet
ad dexteram patris ratione unionis
non ratione equalitatis, et in hoc
solio preter Christum nemo sedebit.
Ad hunc vero empireum thalamum
hodierna die assumpta est beatissima
virgo locata tamen in quodam excellen-
tissimo solio circa regem, ut conve-
niens personali unione creature pateretur
condicio illi luci inaccessibili vi-
deatur immensa. Testis est Bernhardus
in sermone Non enim decebat ex-
altatam dei matrem nisi tamquam
excellentissimam creaturam ponendam
in excellentissimo solio circa regem
quod solium aspicientes angeli ad
beatam virginem illuc ascendere ad-
miratione querebant Que est

ista que ascendit de deserto deli-
ciis affluens et hec de prima con-
sideratione sufficiat. Superest
nunc reverendissimi patres secunda
consideratio nostre principalis sed bre-
vior que ostendit qualiter virgo
suavissima nunc sit iocundissima ple-
na gaudiorum quia deliciis affluens
Ascendens itaque regina celi de de-
serto mundi huius ut cantus canit eccle-
sia Speciosa facta es et suavis in
deliciis tuis propterea spiritus angelici
tam redolentis flagrantie tante
que suavitatis delicias admirantes
inquirunt Que est ista acsi plane
dicerent Quo potuerit inveniri tan-
ta celestium deliciarum affluentia in
deserto vite mortalis in terra deser-
ta in via inaquosa ubi non est
nisi labor et dolor et afflictio spi-
ritus Et nos qui pascimur in deli-
ciis domus domini quos in civitate
dei fluminis impetus letificat et qui
potamur a torrente voluptatis et gloria
vultus eius tantas in nobis deli-
cias non habemus) Sed quid mira-
tur angeli de terra deserta mariam
ascendentem deliciis affluentem cessat
cessant angelice potestates huiusmodi
delicias admirari quoniam terra nostra
que olim fuit deserta postmodum
facta in maria est ortus plenus
deliciarum que non solum afflavit
veniens sed etiam perflavit ille su-
perveniens auster undique ut undique
fluant eius aromata videlicet
ipsa carismata gratiarum Unde Bernardus
Hoc est inquid vas illud quod
domus omnium virtutum affluentia
omni plene gratie et omni aroma-
tum odore perfudit O quante

et quam inestimabiles delicie quas
nulla plenitudo sequitur quas nullus
finis abrumpit nulla sollicitudo
conturbat nulla suspicio comitatur
O quam pulcra est ascensio tua quam
pulcri sunt gressus tui in calciamentis
filia principis Cantic. vii Tota pul-
cra es et decora filia Jerusalem tota
pulcra es exterius tota pulcra es in-
terius et sic tota pulcra per totum
O virgo virginum mater omnium bonorum
mater misericordie et porta salutis quis
poterit hodie recolere laudes et digni-
tates et delicias quibus affluens
iocundaris profecto nullus Ergo
merito sive iusti sive peccatores exorant
mariam sive angeli sive archangeli
respiciunt mariam ut miror quoniam
pax et unitas ecclesiastica in ipsa
virgine gloriosa perfecte fuit confirmata
tamquam veritatis triplex ratio ex tri-
plici eius virtute potest assignari
Prima ex sua fide Secunda ex sua
humilitate Tertia ex sua caritate
Ex prima virtute sic quoniam fides que
in ipsa semper fuit constantissima u-
nitate ecclesie firmatur tripliciter fir-
mata videlicet monte validissimo qui
non potest transcendi muro stabilissimo
qui non potest perfodi et castro potentis-
simo quod non potest expugnari De
primo scriptum est Math. xvii Si
habueritis fidem sicut granum sina-
pis et dixeritis huic monti transfer-
te transibit talem autem fidem
habuit virgo beatissima cum eius fi-
des semper fuit coronata perfectissime
humilitati et fervetissime caritati De
secunda firmata scilicet stabilitate muri
scriptum est Joh. xix Stabat iuxta
crucem Ihesu maria mater eius et

notanter dicit, stabat quia in illa fe-
rocissima ecclesie persecutione ubi percussus
est pastor ubi dispersi sunt oves ubi
fugerunt discipuli omnes in fide dubii
atque vacillantes, ipsa virgo beatissima
velut murus inexpugnabilis stabat
ad confirmacionem fidei et ecclesiastice
unitatis, ideo stabat ut inquit Am-
brosius, non ut dolorem filii considera-
ret sed ut salutem mundi expectaret, de-
tria firmata scilicet castro potentissimo
tamquam sancta mater ecclesia, quia ipsa est
terribilis ut castrorum acies ordinata
esse castrum potentissimum ad omnes
insultus hostiles ecclesie repellendum
in quo meritum fidei est sufficiens
armatura totius ecclesie ac unitatis e-
cclesiasticum defensiva sicut testatur sancta
Elisabeth de beatissima virgine, Beata
que credidisti quoniam perficientur in te omnia
que dicta sunt tibi a domino, omnia scilicet
misteria humane reparacionis et ex con-
sequenti confirmacio ecclesiastice uni-
tatis Secunda racio sumitur ex parte humi-
litatis, quia humilitas triplicem habet vir-
tutem qua mediante in beatissima virgine
confirmata est unitas ecclesiastica prima
est vis humilitatis attractiva que in
mariam traxit petram fundamentalem
ecclesie de qua Bernardus in sermone O fe-
lix cui nec humilitas defuit et virgi-
nitate fecunditas honoravit, quia et
si placuit ex virginitate traxit tamen
deum ad se ex humilitate, esto in hu-
militate virginis vim attractivam petre
fundamentalis ecclesie Secunda est vis hu-
militatis elevativa quia mariam elevat
ad cognicionem et amorem capitis ecclesie
de quo scriptum est luce xviii omnis qui se hu-
miliat exaltabitur, scilicet dignitas hu-
militatis in summo fuit in virgine gloriosa
sicut pulcre beatus Bernardus super missus

est angelus capitulo dicens, Ecce est
tam sublimis humilitas quia cedere non
novit honoribus intumescere gloria
nescit mater dei electa et ancillam
se nominat esse quanta fuit virginis
humilitas, Sed tercia est vis humilitatis
continuativa que mariam continuxit capiti
et membris ecclesie de qua ipsa di-
cebat in cantico quia respexit
humilitatem ancille sue ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes generaciones Tercia ra-
cio sumitur ex parte caritatis quia et si ca-
ritas super ceteras virtutes sit maxime
unitiva iuxta illud apostoli ad Roma-
nos viii Quis nos separabit a caritate
christi tribulacio an angustia an per-
secucio an fames an nuditas an
periculum an gladius Caritas tamen
beatissime virginis eo amplius et per-
fectius erat unitatis ecclesiastice con-
firmativa quo beatissima virgo capi-
ti totius ecclesie erat omnium propinqua-
propinquissima ut puta eius filia
mater et sponsa Ex hac enim propin-
quitate et unione virginis cum sole
iusticie tanto caritatis ardore eadem
virgo succensa est ut per totum et
universum orbem suos radios pro-
tenderit caritatis unitive quod de-
clarans beatus Bernardus in quodam sermone
sic inquit Maria quippe omnia omnibus
facta est sapientissimis et insipien-
tibus caritate copiosissima de-
bitorem se fecit omnibus omnibus misericordie sinum
aperuit ut de plenitudine eius
capiat universi egri curacionem
tristis consolacionem peccator veniam iustus
graciam angeli leticiam denique
trinitas gloriam, filius personam humane
carnis substanciam, ut non sit qui se
abscondat a calore eius Ergo
radii unitivi a caritate beatissime

virginis predentes sicut ut premissum
est per totum radiauit vniuersum
orbem/ sequitur quod in caritate virginis
non tamquam in riuulis sed tamquam in
fonte plenissimo pax et vnitas
ecclesiastica fuit perfecte confirmata
Ergo quanta deuotione et quanta humi-
litate cum quanto affectu ad bea-
tissima virgine modo debemus re-
currere ipsam humiliter exorando ut per
suam misericordiam aput regem glorie
patrem et commione sancte matris ecclesie
dignetur nobis impetrare etc.

Notandum quod tria sunt que nobis
pater celestis donauit et quare
hoc donum debet esse nobis gratum
et acceptum/ vna ratio est ex parte
dantis quando ille qui dat dat ex
magna caritate quia modicum non
tantum curatur de dono quantum ad af-
fectum dantis Et ideo istud donum
scilicet filius dei datum est nobis ex ma-
xima caritate patris Et hec ra-
tio tangitur cum dicit Johannes in Cano-
nica sua prima capitulo iiij^o In hoc
apparuit caritas dei et nobis/ Secunda
ratio est ex parte dati siue rei
misse/ quando illud quod datur est
magnum et preciosum tunc debet
esse multum gratum et acceptum et
placitum et istud fuit datum ma-
ximum quia filium suum vnigenitum
misit/ Tertia ratio est ex parte
recipientis quando ille cui datur a-
liquod donum maxime indiget illo
Et ita erat aput nos/ quod multum
indigebamus tali dono/ quod nos
resuscitaret quia mortui eramus
et hoc notatur quod dicit Johannes ut
viuamus per ipsum Quarta ratio
sumitur ex parte deferentis quod aliquando
propter gratiam persone deferentis donum

debet esse et est magis acceptum
quia persona decens et graciosa hoc
defert/ et hec ratio tangitur cum dicit
Johannes misit filium suum/ Hec est largitas
eius in qua nobis deus pater ista dona
contulit Tunc etiam nos debemus sibi
offerre Et primo nota quod quedam debemus
anime nostre quedam corpori quedam proximo
et quedam deo Nam anime nostre debemus
tria primo super corpus dominationem quia
caro est ille seruus per quem [illegible] eam
regnauit commouet tria Et ita [illegible]
primo pollicitatur ordinate prin-
cipatum persone est/ vbi anima principatur et
caro subicitur/ pestilens autem regnum
persone est in qua fit econuerso ut idem dicit
Secundo nos debemus anime diuini verbi refec-
tionem/ sancte enim debemus quod non in solo
pane viuit homo/ sed in omni verbo etc.
Matthei iiij^o et deutronomii viij/ Tertio de-
bemus anime a peccato elongationem quia qui
diligit iniquitatem odit animam suam Et
alibi/ noluit intelligere ut bene ageret
Corpori autem debemus tria/ scilicet necessaria
vite ne deficiat/ virgam discipline ne
tepescat/ onus pene ne lasciuiat
Ecclesiastici xxxiij Cibaria virga et onus a-
sino/ panis disciplina et opus seruo
Proximo etiam debemus tria ut dicit
Richardus de sancto victore/ scilicet nostrum
posse in obsequendo/ nostrum velle in a-
mando/ nostrum scire in consulendo Tunc
primo debemus attendere ad deum et of-
ferre sibi tria munera primo cor nostrum
per fidei dilectionem sua precepta om-
nino adimplendo vnde psalmista ideo
dilexi mandata tua super aurum et
topasion Secundo os per gratiarum
actionem et laudis decantationem
psalmista et cantet tibi gloria mea et
anima mea quam redemisti Tertio
pro corporis nostri imitatione quia de-
bemus sequi et imitari eum ad

Ephe v. Estote imitatores dei sicut
et ego xpi Secundo quia si aliquis im-
pugnare vel vincere vult inimicum suum
ille quantum ad praesens spectat indiget quatuor
generibus armorum / primo indiget ense ad
percuciendum Secundo scuto ad protegendum
Tercio forti societate ad impugnandum
Et quarto veritate ut habeat licitum
bellum ad finem victorie consequendum
quilibet ergo xpianus volens vincere ta-
liter inimicum suum et ipsum dyabolum qui est
princeps eius debet habere pro ense
caritatis dilectionem / pro scuto fidei for-
tificationem pro societate divini auxilij
impetracionem et pro veritate xpi
humanitatis confessionem Nam primo
quilibet volens vincere mundum pro
ense debet habere caritatis dilectionem
quia sicut ensis et arma dividunt
amicos et inimicos et per ipsa unus
defendit se ab alio sic per solam
dilectionem cognoscitur filius dei et
filius dyaboli Unde beatus Augustinus de
trinitate ait / Caritas hec sola dividit
inter filios eterni regni et filios perdi-
cionis et hoc tangit Apostolus Johannes j
Ca. v. capitulo cum dicit Omne quod
natum est ex deo vincit mundum Secundo
pro scuto debet habere fidei fortifi-
cationem quia sicut per scutum quilibet
se protegit ab inimicis / sic per fidem
~~humana~~ humani generis inimici nobis
nocere non possunt Unde ad Ephe vi di-
citur In omnibus sumentes scutum fidei
ut possitis omnia tela nequissimi ho-
stis extinguere Et hoc tangit Johannes
in Canonica cum dicit / Hec est victoria
que vincit mundum fides vestra Tercio pro
societate debet habere divini auxilij
invocacionem Nam nullus debet de
se ipso confidere / sed ad vincendum inimicos
semper debet divinum auxilium impetrare
Unde psalmista Dominus michi adiutor non
timebo quid faciat michi homo
Et subdit Dominus michi adiutor et
ego dispiciam inimicos meos Et hoc
tangit Johannes in Canonica cum dicit Quis
est qui vincit mundum nisi qui credit
quoniam xpus est filius dei i. qui habet
filium dei et suum auxilium ille est qui
potest vincere mundum Quarto pro fi-
ne victorie debet habere humanitatis
xpi confessionem Nam bellantes
pro veritate et habentes licitum bel-
lum secure possunt bellare / quia
prope est dominus omnibus invocantibus eum
in veritate Qui igitur confitetur
xpm venisse in aqua baptismi per
aquam regeneratus est et sibi in-
corporatus et qui confitetur eum venis-
se per sanguinem per redemptus est
secure pugnare potest cum fiducia
optinendi Et hoc vult Johannes
Apostolus cum dicit Hic est qui venit
per aquam et sanguinem Ihesus xpus etc.

Sermo de purificatione Marie
magistri Vigandi etc. Sequitur

Postquam impleti sunt dies
purgationis marie secundum
legem Moysi / Luce ij Di-
es sunt xl^ta a nativitate quia
tunc xl^ta diebus mulieres purifica-
bantur ab immundicia sanguinis
Pro quo advertenda est hystoria
Levitici xij ubi habetur quod mulier sus-
cepto semine immunda existens et
propter hoc septem diebus debet ab
homine consorcio abstinere Et ab in-
gressu templi Sed elapsis hiis
vij diebus restituebatur ei consorcium
hominum / sed adhuc xxxiij diebus
ab ingressu templi tenebatur
abstinere Et sic xl^ta diebus elapsis
ingrediatur templum ad oblatio-

nibus a lege statutis et tunc filium deo
putabat Si autem filiam peperit du-
plicabant dies quia xiiii diebus
abstinere tenebatur a consortio hominum
et lxxx ab ingressu ecclesie Et quamvis
ita fuerit in veteri lege tamen nunc
tempore gracie et veritatis mulier ante illud
tempus xlta dierum quando voluerit
poterit ingredi ecclesiam gratias acta
domino deo quia afflictis non est ad-
denda afflictio Si tamen propter indicia
sanguinis prius habita ex reverentia
voluerit abstinere ab ecclesie ingressu
eius devotio quo ad hoc non est
improbanda de purificatione post par-
tum et vno Sed caveant mulieres
ne devotio in accidiam et voluptate
carnalem commutatur et ne propter bona
refectione ex varijs cibis et potibus
diutius in lecto maneat et a templo
abstineat quam oportet Sed quare pu-
er offerri debebat xlmo die Prima
prima ratio ad ostendendum quod sicut
puer die xlma in materiale templum
inducitur sic die xlma a die concep-
tionis anima pueri ut communiter infunditur
Secunda ratio ex precedenti sumitur quod sicut
anima xlma die infusa corpori ab ipso
corpore viciatur ratione originalis peccati
maculatur Sic xlma die templum
ingrediens cum oblationibus a domino
templi per eius fidem mundatur am-
plius mundetur et maiori gratia dignifi-
cetur Tercio ex quo xlta sunt quater
x et decies quater ad ostendendum
quod bene meretur ingredi templum
eternum regni dei qui decem precepta
et quatuor evangelia spe et fide sua
iunt xlma die portabatur puer
Sed quare hij dies duplicantur in
femina dicunt aliqui quod ex eo quia
die lxxxma anima femelle infunditur

ut communiter Et huius duplicationis potest
alia ratio assignari quia Christus assump-
turus erat humanitatem in sexu viri-
li igitur prehonorando hunc sexum disposuit
ut masculinum corpus citius formaretur
et animaretur et mater eius citius
mundaretur et per consequens consortio
hominum et templi velocius restituetur
Secunda ratio quia mulier plus peccavit
viro a principio Igitur sicut prius pene
respectu viri sunt multiplicate et quasi
duplicate in mundo sic debebat dupli-
cari intus in utero Sed quare mater
domini voluit purificari ex quo lex ip-
sam non astringebat dicendum ad hoc
ut testatur origenes omelia viii
super leviticum dicens quod lex non addit
super causa et superflue mulier que suscep-
to semine peperit masculum quia hoc
apponit ad differentiam illius mulieris
que sine viri semine concepit et peperit
ut non omnem mulierem pariente de-
signaretur immundam sed istam tantum
que suscepto semine peperisset Et hec
lex de munditia ad mulieres communes
pertinet Sed de maria dicitur virgo
concepit et peperit virgo post partum
mansit ferant ergo legis onera mu-
lieres virgines vero ab hijs habebantur
immunes Et quamvis scriptura sepe vocat
mulierem mariam tamen ibi tamen ibi
non recipitur pro corrupta sed sexus
distinctione vocat Item quare voluit
purificari ex quo immunda non fuit ex par-
tu Christi Unde Bernhardus in quodam sermone
huius festi dicit Putas non posset mo-
veri anima virginis et dicere quod michi
opus est purificatio cur abstinea ab
ingressu templi ex quo uterus meus
nesciens virum factus est templum
spiritus sancti Cur non ingrediar templum
ex quo peperi dominum templi michil
in conceptu nichil in partu impurum
fuit nichil illicitum nichil purgandum

maxime cum caro mea fons pietatis
sit / et venit in me, et de me in mundum
volens ipsum mundare a noxiis et reficere
remissione peccatorum / Unde subdit Bernhardus
vere virgo beata non est tibi opus purifi-
catione / quia tota pulchra es amica
mea et macula non est in te / sed esto
inter mulieres ut una illarum / nam filius
tuus sic fuit in numero puerorum / et sicut
unus illorum circumcidi voluit cui non
erat opus circumcisione / quia peccatum
non fecit et ideo dicit Anastasius
Sicut non gratia sui est homo factus
et circumcisus / sed ut nos per gratiam
faceret deos et ut spiritualiter circumcida-
mur / sic propter nos presentatur domino / ut
nos metipsos offeramus domino Unde
Simeon Adhuc parvulus et infans
existens monet nos / quales nos
fieri oportet scilicet parvulos in malitia
/ si secum volumus in eterno templo
regnare Et hec est una ratio quare puri-
ficari debuit / vel verius ut purificata
se ostenderet / voluit enim ut sua socia
aliis mulieribus legem dei tenentibus
conformari in legis divine observatione
Secunda ratio propter perfectam obedientiam
ostendendam / que sepe plus facit quam
tenet Bernhardus perfecta obedientia legem
nescit terminis non artatur / sed largiori vo-
luntate fertur in latitudine caritatis /
Tertia propter exemplum vere humilitatis
ostendendum tam in filio quam in matre.
Hec enim est vera humilitas / qua quis
non solum vult humilis reputari / sed et
vilis reputari / subiciens etiam se
hiis quibus non tenetur / et in hoc docuit
nos humilitatem / ut non indignemur
/ si reputamur peccatores vel maiores quam
sumus Et docuit nos humiliter debere
subici legi et sacramentis Anshelmus
Si illa virgo que erat purissima
ea puritate qua sub deo maior
nequit intelligi / venit humiliter
subire legem communem multo magis

ipsius exemplo quilibet peccator inductus
debet humiliter se ipsum subicere legi et
sacramentis ex quibus puritatem acquirat
et dicere cum propheta Asperges me domine
ysopo et mundabor Tulerunt illum
in Jerusalem Hic enim locus fuit depu-
tatus divinis obsequiis et sacrificiis
offerendis / Ad quem locum congrue de-
bet portari Christus / quia in eodem
loco se ipsum deo patri pro totius
mundi salute post annos xxxiii erat
oblaturus Et tulerunt illum / ubi post
circumcisionem / ut doceret nos post hoc spiritualiter
debere circumcidi / et a peccatis purgari / an-
tequam nos metipsos offeramus ad Romanos
xii obsecro vos ut exhibeatis cor-
pora vestra hostiam viventem sanctam etc.
Ut sisterent eum domino i. ut pre-
sentarent vel offerrent domino sicut
et obtulerunt Iste enim ritus precipi-
tur a domino dicente Moysi Sanctifica
michi omne primogenitum quod ap-
perit vulvam in filiis Israel Exo. xiii
In quo figuratum est / quod per Christum qui
est primogenitus dei patris in di-
vinitate / et virginis matris in humanitate
sanctificandi erant omnes qui deo
essent accepti Et per ipsum Christum
qui est primogenitus mortuorum et
princeps regum terre Apocalypsis primo
debebant omnes electi de culpa ad
gratiam de morte ad vitam de pena
revocari ad gloriam / et ut ita in con-
spectu altissimi presentarentur / ad Romanos
viii quos prescivit et predestinavit
conformes fieri ymaginis filii sui
ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus Bernhardus in sermone huius festi
sic alloquitur mariam / Offer filium
virgo sacratissima / presenta nunc inter
omnes mulieres benedicta / benedictum
fructum ventris tui deo patri offer
pro nostra omnium reconciliatione ho-
stiam sanctam deo placentem

omnino acceptabit deus oblacionem
istam nouam et preciosissimam de qua
ipse dicit hic est filius meus dilectus
in quo michi bene complacui Sed ob-
lacio ista fuit satis delicata est
vbi tamen portatur in templum et
statim domino redimitur auibus et
statim reportatur veniet tempus
quando non in templo offeretur in brachia
Simeonis sed extra ciuitatem inter
brachia crucis veniet tempus quando
non redimetur alieno sed alios re-
dimet sanguine proprio quia redemptor
misit enim populo suo istud est sacrificium
matutinum istud erit vespertinum istud
cotidianus istud plenius et perfectius
istud in primicia tue natiuitatis istud
in plenitudine etatis Et de vtraque
oblacione verum est quod dicit propheta ysa-
ie liii oblatus est quia ipse voluit
non quia opus ei erat et sub le-
ge erat Sed quia voluit Filius
in cruce oblatus est non quia meruit
sed quia voluit vnde psalmista volun-
tarie sacrificabo tibi Sed Sed nunc
virgo que visitando cognata sua
pro dileccione tacere non potuit sed
ex corde et ore deum magnificat
Hic filium suum offerendo deo patri
qui plenius respondet quidam doctor
presentauit virgo puerum deo patri
sibi gracias agens de tanto munere
quia sit sine semine et dolore con-
cepit et peperit Exultans ergo in
spiritu forte talia verba vel similia
protulit Ecce noua progenies a ce-
lo alto missa ecce presento tibi domine
pater filium eternaliter tuum et meum
temporaliter Ecce presento eum qui est
tibi semper presens gracias ago tibi
quia ipsum sic mirabiliter concepi
et peperi gracias tibi ago quia in
hac prole dignissima in hoc paruulo
infante tibi communico quia in
partu illius sum mater cuius tu

es eciam pater oblacionem tibi nouam
offero verbum caro factum est quod tunc
seipsum tibi pater offert Et postea
in ara crucis pro mundi salute se offert
pro reconsiliacione viuorum et mortu-
orum Ex hac littera dat doctrina pa-
rentibus ut filios suos offerant deo
per fidem et bonorum operum instructionem
leuitici xv vbi dixit dominus moysi et
Aaron docebitis filios israel ut caue-
ant inmundicias et non moriantur
in sordibus suis Sed eo multi offerunt
eos modo et dyabolo psalmista immolauerunt
filios suos et filias demoniis Item
docemur deo offerre nos metipsos
vnde Bernhardus in sermone cum quid ret-
buam domino pro omnibus que retribuit
michi Ille pro nobis obtulit hosti-
am preciosiorem quam habuit semet-
ipsum cum ius tribuat michi oblacionem
meam dignetur tanta maiestas sus-
cipere duo minuta habeo corpus et
animam vtinam hec sibi possem perfecte
in sacrificium laudis offerre fratres
mei mortuo domino videns hostias
mortuas offerebat Sic nunc dicat
dominus viuo ego dicit dominus nolo mor-
tem peccatoris etc Ex quo ergo dominus
non vult mortem meam igitur ei libet
offerre vitam meam Et in oblacione
ista tria fuisse dicuntur Joseph vir
et sponsus maria mater et virgo
et puer ihesus Sic in oblacione nostra
spiritualiter debet esse vilis consta-
tia contra dyabolum per virum joseph
designata continencia carnis contra
carnem voluptuosam per mariam
designata et consciencie nostre
simplicitas humilitas et puerilis
puritas contra mundum per puerum
ihesum denotata Sicut scriptum
est in lege domini Exodi xiii leuitici
xii Numeri xviii Omne mas-
culinum et aperiens vuluam sitim
domino vocabitur Et aperiens id est
primo apperiens vel alias postea

egressurus aperiens. Sic'm domino
vocabit' i· domino offeret' et sanctu
erit et applicabit' divino cultui, qui
si erant primogenita tribus levi
post oblacone deportabant' ut nu-
trirent' a parentibus in adulta tamen
etate perpetue serviebat in templo
de alia tribu erat domini ex obla-
cone sed redimebant' Sed dices
ista lex non erat obligatoria xpo
quia ipse clauso vtero exivit. vnde
canit mater ecclesia Sicut sidus ra-
dium profert virgo filium. et Ezechi-
xliiij dicit' in figura huius porta clausa
erit et non aperietur dico quod loquitur
de nativitate que modo aliorum. vel
potest dici quod hec sunt verba ewa-
gelizata recitatis regem non dicentis
secundum Sixmo libro ij ca· xxij Magis
sacramentum et distincta et designata
locutus ut masculum primogenitum
et feminam domino sisteret quam omne
quod vile forte et firmum esse co-
gnoscat' domino est consecrandum
quod autem est corporale actionis domino
in templo suo offerri non convenit etc
Et ut darent hostiam secundum
quod dictum est in lege domini
par turturum aut duos pullos
columbarum. preceptum enim erat
in lege levitici xij ca· mulier que
masculum peperisset post dies purga-
tionis scilicet die xl^ma a nativitate
pueri deferret agnum anniculum in
holocaustum et pullum columbe
sive turturem pro peccato ad hostium
tabernaculi in testimonium et tradet
sacerdoti. Et hoc erat preceptum quantum
ad divites tantum aut ad pau-
peres alia lex ibi dicit ca· si non

non invenit manus eius nec poterit
offerre agnum, sumat duos turtures
aut duos pullos columbe, unum
in holocaustum et alterum pro peccato.
Ewangelista itaque commemorans obla-
tionem que pauperibus competebat
primo ostendit nobis in virgine affec-
tum pietatis quo ad pauperes affi-
ciebatur quia ex hoc presumitur quod the-
sauros paulo ante oblatos ei a
magis pauperibus distribuerat, nec
thesaurizaverat conservando oblata.
Secundo insinuatur in virgine zelum
paupertatis. Ipsa enim consiliis sancti
spiritus non ignara sciebat filium suum
in hoc mundo natum ad hoc ut destru-
eret regnum peccati mediantibus humili-
tate puritate et paupertate. Sed
ideo eius mater sicut fuit in humi-
litate et virginitate, ita et in pau-
pertate christo filio studuit esse confor-
mis. Unde Simon. Defert mater
maria christum velut nova oblatione
pro omnibus mundi criminibus expian-
dis et pro ipso pie obtulit munera
paupertatis insinuans parentibus et po-
steris quod mundi divicias non habebat
et quod nec in magnis muneribus
placatur omnium rerum conditor, sed magis
affectibus et virtutibus quibus virgo
fulgebat, et non ad quantam ordina-
tionem legis sed ex quanto affectu legem
implere posset virgo attendebat. Tercio
in hoc ewangelista insinuatur nobis affectum
veritatis. Verisimile enim est quod Joseph
potuisset habere agnum quem cum
christo obtulisset tamen ubi aderat
veritas debebat deesse figura.
Agnus autem qui offerebatur in lege fi-
gura erat istius agni novi scilicet
christi qui tollit peccata mundi. Et quia
ipsemet offerebatur non erat necesse
ut agnus figuralis adesset. Mora-
liter vero secundum Bedam super Lucam
ideo turtures et non agnum obtulerunt
ad designandum ut qui agnum
innocentis vite in grege suorum ac-
tuum non invenit, saltem turtures aut
duos pullos columbe offerat i. ad
flagitandum lacrimarum suffragia con-
fugiat et bene duos unum pro pec-
cato et alterum in holocausto. Holo-
caustum namque totum incensum dicitur.
Duo sunt [illegible] genera compunctionis
deum namque sitiens anima prius timore
compungitur post amorem. Prius enim
sese in lacrimis afficit quia dum ma-
lorum suorum recolit pro his perpeti
supplicia eterna pertimescit. At vero
cum longa meroris anxietate fue-
rit formido consumpta quedam
iam de presumptione venie securitas
nascitur, et in amorem celestium gau-
diorum animus inflammatur. Contem-
platur autem mens sunt illi angelorum
chori, que ipsa societas beatorum spi-
rituum, que maiestas eterne visionis
dei et amplius plangit quia a
bonis perhennibus deest, quomodo
flebat prius cum mala eterna metu-
ebat. Qui ergo prius flendo ne du-
ceretur ad supplicium turturem pro peccato
offerebat, de altera facit holocaustum
cum postmodum flere amarissime
incipit quia defertur a regno. Co-
lumbam pro peccato offert qui laborat
in gemitu suo, lavat per singulas
noctes lectum suum, hoc est per sin-
gulas pulsantes culpe tenebras opera
sua bona in quibus requiescere de-
beat, lacrimis abluere non cessat. Co-
lumbarum pullos in holocaustum ferunt
qui patrie celestis absentia defle-
tes sunt. Super flumina Babilonis
illic sedimus et flevimus etc. Sicut
enim columbe super fluenta residere
delectantur ut accipitris adventum
umbre cursum super aquas previde-
rint et evadere queat. Sic perfecto

sic aie pauperum spiritu fluctus seculi
mente transcendentes quo plura in hac
babilone qua sunt gemitibus pascunt
maligni hominis exempla conspicit
Sed quare exprimit ambas aues di-
cendum quod ideo quia per turtures contempla-
tiui et per columbas actiui desi-
gnantur qui ambo deo placent Et
xpc tam actiuos quam contemplatiuos
vult secum deo offerre Dico autem
per turtures signari contemplatiuos
quia turtur est auis solitudinem
diligens Secundo est auis pudica
sic et contemplatiui diligere debent
vitam solitariam et a mundi strepi-
tibus separatam et carnis pudiciciam
Tercio est auis habens gemitum pro
cantu et contemplatiui pro dilec-
tione patrie gemitum Dico autem
actiuos signari per columbas est enim
columba auis fecunda sic actiui
in operibus misericordie sunt fecundi
Item secundo est auis simplex sic acti-
ui in intencione sunt simplices Math.
x Estote prudentes sicut serpentes et
simplices sicut columbe Tercio est
auis socialis et gregatim volat sic
actiui familiariter et pacifice simul
conuersantur ut dicatur de eis illud ysa.
lx Quasi columbe ad fenestras
suas Et ecce homo erat in
ierusalem cui nomen Simeon etc.
Simeon Erat Simeon in ierusalem ob-
uiatus xpo que visio pacis dicitur
non tamen pax quia in hac vita
nullus viuit in pace undique sona-
tibus bellis Et si perficit parcit
medium a bellis hominum non tamen par-
cit a bellis dyaboli atque viciorum
neque iusti sunt in pace ut omni-
moda viuunt etiam si non turbato
animo compulsantur habent protinus
iusti si non manifesta saltem
occulta certamina cum quibus invise
confligant et si non a viciis tamen
pro consumacione virtutis Sed bene sic
in visione pacis quia cognoscunt
quale sit bonum ad quod spiritualiter
suspirant eternum Erat itaque Si-
meon in visione pacis qui per
spiritum sanctum xpm vera pace agnouit
horum ut ait apostolus ipse est pax
nostra qui fecit utraque unum Optima
mansio in visione pacis cum ingru-
ente bello mens pace delectata
quiescit et ad insultus aduersi per-
uenit aia videt pace in illa
religiosa et honesta est habitacio
per pacem in qua vir obediens
habitat nam per obedienciam non
habitat in pace hoc enim probatur
vocabulum Simonis si per interpreta-
cione transfertur Et homo iste iustus
et timoratus expectans consola-
cionem israhel Iustus per vera
bona opera quia talibus
xpc se et regnum suum manifestat
Sap. x Iustum deduxit dominus per
vias rectas etc. Et timoratus erat
quo ad mali declinacionem Prov. j
In timore domini declinat omnis a
malo Expectans consolacionem israhel
scilicet que fieri debebat per xpm in
beneficio incarnacionis et misterio
redempcionis sicut dominus promisit
per ysayam ysa. li. Ego ipse con-
solabor vos Et ibidem xl. Consolamini
populus meus Symeon iustus erat quia
viuebat ex fide quoniam iustus ex fide
viuit Et timoratus erat quia ut
scriptum est qui sine timore est
non poterit iustificari Quia ut dicit
Basilius quod spirituale iusticia sine
timore custodit non illud dico ti-
morem qui bona temporalia sibi

subtrahi potest restat, que perfecta
dilectio foras mittit, sed timorem
domini sanctum qui permanebit in secula
quo iustus deum suum quanto arde-
ncius diligit, tanto solercius offen-
dere cavet Et non proprium sed tocius
populi exoptabat salutem preferebat co-
mune bonum proprio, velut qui per in-
stinctum noverat melius de eterne
Et spiritus sanctus erat in eo.
Communis enim deus graciam suam commu-
nicet omni disponenti se ad eam
tamen quibusdam hominibus speciale
donum contulit propter commune uti-
litatem Et modo ultra donum gracie
iustificantis personam contulit Syme-
oni speciale donum spiritus sancti propter
utilitatem populi, quo dono presenti-
ret atque cognosceret propinquam esse
Christi presenciam, quam promiserat deus
per vaticinia prophetarum Et ideo
dicit Symon Spiritus sanctus erat in
eo ad sanctificandum et ad docendum
futura, et que ventura erant ipse
monstrabat a quo in animo suo
absque testimonio alieno responsum
acceperat Et responsum acceperat
a spiritu sancto, supple qui erat
in eo Non visurum se mortem
id est non experturum mortem carnis
Nisi videret oculis, que interius vide-
bat oculis mentis Christum domini
id est unctum a domino Messiam in
lege promissum Symon Non solet
dari responsum, nisi aliquid inter-
roganti et ab eo responsum di-
citur, quod inquirenti respondetur
Sed ubi Symeon interrogaverit
aut pro responso flagitaverit
ignoramus, sed invenitur asserit
tamen de Christo per prophetias eo spiritu
qui in ipso erat oravit hostio
clauso in secreto loci, magis vero

in cordis cubiculo ut non sentiret cor-
poris mortem nisi videret in corpore
Christum omnium vitam Unde Augustinus in ser-
mone de huiusmodi desiderio patrum inquit
Intelligite fratres karissimi quantum de-
siderium habebant antiqui patres
videre Christum dicentes O si me inve-
niat ista nativitas, O si illud quod
credo in scripturis videam oculis meis
quia hoc ex Ysaia habuerunt dicente
Ecce virgo concipiet et pariet filium et
vocabitur nomen eius emanuel, quod
est nobiscum deus Unde cum suspiriis
dicere poterant et singultu hic Sy-
meon putas ne me ista felix na-
tivitas inveniat, nolo mori nisi
videam illum mors mea vincetur
Nolo exire ex hoc seculo nisi videam
illum per quem conditum est seculum
Nec ultra volo vivere postquam vide-
bo fontem vite Et addit quidam
alter doctor Usquequo domine retar-
das redempcionem Israel, quare faciem
tuam avertis oblivisceris inopie nostre
et tribulacionis nostre Nunc instat
tempus expediens, mitte salvatorem
perditis, captivis redemptorem et me-
stis consolatorem, scio enim quia in pro-
ximo venturus, Beati oculi qui te vide-
bunt Ve iste homo alter daniel
vir desideriorum erat igitur responsum
accepit a spiritu sancto, Daniel ix°
Noli timere vir desideriorum pax tibi
confortare et esto robustus confide
senior, iuventutis vigorem sumas
non te frangat etas gravior, non
te conturbat mors vicinior, non mo-
rieris nisi videas nisi tangas nisi
amplexeris Christum dominum Et venit
in spiritu in templum id est motus et
instigatus a spiritu sancto ea die venit
in templum qua virgo beata
puerum suum ibidem deo patri presentavit

Et forte erat sibi reuelatum ut ipse
eadem die intraret, et puerum quem
videret portari a virgine desponsata
ligni fabro, cum oblatione pauperum ipse
esset xpc in lege promissus. Origenes.
Et tu si vis tenere ihm et amplecti
manibus quomodo laborare diligenter
insiste ut ducem habeas spm sctm
et eo duce venies ad templum dei.
Non in spu superbie sicut ambitiosi
qui sibi vsurpant honores et dig-
nitates ecclie. Non in spu auaritie
symoniaci. Non in spiritu inanis glie
ut se ornantes vestibus et sertis ut
tantum appareant coram hominibus. non
in spu simulationis ut ypocrite. non
in spu luxurie ut venientes ad ecclias
ad videndum et concupiscendum mulieres.
non in spiritu vanitatis ad fabulandum
non in spu pigritie ad dormiendum
sed in spu humilitatis et animo con-
trito, ut suscipiamus misericordiam
in medio templi dei, et iustificati
iustificatori ibidem deuota mente or-
remus. Et cum inducerent puerum
ihm parentes eius ut facerent
secundum consuetudinem legis pro eo.
Cum inducerent i. intus templum
ducerent et portarent ihm i. infan-
tem quia xpc erat infans xl ta
dierum. et sic non facit differentia in
etate ratione quia pueritia non tm
conuenit etati, sed etiam humilitati
puritati et seruituti, vnde xpc dicitur
puer ratione humilitatis quia venit
docere Math xi. discite a me quia
mitis sum et humilis corde. Ratione
puritatis quia peccatum non fecit. Ratione
seruitutis quia venit ministrare et
non ministrari. parentes eius maria
vera mater et Joseph pater eius pu-
tatiuus. ut facerent secundum consuetu-
dinem legis pro eo. i. ut presentarent
eum domino et offerrent pro eo.

sacrificium par turturum etc. et redimerent
eum quinque siclis argenteis. ex quo
erat primogenitus. Ex quo enim xpus
non venerat legem soluere sed implere
ideo legalis consuetudinis voluit se-
quare honestate. Et ipse accepit eum
in vlnas suas i. inter brachia sua.
Sed dicis quare bta virgo non prohibu-
it seniorem xpm amplecti timens
de rapina vel fraude. Ex quo
Herodes illi minabatur. potest dici
quod virgo cognouit deuotum desiderium
eius et intellexit deo placere. quod
ille senex consolaretur in amplexu
pueri. Origenes. Si ad tactum fim-
brie vestimenti xpi mulier sanata
est quid putandum de Symeone
qui in vlnas accepit infantem
et gaudebat videns paruulum
se gestare qui venerat ad vinctos
resoluendos sciens neminem eum
posse de claustro corporis emittere
cum spe future vite, nisi eum quem
in brachiis continebat. Et dicit
Simon quod pie credendum est preter
id quod xpc infans in brachiis
eius quieuit vltra hoc in eius
mente aliquid diuinum et archanum
ostenderit xpc quod desiderabat
dimitti a seculo presenti. Et benedi-
xit deum et dixit. Benedixit i.
gratias reddidit deo de impletione
promissionis. vel benedixit i. bonum
dixit quia nemo bonus nisi solus
deus. Luce xviii. vel benedixit i.
canticum benedictionis et glificationis
cecinit Gamfredus. Carmen ceci-
nit canus senex queadmodum
dulcius canit ante obitum cignus
albus. Olim nato domino angeli
cecinerunt. oblato eo iustus canit
quod ad carum gaudium iam transibat
Simon eo tempore quo eum Simeon

accepit in vlnas, fecit et facit ecle-
sia et in membris suis usque in fine
seculi est facta et benedictio dei in
domo domini sui, quorum nullus aliquis
quam quod filium dedit tribus ut in tenebris
redderet celos celis. Nichil tamen obli-
gat hominem ad reddenda possibi-
lem vite et ad eius suada mandata
quam quod scriptum deus hominibus tradidit
humanatum proinde cui alia non
possumus rependere benedictio et laus
de ore atque corde hominum non recedat
iuxta propheticum dictum Benedicam
dominum in omni tempore etc. Et dixit
Nunc dimittis servum tuum do-
mine id est postquam vidi oculis corpora-
libus dominum deum salvatorem meum
qui est dominus vite et mortis habens
potestatem super utrumque dimittis id est dimit-
tere potes ad mortem corporis me
Symeonem servum tuum Symeon, non servo-
rum aut quorumlibet vitiorum seu rerum
temporalium servorum non dominum, ut ille qui
temporalibus dominus fuit et criminibus et
peccatis, aut eum qui in licitis actionibus
infidelis fuit, sed servum tuum qui volun-
tatem eius novit et fecit, qui nichil
faciendum obmittit, qui unum pro alio
non postponit, qui cum omnia fecerit
bene se inutilem sentit, et nichil
fecisse se iudicat pensans altitudi-
nem preceptoris et sui deficientiam ser-
vientis qui non contempnit ad
verbum nichil quam iudicat quod
debet. Cui nullum preceptum displicet
qui domini sui placitum facit, cui
et si non possit plene perficere quod
iubetur non ad impossibilitatem pre-
cepti aut ad indiscretionem domini
hoc ascribit, sed suo defectui de-
putet quod fecit Et hic est servus
domini quem dominus dimittit in pace
In pace id est in sinu Abrahe ad re-
quiescendum. Nota quod pax est tran-

quillitas animi Et quia animus huius
sancti in hoc fuerat tranquillatus
quod Christum in vlnas susceperat quem ex-
pectabat, ideo exire de hoc seculo
amodo erat ei iocundum Unde
potuit proprie dicere illud Gen xix quod
dixit Jacob filio suo Joseph Jam
letus moriar quia vidi faciem tuam
Et bene dicit in pace se dimitti
quia illum amplexabatur qui dixit
In mundo pressuram habebitis in me autem
pacem ille enim Simeon vitam pre-
sentem reputabat tribulacionem et guer-
ram secundum illud Job vii Milicia est
vita hominis super terram, ideo volebat
dissolvi et esse cum sanctis patribus
in lymbo et mirum videtur quod adhuc
xxxiii annis hic senex potius
elegerat esse in lymbo quam diucius
vivere in hoc mundo, quia tunc non erat
volatus ad patriam que Christo nondum
passo omnibus manserat obserata
Bona ergo nova inunciaturus patriar-
chis et prophetis in lymbo, hic senex
voluit mori et sic in pace dimitti
ut Ysaye diceret Ecce que tu de
virgine nasciturum predixisti ad omnium
salutem hic venit in mundum et ita factum
est ut dixisti Ego vidi eum oculis
meis corporalibus in vlnis meis ipsum
habui tali die tali hora tali loco
Similiter Jeremie et David, qui eum
passurum predixistis et descensurum
ad inferna ad nostram liberationem
hic venit ad satisfaciendum suis pro-
missis Sed queret Simo quid est
quod hic senex aut non videbatur sibi
de hoc seculo migrare in pace nisi Christum
dominum vidisset, nonne et ceteri sancti
patres mortui sunt in pace nonne
et ceteri prophete domini, quamvis aliqui
fuissent crudeli morte perempti
quo ad regnum dei spectassent
si cum pace mortui non fuissent

Respondet quod alii longa expectatione
viderunt et in fide atque spe certissime
tenebant quod sic futurum erat, incerti peni-
tus erant quando maiestas divina prestitu-
et sic certi ex fide securi de spe, incerti
tamen erant de tempore ante hunc sene
patres ceteri decesserunt, iste vero de
tempore certus sic vitam suam finivit
in pace Sed quis in pace discedit de
hoc seculo respondet Origenes ille in pace
discedit qui nichil habet inimicum deo
sed omnem pacem bonis operibus assump-
sit Si ergo pax est eunti in lim-
bum patrum in tenebras solum quia
ipsum vidit qui liberaturus erat eos de
tenebris et de umbra mortis quanta
pax est eis qui eum susceperunt adhuc
luce eunte eterna Cui concordat
Bernhardus in sermone de Epiphania dicens
Securus dimittitur in pace qui Christum
habet in pectore ipse enim est pax nostra
qui per fidem habitat in cordibus nostris
Quomodo ergo exibis hinc anima
misera que tui itineris ducem ignoras
Illum ignorantiam quidem dei habent
unde hoc nescio quia lux venit in
mundum et dilexerunt homines magis
tenebras quam lucem et lux quidem
lucet in tenebris et tenebre eam
non comprehenderunt acsi dicat In pla-
teis deriuantur aque et nullus bibit
eas nec tamen attendunt quibus ma-
nat eterna dampnatio Medius vestrum
stat o miseri quem vos nescitis ut mo-
rientes antequam videatis Christum domini Sed
potius rapiemini a rugientibus preparatis
ad escam Secundum verbum
tuum id est iuxta responsum quod a
spiritu sancto recepi me non visurum me
mortem etc. fidelia enim sunt promissa
dei Simon fidelis deus in verbis
suis semper enim efficit quod promittit
si promissa sua ipsa custodit etc.

Quia viderunt oculi mei salutare
tuum, oculi carnis hominem mentis
oculi deum, aliud enim vidit, aliud
credidit, vidit infantem credidit salua-
torem Simon viderunt oculi illius pe-
nitus tamen carnem Christi non deitatem
sed mente intellexit quod ipse penitus
erat salus dei ab eterno cunctis mor-
talibus parata unde ei dici potest
Luce x Beati oculi qui vident que
vos videtis In hac autem visione tam
oculi mentis quam corporis huius senis
bene dici poterant Oculi quidem mentis
quia per ipsos videbat fide illu-
minatus hunc esse dei filium Corporis
autem oculi quia ipsis videbat verbum
caro factum unde Origenes Vere
in oculi tam mentis quam corporis
hii quidem suscipientes visibiliter
deum illi vero non solum que visa
sunt attendentes immo illuminati
fulgore spiritus domini verbum in carne
agnoscentes Salutare tuum
id est salutiferum saluatorem quem
per fidem vel inspirationem certus
sum venire Et nota quod est salutare
patris per eternam generationem Ps
ostendam illi salutare meum Item
est salutare nostrum per temporalem in-
carnationem Ysa xlv Aperiatur
terra et germinet saluatorem Item
est salutare angelorum per ipsorum
instaurationem Ad Ephe. i instau-
raret omnia que in celis et que
in terris sunt Item nota quod iste Si-
meon expectabat primo adventum
saluatoris in carne ad salutem
animarum per gratiam Secundo expectabat
adventum eius ad iudicium Salu-
tare animarum et corporum simul
per gloriam Ad Ro xiii Saluato-
rem expectamus dominum nostrum Ihesum

xpm qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis sue
Quod parasti ante faciem omnium
populorum / quod salutare vel que
saluatorem parasti tu deus pater per in-
carnationem que alius parare non poterat
Nota quod deus pater parauit filium suum
saluatorem nostrum tamquam militem ad bel-
landum ps apprehende arma et scutum
et exurge in adiutorium michi / Item
tamquam lucernam ad illuminandum / luce
xv / que mulier habens dragmas
x et si perdiderit unam ex illis nonne
accendit lucernam Mulier id est diuina
sapientia tunc lucernam accendit quando
lumine sue diuinitatis testam nostre morta-
litatis vniuit ps parauit lucernam
xpo meo / Item tamquam escam ad pa-
scendum / qui enim erat cibus invi-
sibilis angelorum factus est cibus visi-
bilis hominum ps panem angelorum man-
ducauit homo / Ante faciem id est ante
conspectum omnium populorum et iudeorum et
gentium / quia vterque populus eum ex-
pectabat et desiderabat Simo / ante
faciem posuit illud salutare non a ter-
go ut illud aspiciamus et tangamus
et in anteriora proficientes non retro-
cedentes ad legalia temporalia et peccata
et ad ea que melioribus antepo-
nimus abducamur Et hoc docet nos
principaliter habere respectum ad dei mi-
sericordiam que fuit causa aduentus
sui in carne et non merita nostra
vnde dicitur psalmista Quoniam misericordia tua
ante oculos meos est / quasi diceret
non merita mea sed tua misericordia
Ad Tim iij Non ex operibus iustitie
que fecimus nos sed secundum suam miseri-
cordiam saluos nos fecit Et Treni
iij Misericordie domini est quod non
sumus consumpti / quia non defecerunt
miserationes eius / hec misericordia

tua ante oculos meos est per intelli-
gentiam ut frequentem recordationem
Eccli xxix in medium Gratiam fideiusso-
ris tui ne obliuiscaris dedit enim animam
suam pro te Sed heu multis salutare
dei et ipsius misericordia est post tergum
qui non adducunt deum in suis actioni-
bus et maxime in iustitia exercenda
prout legitur de illis malis sacerdotibus
Susannam accusantibus Daniel xiij
Auerterunt sensum suum et declinauerunt
oculos suos ut non viderent celum neque
recordarentur iudiciorum iustorum / Lumen
ad reuelationem gentium id est parasti
xpm salutare tamquam lumen ad illumi-
nationem gentium Nota quod tunc erat
triplex tenebra prima ignorantie
j ad Thessal iiij Sicut et gentes que
ignorant deum Et contra hanc xpus
attulit gentibus lumen fidei et sapi-
entie Ysaie ix populus gentium qui
ambulabat in tenebris vidit lucem
magnam Secunda culpe ad Roma xiij
Abiciamus opera tenebrarum Contra hanc
attulit lumen gratie Joh i plenum
gratia et veritate / Tercia visionis diuine
Job xvij In tenebris straui lectulum
meum Contra hanc attulit lumen
visionis sue ysa ix habitantibus in
regione vmbre mortis lux orta est
eis / vt ergo gentibus in tenebris
ignorantie constitutis lumen veritatis
reuelaretur / hoc lumen paratum est
illuminans in cognoscendis ps In lu-
mine tuo videbimus lumen In agendis
ysa ij Ambulemus in lumine dei nostri
In mutandis Joh viij Ego sum lux
mundi qui sequitur me non ambulat
in tenebris / sed habebit lumen vite
In inclinandis ps Lucerna pedibus
meis verbum tuum De hoc lumine dicit
Bernardus super Cantica O homo sede-
bas in tenebris et vmbra mortis


per ignoranciam veritatis sedebat vin-
tus cathenis delictorum descendit
ad te salvator in carcerem non ut tor-
queret sed ut erueret de potestate tenebra-
rum Et sic primo veritatis doctor depu-
lit umbram ignorancie tue luce sa-
piencie sue et iusticie Deinde solvit
funes peccatorum tuorum gratis iustificans
peccatorem implens hoc duplici bene-
ficio sermonem David dicentis Dominus
solvit compeditos dominus illuminat cecos
Hec lux quantum in se est omnes illu-
minare venit et omnes illuminat tamen
non omnes illuminantur quod est ex
parte suscipiencium lumen propter tres
causas prima quando homo se vo-
luntarie in domo tenebrosa reclu-
dit nolens se lumini exponere Secundo
quando oculos claudit quando quasi
affectat spiritualem cecitatem ignora-
ciam per suam rebellionem nolens
intelligere ut bene agat verbum dei
ad omnia que ad suam instructionem
et salutem spectant refutat De quibus
dicit Job ipsi rebelles fuerunt lumini
Oculos claudit qui non aperit
voluntatem suam ad bene volendum
et consenciendum gracie dei que ipsum
ad bonum diriget si ipsam optaret
vel venientem non sperneret Danielis
xiii ubi dicitur de senibus Declina-
verunt oculos suos ut non viderent
celum Obstaculum interponit qui pec-
catum mortale committit ysa lix
in principio iniquitates vestre divi-
serunt inter vos et deum vestrum
et peccata vestra absconderunt faciem
eius a vobis Et ideo dicit Simo
lumen illuminans positum est ante
conspectum hominum ut si non recte
ambulaverint illud lumen non aspici-
bant sed errare volenti et oculos
claudenti ad eius splendorem

Sed filii lucis huius luminis claritatem
agnoscunt quibus lux vera lucet et
in talibus prestat utilitates Unde Augustinus
in libro Soliloquiorum Tu lux domine
tu lux filiorum lucis tu dies qui
nescis occasum in qua ambulant
filii tui sine offensione Et omnes
qui sine hac luce ambulant in
tenebris sunt quia te lumen
mundi non habent Ecce cottidie cer-
nimus quod quanto magis quis a te
vero lumine elongatur tanto magis
tenebris peccatorum involvitur Et eo
minus videt laqueos dyaboli ad ca-
piendum animas preparatos et ideo sepius
cadit et cadit et quod horribilius
est se cecidisse ignorat Cui vero
casum suum ignorat eo minus curat sur-
gere quanto se estimat ad hunc stare
Tu vero lux mentis mee domine deus
illumina oculos meos ut videam et
cognoscam ne ~~corruat~~ corruam
in conspectu adversariorum meorum
Et gloriam plebis tue israhel
Est enim Christus gloria plebis israhelitice
primo quia eis specialiter destinatus
ait enim non sum missus nisi ad o-
ves que perierunt domus israhel Secundo
quia de eis specialiter natus Iohannis
iiii Salus ex iudeis est Tercio
quia quamvis nunc sit ab eis rep-
robatus tamen in fine seculi pro ipsorum
gloria ab eis recipietur Unde Simo
Gloria erit israhelitice plebis cum in
fine seculi salvus erit vetus et
lumen est ad gentes scilicet ad homines
peccatores ut de tenebris convertat
ad lucem ad israhelitas vero scilicet
ad iustos lumen est ut non ober-
rant a luce sed in ipsa in eternum
splendorem proficiant hac

condicione xpi omnibus est lume
ut pctor tenebrosus lume veitatis
aspiciat detestans tenebras ppter
lumen et iustus in lume profici-
at delectatus lume fugiens te-
nebras Quod nobis prestare di-
gnetur deus trinus et unus per
infinita scla sclorum Amen

Explicit liber per manu
cuiusdam pauperis pro
quo deus sit gloriosus
trinus in psonis et unus
in essentia per infinita
secula seculorum Amen
Et est finita feria sexta
in die sctorum Fabiani
et Sebastiani Sub anno
domini Millesimo quadringentesimo
quadragesimo primo

Non vult scire satur quid
ieiunus paciatur









onīs spi
tus dño
nd' tra
& frigus
ves dño
nd' lux
& nubes d
laudet
nd' mon
sa gni
fontes d
dño
ueñ tu
uolucres
& pecora
dño
& sr̄ exal
tes dn̄i
nd' sp
sā & hu
te anan
laudate
ndic
laudem
nd'ict
to celi
& sr̄ exa
cate eū
eū ovn

I

Dan. 3,65–

omnes sp̄c dei dn̄o bn̄d ignis ⁊ es
tus dn̄o; bn̄d frigus ⁊ estas dn̄o
bn̄d rores ⁊ pruina dn̄o; bn̄ gelu
⁊ frigus dn̄o bn̄d glacies ⁊ ni
ves dn̄o; bn̄d noctes ⁊ dies dn̄o
bn̄d lux ⁊ tenebre dn̄o; bn̄ fulgura
⁊ nubes dn̄o bn̄dicat terra dn̄m
laudet ⁊ sr̄ exaltet eū in scl'a
bn̄d montes ⁊ colles dn̄o; bn̄ uni
ursa germinantia in terra dn̄o bn̄d
fontes dn̄o; bn̄ maria ⁊ flumina
dn̄o bn̄d cethe ⁊ omnia que mo
uent in aquis dn̄o; bn̄ omnes
uolucres celi dn̄o bn̄d oīs bestie
⁊ pecora dn̄o; bn̄ filii hominum
dn̄o bn̄dicat isrl̄ dn̄m; laudet
⁊ sr̄ exaltet eū in scl'a bn̄d sacerdo
tes dn̄i dn̄o; bn̄ serui dn̄i dn̄o
bn̄d sp̄c ⁊ aīe iustorum dn̄o; bn̄
sc̄i ⁊ humiles corde dn̄o bn̄dica
te anania azaria mysael dn̄o;
laudate ⁊ sr̄ exaltate eū in scl'a
Bn̄dicamus prēm ⁊ filiū cū sc̄o sp̄u;
laudemus ⁊ sr̄ exaltemus eū in scl'a
Benedictus es dn̄e in firmamē
to celi; laudabilis ⁊ gloriosus
⁊ sr̄ exaltatus in secula bn̄dicat
Laudate dn̄m de celis; lau
date eū in excelsis Lau
date eū oīs angeli eius; laudate
eū omnes uirtutes eius Lauda

Ps. 148

te eū sol ⁊ luna; laudate eū stelle ⁊
lumen Laudate eū celi celorum
⁊ aque omnes que sr̄ celos sr̄ lau
dent nomen dn̄i Quia ipse di
xit ⁊ facta sr̄; ipse mandauit ⁊ cre
ata sr̄ Statuit ea in eternū ⁊ in
sclm̄ scl'i; preceptū posuit ⁊ nō pte
ribit Laudate dn̄m de terra; dracō
nes ⁊ omnes abyssi Ignis gran
do nix glacies ⁊ sp̄c procellarum;
que faciūt uerbū eius Montes ⁊
omnes colles; ligna fructifera ⁊
oīs cedri Bestie ⁊ uniūsa pecora
serpentes ⁊ uolucres pennate
Reges terre ⁊ oēs ppl'i principes ⁊ oīs
iudices terre Iuuenes ⁊ uirgines
senes cū iunioribus laudent nomen
dn̄i; quia exaltatū est nomen
eius solius Confessio eius sr̄
celū ⁊ terram; ⁊ exaltauit cornu
ppl'i sui Hymnus omnibus sc̄is
eius; filiis isrl̄ ppl'o appropinquanti
sibi Cantate dn̄o canticū no
uū; laus eius in eccl'ia sc̄orum
Letetur isrl̄ in eo q̄ fecit eum;
⁊ filie syon exultent in rege suo
Laudent nomen eius in cho
ro; in tympano ⁊ psalterio psal
lant ei Quia beneplacitū est do
mino in ppl'o suo; ⁊ exaltabit
mansuetos in salutem Exulta

215

uit sci in gloria letabunt in cubilibz
suis. Exultaciones dei in guttu
re eor et gladii ancipites in ma
nibz eor. Ad faciendam vindic
tam in nacionibz; increpaciones
in plis. Ad alligandos reges eor
in compedibus; et nobiles eor in
manicis ferreis. Ut faciant in
eis iudiciu conscriptu; gloria h est oi
bus scis eius. Laudate dnm in scis
eius; laudate eu in firmamento virtu
tis eius. Laudate eu in virtutibz
eius; laudate eu scdm multitudi
nem magnitudinis eius. Lau
date eu in sono tube; laudate
eu in psalterio et cythara. Laudate
eu in tympano et choro; lauda
te eu in cordis et organo. Laud
ate eu in cymbalis bn sonantibz;
laudate eu in cymbal iubilacois
omnis spc laudet dnm. Gloria
Sempiternu dicamus alla dno deo nro alla
Spiritus omnis laudet dnm quia ipse dix
it et facta sut omnia mandauit et creata
...cce iam noctis ...tenuatur vmbra
tenuatur vmbra lucis aurora ru
tilans choruscat nisibus totis rogitemus
omnes cunctipotentem ut deus nr
miseratus pellat languorem tribuat
...lutem donet et nob pietate pris regn
...polorum ...et hoc nobis
In matutinis dne meditabor in te V
Dominus e decor fortitudinem et precin
xit se virtute alla alla alla
Honor et gloria et bndiccio sedenti sup th
ronu viuenti in scla sclor. Deus
misereatur nri et bndicat nobis illuiet
vultu suu sr nos et misereat nri
Bndiccio et claritas et sapia et grar
accio honor virtus et fortitudo deo nro
in scla sclor amen. Sanctus
scus scs dns deus omps qui erat et
qui est et qui venturus est
...terne rer conditor noctem diem
qz qui regis et tepm das tepa
ut alleues fastidiu ...reco diei iam
sonat noctis pfunde puigil nocturna
lux viantibz a nocte noctem segreg
ans ...oc excitatus lucifer soluit po
lum caligine hoc omnis erron chorus
viam nocendi deserit ...oc nauta
vires colligit pontiqz mitescunt fre
ta hoc ipsa petra ecclie canente cul
pam diluit ...urgamus ergo strenu
e gallus iacentes excitat et so
mpnolentos increpat gallus neg
antes arguit ...allo canente spes
reddit egris salus refunditur mucro
latronis conditur lapsis fides reuertit
Ihu labentes respice et nos viue



